





Michel Maittaire né en France en 1668, passé à Londres comme Huguenot à la Révocation de l'édit de Nantes, est mort dans cette ville en 1747. ce fut un des hommes les plus savans et les plus modestes comme aussi les plus bienveillants. Victime de Louis XIV, il sut lui rendre justice et ne cessa jamais d'aimer la France, chose rare chez les Réfugiés.

ANNALES
TYPOGRAPHICI.

ANNALES TYPOGRAPHICI AB ARTIS INVENTÆ ORIGINE. AD ANNUM M.DCLXIV.

Operâ

MICH. MAITTAIRE A. M.

Editio Nova Auctior & Emendatior,

TOMI PRIMI


PARS PRIOR.



AMSTELODAMI,
Apud *PETRUM HUMBERT.*
M. DCC. XXXIII.







CELSISSIMO PRINCIPI,

JOANNI GASTONI,

MAGNO ETRURIÆ DUCI,

S. P. D.

MICHAEL MAITTAIRE.

ERENISSIME PRINCEPS,

Inter omnia, quæ humano generi profuerunt, inventa nullum ferè majori, admiratione exceptum, plausu comprobatum, animorum contentione

tione excultum est, quàm TYPOGRAPHICUM.

ARS *illa, diu orbi, ipsique Græciæ Artium plerarumque liberalium matri & educatrici ignota, post longam barbaræ ignorantiæ noctem, quâ literæ per multa sæcula consopitæ & sepultæ jacuerant, Divino haud absque nutu eluxit: per quam studia politioris humanitatis hactenus interrupta, & penè emortua, excitarentur, & reviviscerent. Artem recèns natam, & in ipsius (ut ita dicam) infantiâ adhuc debilem ac infirmam, opus fuit viris eruditione præstantibus, qui adnitentes alerent, foverent, perficerent. Typographia enim & Literatura mutuas tradebant operas: quippe illa huic post diuturnum exilium reducendæ, hæc illi post prima rudimenta conformandæ atque perpoliendæ inserviebat. Utraque tamen frustra fuisset absque Augustis & Mæcenatibus, qui Artem & Artis Adjutores authoritate protegerent, & liberali patrocinio dignarentur.*

Sub idem propè tempus acciderat, (ita dirigente eventus rerum Cœlesti Providentiâ, quæ lucem è tenebris, commoda maxima ex maximis incommodis potest educere) ut post cladem funestissimam, quam Hostis Christiani Nominis

Im-

Imperio Græco attulerat, Viri ex Græcâ gente quamplurimi doctrinâ, nonnulli etiam genere nobiles, ſolum vertere coacti, ſecum Græcarum literarum gazas patriæ ſuæ ruinis ereptas in Italiam importarent. Viros illos extorres, & bonis omnibus (niſi quæ extra fortunæ aleam poſita ſunt) exutos, pietate hoſpitali recepit AUGUSTISSIMA DOMUS MEDICEA: *iiſque aperuit aſylum, quò confugerent; portum, ubi poſt luctuoſum rei familiaris naufragium conquieſcerent; ubi tantum abfuit, ut ſuam deinceps vicem dolerent, ut ſuum potiùs ſibi exilium gratularentur.*

Olim quidem pars Italiæ maritima à coloniis, quæ è Græciâ deductæ Lucanorum & Brutiorum regionem occupaverant, Magnæ Græciæ *nomen traxerat. Eò Pythagoras, cùm patriam Samum Polycratis tyrannide oppreſſam offendiſſet, ſe recipiens, Philoſophiæ ſcholâ ibidem conſtitutâ,* Magnam *eam* Græciam *& privatim & publicè præſtantiſſimis artibus exornavit: ejuſque diſcipuli in eâdem longam poſthæc ætatem florentes egerunt. At certè Italia antiquum illud* Magnæ Græciæ *nomen jure non minori potuit ſibi tunc repoſcere, cum illuc commigraret Græ-*

ca doctorum virorum per Mahomedanam tyrannidem exactorum colonia: quæ, postquam Gothica imperitæ rusticitatis caligo toti Europæ multos jam annos incubuisset, NUMINE *tandem cœlitus aspirante,* MEDICEA FAMILIA *suppetias inprimis ferente,* Typographiâ *manum adjutricem admovente, facem extulit literariam; cujus radii passim diffusi reliquas Europæ partes lumine collustraverunt.*

Græca jamdiu Typographia sub secundis MEDICEORUM PRINCIPUM *auspiciis (Græcâ * bibliothecâ à* LAURENTIO MEDICE *in Filii sui* PETRI *usum comparatâ) magnos Florentiæ fecerat progressus, antequam in Romam introduceretur. Verùm denique, nequid Florentia se gloriaretur obtinuisse, quod Roma, gentium quondam Domina & Imperii caput, ampliùs desideraret,* LEONIS X. PONT. MAX. *munificentiâ* Mediceum *in Quirinali colle fundatum est* Gymnasium: *ex quo luculenta Græcæ Typographiæ prodierunt specimina.* Homerus *omnium poëtarum princeps, primusque disciplinarum & antiquitatis parens dictus,*

* Lege Varini Camertis ad *Petrum Medicem* epistolam Hortis Adonidis anno M. IIIID. excusis præfixam.

ctus, *lucem* (*dum vivebat*) *amissam*, *opitulante Typographia* & Demetrio Chalcocondylâ *Atheniensi operis egregii curam gerente*, *Florentiæ primùm recuperaverat*. Pervetustum *postea* Interpretem, *qui summo poëtæ comes adsisteret*, & *eundem exponeret*, Medicei Gymnasii *Opifices literarii*, Joannis Lascaris *ductu*, *excudendum Romæ curaverunt*. Lascarem *illum Constantinopoli captâ profugum magno in pretio habuit* DOMUS MEDICEA: *quem post multos Authores ab ipso Florentiæ editos* LEO X. *Gymnasio suo moderatorem præfecit*. *Tantâ benevolentiâ complecti semper solita est*, *tot beneficiis cumulare Literatos* ILLUSTRISSIMA MEDICEORUM FAMILIA.

Quin etiam ex illa STIRPE NOBILISSIMA *fuerunt*, *qui bonarum literarum non solùm patrocinio sed* & *peritia decus apud posteros æternum sibi pepererunt*. PETRUS MEDICES, *cujus Nomini primam* Homeri *editionem Bernardus Nerlius typographus Florentinus*, Hortos Adonidis *sive* Diversa ex Græcis veteribus Grammaticis Collectanea *Varinus Camers Nucerinus episcopus inscripsit*, *à pueritiâ ad Græcæ linguæ familiaritatem se adeò arctè applica-*

caverat *, *ut in Homeri lectione frequens versaretur, & cum Græcis ipsis Græcè sermonem habere posset.*

Cùm tot igitur & tam ingentia extiterint in Rempublicam literariam TUORUM, PRINCEPS EXCELLENTISSIME, MAJORUM *Merita;* Typographicæ, *cujus ope literæ in Europam postliminio reduces effloruerunt*, Artis Origines *exquirere, quid aliud est, quam Illorum, quibus ortus es*, HEROUM *memoriam recolere? Et cui, quantulumcunque id sit, quod de hôc argumento disserui, commendare magis conveniat, quàm* TIBI, *Avitæ Gloriæ* HÆREDI, *Avitis Vestigiis instanti? Mihi itaque, suppliciter oro, liceat*, DUX AUGUSTISSIME, *Tractatum hunc* REGIÆ TUÆ CELSITUDINIS *Aræ*, MEDICEO *Sacrario tabellam hanc summâ, quâ par est, observantiâ dicare: votisque pro* TUA TUÆQUE FAMILIÆ *salute nuncupatis*, DIVOS *Rei-publicæ literariæ* STATORES *hôc munusculo venerari.*

Londini. Kalendis Maiis. M. DCC. XXXII.

* Lege Nerlii epistolam Homero ann. 1488. edito præfixam; & Camertis epistolam in initio Hort. Adonid.

LEC-

LECTORI S.

MUltum temporis jamdudum effluxit, ex quo *Typographici Annales* finem acceperunt. Opus in *tres* distribuitur *Tomos*: quorum *prior* ab Artis initiis ad annum 1500. *proximus* ad 1536. *postremus* ad 1557. pertingit; cum *Appendice* ad ann. 1664. continuatâ, per quam plurima in Catalogis Stephanorum aliorumque quorundam ex Typographis illustrioribus (quorum mentionem in illis Annalibus feceram, & Vitas duobus libellis aliquando descripseram) desiderata supplentur.

Quoniam autem omnia, quæ ad materiam tam uberem & variam spectant, non statim uno in conspectu se dant obvia, sed paulatim nova semper succurrunt; in Tomi tertii fine promiseram totius operis Recognitionem, ut, quicquid antè prætermissum mihi postea innotesceret, suo loco reponeretur; quicquid uspiam erratum fuisse deprehenderem, corrigeretur: Indicem denique amplum, qui res per continuam Annalium seriem diffusas, & in congerie multiplici non adeò inventu faciles,

ad

ad certa capita redigeret; & alphabetico ordine diſpoſitas quærentibus abſque ullo moræ diſpendio expeditiùs commonſtraret. Fidem hanc, quam dederam, ut liberarem; collegi, quæcunque aut meâ diſquiſitione; aut ex aliorum obſervationibus ſeu editis ſeu mecum communicatis comperire licuit, in unum demum volumen conjicienda: eorum, quorum operâ uſus ſum, nominibus (ne plagiarii culpam commeruiſſe, & ſuum cuique non tribuiſſe videar) per literas, quæ in hujus præfationis fine explicabuntur, ubicunque oportet, indicatis.

Animadverteram primævas librorum, præſertim ante ann. 1500. impreſſorum, editiones æſtimatoribus rei librariæ curioſis potiſſimè probari: tum quod ad Manuſcripta propiùs accedant, & audaciorem Criticorum cenſuram nondum paſſæ fuerint; tum quòd recentioribus ſint rariores; adde, quòd avidiores ſumus rerum origines cognoſcendi, & quò quid à noſtrorum temporum memoriâ remotius vulgoque minùs notum eſt, eò cupidiùs ſtudemus id perſcrutari.

Primum igitur Annalium Typographicorum tomum

Tomum ante bis ſenos annos emiſſum de integro recognovi; duplâ plus parte auxi, ut planè pro novo haberi poſſit. Complures, qui ad primam acceſſerunt collectionem, libri, me partim, partim amicos, quos conſului, teſtes oculatos nacti ſunt. Permagnum aliorum agmen, de rebus maximè Eccleſiaſticis, Juridicis, Medicis, Philoſophicis, & recentiorum authôrum Tractatibus agentium, accerſivi à Scriptoribus, qui in ſua Collectanea, quicquid in variis Catalogis (nonnullis quidem plerumque non admodum accuratis) legitur, infarciunt: quos, quamvis teſtibus hujuſmodi infirmioribus non nimis ipſe ſim credulus, malui tamen Lectoris judicio examinandos offerre, quàm omittere, & meſſes alienas meis manipulis poſthabere.

Hoc volumen, jamdiu excuſum, quominus è prælo exiret, non per me ſtetit, ſed per Bibliopolam, qui primùm, ut Index à me promiſſus huic adjungeretur, poſtulabat; quo tandem moras longiores ſuæque mercaturæ rationibus damnoſas ægrè ferente, viſum eſt editionem non diutius premere; & id ſatis ex meâ ſententiâ; quippe quid ineptius, quàm

Indicem, omnibus Annalium Typographicorum voluminibus communem, huic, quasi uni proprium, Volumini adnectere? Cur Index ille non citiùs prodire potuerit, in * Epistolâ ad D. P. Des Maizeaux 1731. 14. Kal. Jun. datâ causas exposui: ex quâ nonnulla transcribere non erit huic loco alienum; ut Lector conjiciat, quantum laboris, quantum temporis, in illius Indicis constructionem impendi oportuerit.

„ *Index* ille non nuda tantùm librorum Au-
„ thorumque nomina complectetur; sed *titu-*
„ *los*, quantum ad brevem notitiam sufficiat,
„ declarabit: & quo *loco annoque*, per quem
„ *Typographum*, necnon quâ voluminis *formâ*
„ libri prodierint, indigitabit.

„ Porrò cùm *Typographicæ Historiæ* ratio
„ exigat frequentissimam rei literariæ virorum-
„ que in regionibus diversis literatorum men-
„ tionem; *Index* exhibebit compendiarias *Ty-*
„ *pographorum* præsertim, & aliorum subinde,
„ qui bonarum literarum studio & culturâ in-
„ signes

* Vide *Histor. Litterar. Num. X. Londini. M. DCC. XXXI. pag.* 401. Et *Bibliotheque Raisonnée &c. Tom. 6. pag.* 461. *A Amsterdam, chez les Wetsteins & Smith. M. DCC. XXXI.* ubi, in Epistolæ fine, lineæ plus triginta detruncantur.

„ ſignes ſuas ad *Typographiam* promovendam
„ ſymbolas contulerunt, *Vitas*; copiamque
„ rerum eòdem pertinentium miſcellaneam.

„ Præterea quoniam tum in ſingulos, dum
„ conficiebantur & imprimebantur, *Annalium*
„ Tomos multa irrepſerunt errata (humanum
„ eſt, & omnium maximè meum, errare),
„ quæ deinceps per otium corrigendi, rele-
„ gendo, & diligentiùs haud absque amicorum
„ in hujusmodi rebus verſatorum ope exami-
„ nando, fuit poteſtas; tum poſt impreſſos,
„ nova plurima & mihi priùs incognita ſeſe
„ ultro obtulerunt, aut mecum fuerunt aliun-
„ de communicata; non pauca item obſcura
„ & dubia clariorem lucem fidemque certio-
„ rem acceperunt; illa omnia, aſteriſcis aut
„ obelis diſtincta, *Indici* (qui ex recenti ma-
„ teriæ acceſſione fiet multò auctior) ſuis quæ-
„ que locis inſerentur.

„ Denique ne Lectori, cui vacaverit aut li-
„ buerit omnia minutatim perquirere, ſuccinc-
„ ta hæc rerum in *Indice* expoſitio non ſatis-
„ faciat; eum ubique ad Tomos ſingulos nu-
„ merus cujusque paginæ, & (ubi neceſſe eſt)
„ lineæ, adjunctus remittet.

„ Multa Alphabetorum Diagrammata ſunt de-
„ ſcribenda, antequam univerſus iſte apparatus
„ in unius Alphabeti ordinem, qualem (quoad
„ potero) ſervare mihi conſtitutum eſt, digeratur.
„ En tibi, in *Cicerone*, ſummo illo Latinæ
„ eloquentiæ principe, Diſpoſitionis ſpecimen.

„ *Ciceronis opera omnia integra*,
„ *ſine Commentariis*,
„ *cum Commentariis*, { *per varios Typographos; diverſis locis, formis; continuâ annorum ſerie diſpoſita.* }
„ *Eadem, ex Aldinâ officinâ; ſingula diverſis annis, in* 8vo.
„ *Operum, partes, diverſis annis ſingulæ:*
„ *in* 4to. *apud Michaelem Vaſcoſanum;*
Joan. Lodoicum Tiletanum;
Franciſcum Gryphium:
„ *in* 8vo. *apud Simonem Colinæum.*
„ *Aliquot in fol*^{o}. *apud Mich. Vaſcoſanum:*
„ *in* 8vo. & 12°. *apud Franc. Gryphium:*
„ *in* 4to. & 8vo. *apud Sim. Colinæum:*
„ *in* 4to. *apud Jodocum Badium:*
„ *in fol*^{o}. 4to. & 8vo. *apud Joann. Roigny:*
„ *in fol*^{o}. 4to. 8vo. & 12°. *apud Robertum Stephanum:*
„ *in* 8vo. *apud Franciſcum Stephanum:*


„ *Ali-*

„ *Aliquot in 4to. & 8vo. apud Carolum Stephanum:*
„*in 8vo. apud Henricum Stephanum:*
„*in 12°. apud Mamertum Patissonum:*
„*in 8vo. apud Robertum Stephanum juniorem,*
Antonium Stephanum:
„*in 4to. & 8vo. apud Gulielm. Morelium:*
„*in 4to. apud Adrianum Turnebum:*
Joannem Bene-natum:
Federicum Morellum:
„*in 4to. & 8vo. apud Claudium Morellum:*
„*in 4to. ex officinâ Joannis Libert, & Cramoisianâ.*

„ Singularibus hisce editionibus expositis; quæ, „ partim ob famam diligentiámque *Typographorum*, partim ob *Typorum* elegantiam, „ nec minùs eò quòd *rariùs* occurrant; curiosis „ in pretio fuerunt: pergo ad

„*Ciceronianorum operum portiones, sinè commentariis; aut cum Commentariis;* „*prout à primâ Typographiæ origine,* „*per varios passim Typographos, variis* „*annis, locis, formis lucem aspexerunt:*
Rhetoricæ: Orationum:
Epistolarum: Philosophiæ.

„ Ciceronianorum operum Catalogus octo-
„ decim paginas in 4to. manuscriptas implet.
Ex hôc, Lector, specimine partes Indicis hujus operosi reliquas æstimes velim; sciásque me minimè cessaturum, donec eundem perfecero, volumine (ut rei ratio exigit) ab aliis separato publicandum. Vale.



Literarum, quæ quibusdam Catalogorum sequentium libris præfiguntur, expositio.

A. M. Andreæ Maunsel Catalogus impressus in folo. Londini. 1597.

B. Cornelii à Beughem Incunabula Typographiæ. Amstelodami. 1688. 12°.

C. Bibliotheca Publica Cantabrigiensis: cujus Catalogum manuscriptum perlegendi copiam mihi fecit Conyers Middleton D. D. Universitatis Cantabrigiensis proto-bibliothecarius.

CA. Domus. Ludovicus de Callenberg Principis Monasteriensis Consiliarius.

CH. Domus. Du Chat.

I. V. Domus. Isaacus Vaillant.

L. Jacobus le Long, Oratorii apud Parisienses, dum in vivis erat, Presbyter & Bibliothecarius.

M. Domus. de la Monnoye.

P. M. Domus. Prosper Marchand.

S. Josephus Smith, vir rei literariæ studiosissimus; cujus Catalogum accuratissimâ diligentiâ confectum & impressum perlegi; codices penè 230. ante ann. 1500. excusos, elegantissimos omnes, plurimos in chartâ Pergamenâ, continentem.

SP. Josephus Sparkes, Sacerdos Ecclesiæ Petroburgensis.

TH. Radulphi Thoresby S. T. P. Ducatus Leodiensis, impressus in folo. Londini. 1715.

VEL. Valent. Ernesti Lœscheri Stromateus, sive Dissertationes impressæ in 4to. Wittembergæ apud Saxones 1724.

Index aliquot graviorum Erratorum, quæ in hôc de *Typographicæ Artis Originibus* &c. Tractatu occurrunt.

Pag. 2.	*lin.* 5.	*lege,*	*Francisci*
4.	6.		deferre
5.	32.		quorum
7.	44.		SABELLICUS
12.	10.		doctam
15.	10.		in cujus laudibus.
19.	18.		*Venetiis*
23.	17.		Hermonymus
	30.		Epistolam à medicis
26.	4.		arma
29.	29.		conjecturæ
	38.		PASCHASIUS
50.	7.		Bernardus Nerlius
51.	9.		*ἐυπορίαν – Λατινικῶν*
	12.		*τῆς*
53.	22.		cœpissent.
58.	10.		perficiendum
63.	1.		exceptum
	30.		d'icelui.
69.	37.		vobis
70.	30.		*ὐδέν*
	32.		*πεπονηκότες*
71.	4.		Mediolani,
74.	1.		Characteres,
77.	6.		*quinternionum.*
78.	25.		*Nicolaus*
	38.		*tum te*
79.	29.		est hæc, ut singuli tractatus, qui in eo continentur, suo-
84.	1.		CARTEROMACHI
	20.		*'Αντηνορίᾳ*
85.	29.		*παλιμφυῦς*
89.	41.		*condita, quod vel*
92.	24.		aliquot
94.	25.		*συντεινόντων·*
	52.		*'ἀπολάυειν.*
101.	3.		evolvendi!
102.	22.		*Iliados*
110.	8.		Vocabulistam.
112.	16.		Militis.
117.	28.		Correctorum
123.	13.		*dele,* plaris, quod consului, reperio.
	50.		*lege,* exemplaris, quod consului, reperio.

Pag.

Pag. 124.	*lin.* 25.	*lege,*	quinquagenaria
125.	2.		*ullus*
126.	9.		Exemplaribus, quæ
127.	44.		*quorum*
273.	9.		Sublacensi.
291.	12.	*dele*	Liber
346.	6.		*Cal. Aug.* fol°.
348.	3.		Camaldulensi
	9.		Augustæ
376.	8.		Macri
380.	30.		† *Felices*
403.	4.		Eurialo
443.	1.		Valtur.
450.	12.		Sarum:
494,	2.		Sylvatici
496.	21.		Variloquus
504.	15.		Jo. Herculani
520.	13.		*Sexto.* 4to.
542.	12.		Accio
546.	23.		*Cal. Jun.* fol°.
594.	31.		*Candidi*
659.	15.		Principum:

Aliquando ejusdem libri mentio fit in duobus locis.

Sallustius. pag. 338. & 339.
Jac. Januensis legenda Sanctorum. pag. 392. & Jac. de Vorag. Historia Longobardica. pag. 394.
Decretorum Codex. pag. 399. & 403.
Bartholomæus Anglicus. pag. 417, & 421.
Apparatus Decretalium Innocentii. pag. 420. & 425.
Anton. Andreæ Quæstiones. pag. 427. & 428.
Aul. Gellius. pag. 474. & 480.
Bartholom. Anglic. pag. 531. & 537.
Goffredi summa. pag. 539. & 542.
Hieron. Presbyter. expositio Hymnor. pag. 556. & 564.
Propositiones &c. per Theophil. de Ferrar. pag. 557. & 570.
Egidii tractatulus. pag. 573. & 586.
Anton. Andr. Quæstiones. pag. 598. & 603.
Sermones tres de passione Christi. pag. 615. & 630.
Baptistæ Mantuani opera. pag. 645. & 655.
Guaguin. de Francor. Gest. pag 721. & 740.

Reliquis, quæ valde vereor ne frequentiùs occurrant, erratis benevolus ignoscet lector; si cogitet, in re tam variâ quam facile sit, mihi præsertim, labi; méque, quem prælo adesse distantia locorum non patiebatur, obire munus correctoris minimè potuisse.

A N-

ANNALES

TYPOGRAPHICI.



OMnibus cujuscunque fere generis Historiis seu fato quodam sive ipsâ rerum naturâ solet accidere, ut origines illarum à nostrâ cognitione remotiores sint; quòque altiùs primordia repetere conamur & veritatem in suis fontibus rimari, eò magis cæcutiamus; ménsque nostra, dum lucem reperire contendit, caligine tenebrarum circumfusa, ac variarum opinionum ambage distracta, in dubio denique relinquatur. In Historiâ Typographices itidem, ut in reliquis, sese res habet. De Anno, quo primùm excogitata; de Urbe, ubi primùm tentata; de primi Inventoris nomine ambigitur.

Primam Typographices Epocham certo calculo figere difficillimum est. Cavere interim oportet, ne Artis primùm excogitatæ tempus cum ejusdem postea productæ & foras emissæ tempore confundatur. Non enim tota simul nata est, sed succrevit paulatim per partes; diúque, dum formabatur, quasi in utero delituit, donec tanti momenti fœtus, cui pariendo nonnisi plures anni sufficiebant, in lucem maturus tandem ederetur. Tantæ erat molis rem fundare litterariam.

Plerique bonæ fidei [1] Scriptores id ferè consentiunt, anno circiter 1440. de Arte illâ primùm cogitatum; eámque tunc mente solâ conceptam pensitatámque, omni deinde instrumentorum, quæ opus essent, supellectile comparatâ, per varios annorum non paucorum conatus, post multas subinde abortiones, & elusa nonnunquam, ad successum aliquando feliciorem perducta tentamina, ematuruisse tandem &, postquam se ex his involucris expediisset, anno 1457. assiduo labore & constanti industriâ obstetricantibus, exortam fuisse. [2] Quicquid ante hunc annum impressorum librorum à quibusdam venditatur,

1 Lege MALINKROT. p. 8, 10, 13, 71, &c. MENTEL. de ver. orig. Typograph. p. 6. &c, inscriptio tamen COSTERI infrà notata præfert annum 1430. & BOXHORNIUS affirmat COSTERUM anno 1420. prima hujus jecisse fundamenta, Rabbinico testimonio infirmi nixus. Consule MALINKROT. p. 72. & LA CAILLE p. 6, 7. & JOLY dans son Voyage de MUNSTER. p. 125, 126. &c.

2 Lege quid de [Catholicon] Vocabulario à TRITHEMIO citato, DONATO, & JOSEPHI SCALIGERI Psalterio, alisque

que

ditatur, non temerè admittendum est in Artem Typographicam. Hæc hujusmodi multa opera ad Artem aliam referenda sunt, Sculpturam scilicet, que hujusmodi scribit CHEVILLERIUS, p. 6, 7, 19, 20, 21, 22, 23. Hujusmodi enim opera tabulis imprimebantur, non typis mobilibus excudebantur: & Ars illa non verè Typographica, sed sigillaria potius vocanda est, quæ diutissimè mundo innotuit, quâque SINENSES usos memorant Historici. MALINKROT. p. 2. ex ANGEL. ROCCH. citat hæc: *Typographica ars, quæ dicto in regno exercetur, distat à nostrâ. Ea enim non habet characteres ex plumbo ac stanno conflatos, quibus utuntur nostrates, sed in tabulis insculptos, quales nos interdum effingimus, cùm figuras in tabulis ligneis vel laminis æreis incidendas curamus.* Vide LA CAILLE, p. 6, 7, 8. Sed (uti notat CHEVILL. p. 8, 9.) Biblia primum fuit Typographiæ perfectæ opus, quamvis annus sit incertus; & antecedit, quicquid antea notatum prodiit. Quod quidem constat ex Chronici HIRSAVG. loco infra allato. Hic libet subjicere Catalogum Editionum aliquot, quas partim ex Clariss. Valent. Ernesti Lœscheri Dissertationibus nuper Wittembergæ 1724. excusis (p. 141, 143, 144.); partim ex Jo. Ludolphi Bunemann Manuscriptis Observationibus jampridem ad me transmissis excerpsi; quæ, cùm Historiæ Typographicæ rationibus apertè pugnent, vel ad eam non satis aptè quadrent, fidem aut nullam aut nonnisi incertam admittere mihi videntur. Hæ vel ex quorundam Authorum (ut humanum est errare) hallucinantium libris, vel ex quibusdam librorum catalogis, quorum testimonio temerè niti haud admodum tutum est, depromtæ sunt. In nonnullis, numerus, licèt planè excusus appareat, tamen ab indiligente typothetâ manifestè depravatus est; aut annum, quo finis, non impressioni à Typographo, sed compositioni ab Authore libri, imponebatur, indicat. *Petri Aureoli Tractatus de B. Virginis conceptione. Tolosæ* 1314. *Jo. de Tambaco Liber de Consolatione Theologicâ consummatus anno Dom.* CCC, LXVI. (1366.) *in die Ambrosii. Julius Turrius de felicitate Verona.* 1431. *Jo. Geileri Keisersbergii Sermones* (quos ipse Lœscherus possidet) 1414. *Gulierm. Parisiens. de Sacramentis. Nuremb.* 1440. *Nicol. de Ausmo Summa Magistrutia. Romæ.* 1441. *Francisci Philelfi Epistolæ.* 1441. *Augustinus in Psalmos. Spirâ.* 1442. *Alex. Aphrodis. in Elench. Aristot. Paris.* 1442. *Alexandri Doctrinale & Petri Hispani Tractatus. apud Jo. Fust.* 1442. *Georgii Merulæ Bellum Scodrense, & Marini Barletii de Obsidione Scodrensi libri tres.* 1443. *Petri Mechiæ Historia Imperialis & Cæsarea.* 1444. *Nicolai Auximani Supplementum ad Summam Pisanellam. Mediolani.* 1444. *Reformatorium Vitæ & Morum. Basileæ.* 1444. *Anonymi liber de Prædestinatione. Spiræ.* 1446. *Dominici de Flandriâ Comment. in Aristot. & Thom. Aquin. fallacias.* 1446. *Petr. de Barror. de Bello Nansiano. Mediolani* 1448. (sed Bellum Nancianum a. 1476. commissum notat Bunemannus.) *Biblia Germanica.* 1449. *Richardus de XII. Patriarchis, & Arca mystica.* 1449. *Angel. de Clavasio Summa Angelica. Venetiis.* 1449. *Matthias Ugonius Episcopus Famaugustâ de Patriarchalis præstantiâ.* 1450. *Confessionale à Jo. Fust & Guttemberg.* 1448. *vel* 1450. *Eodem anno Donatus. Biblia Latina. Moguntiæ.* 1450. (quod opus observat Lœscherus eo anno cœptum quidem, sed non absolutum.) *Jo. Trithemii Compendium Historiæ de Orig. Reg. & Gentis Francorum. Moguntiæ.* 1450. (sed Trithemium nondum natum fuisse notat Bunemannus.) Eene Neerduytsche Bibel / ghedruckt in 't jaer 1450. *Petrarch. cum Annot. in* 12. *Lugduni.* 1450. *Æn. Sylvii Opusc. de Officio & Origine Heraldorum. Viennæ.* 1451. *Jo. Juliani Viciani Praxis juris patronatûs. Venetiis.* 1452. *Nic. de Cusa Tract. de doctâ ignorantiâ, de idiotâ. &c.* 1452. *Pet. Herental. Comment. seu Caten. in Psalmos. Colon.* 1453. *Francisci Philelfi Orationes. Mediolani.* 1454. *Augustin. de Civitate Dei: & Lactant. Romæ.* 1455. *Xic. Polenton. de Vitâ S. Anton.* 1456. *Lyra Lat. Bibl. Noriberg.* 1457. His libris jam memoratis tres adjiciam. *Sermones Leonardi de Utino. in fol.* In quorum fine leguntur hæc: *Expliciunt Sermones aurei de Sanctis, quos compilavit mgr. Leonardus de Utino Sacre Theologie Doctor ordinis fratrum predicator. Ad instantiam & complacentiam magnifice civitatis Utinensis ac nobilium virorum ejusdem. MCCCCXLVI.* in-

ſcilicet, jam diu cognitam & uſu creberrimo frequentatam : quam uti Typographicæ adinveniendæ (quum humani ingenii ſit mos aliam rem ex aliâ cogitare) anſam dediſſe non ægre negaverim, ita ab eâ differre prorſus affirmo, quantum characteres mobiles, quibus hæc, à fixis, quibus illa utitur, diſcrepant. Si rectè æſtimetur, quæ fuerit difficultas, quantum laboris & tædii, in fundendis tot typorum ſeparatorum Alphabetis, quot ſatis eſſent ad excudenda illa librorum, [1] qui ante & paulò poſt annum 1460. prodierunt, ingentia volumina; in explorandâ porro eorum jungendorum & digerendorum in diſtinctas voces cum juſtis linearum interſtitiis ratione; aliiſque, quæ ad operis cultum & nitorem neceſſaria viderentur, procurandis : Si editionum non modò in charta ſed [2] pergameno peractarum examinetur elegantia : Si obſervetur inſuper inventores primos id clàm habuiſſe, omnéſque ſecreti conſcios, [3] religione etiam jurisjurandi interpoſito, excluſiſſe, ideóque vaſtæ molis Opera perpaucis operariis fuiſſe concredita : tantum abeſt, ut quis ſuſpicetur Typographiæ inventæ annum 1440. ab Anno 1457. quo prima ejus opera vulgari cœperunt, longiùs removeri; ut potiùs mirum ſit ab inventione rudi ad uſum tam promptum, ab inchoato vix tyrocinio ad exercitia tam luculenta, ab ipſis incunabulis ad ætatem penè firmam tam celeriter & ſenſim feſtinâſſe; quaſi eodem, quo nata eſt, tempore videri adulta voluiſſet.

Ab inventionis origine ad ejus Locum & Inventores tranſeundum eſt. Artis inventæ gloriam ſuo Harlemum Coſtero, Argentina Mentelio, Guttembergo Moguntia aſſeruit; ſuos urbs quæque ſcriptores nacta, quo-

in vigilia btiſſimi pris noſtri Dominici Confeſſoris. Ad laudem & gloriam Dei omnipotentis & totius curie triumphantis. Hæc ex ipſo libro exſcripta ſunt. Secundus autem Liber ſic ſe habet : *De arte dictandi tres libri explicinnt; editi a magiſtro engbarto de leydis ut ei in mentem verba venere Anno dni milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto. Sexta decima die menſis Aprilis.* Huic libro adjicitur *Tractatus quidam per egregium magiſtrum enghelbertum de elegantia, compoſitione, dignitate dictatus :* in cujus fine, *Girardus Leeu impreſſit.* At Girardi Leeu nulla ante annum 1480. mentio mihi occurrit. Liber autem præcedens fuit quidem *editus* anno 1454 : & ille prior *compilatus* anno 1446. Neuter verò eorum eo tempore excuſus. In Menagian. Vol. 4. pag. 233. obſervatur hæc verba *libri editi*, ex illorum temporum conſuetudine nihil aliud ſignificare niſi Libros in publicum emiſſos, licèt tantummodo manu ſcriptos. Tertius & ultimus, quem memorabo, liber eſt, *Papæ Pii Epiſtola. fol. per Joannem Koelhoff de Lubeck. Colonia. M. CCCC. LVIII.* In hôc tamen libro habetur Bulla quædam data 1459. Et Joannes Koelhoff neſcio an ante annum 1470. innotuerit. Oportet itaque vitium in figuras numerales irrepſiſſe.

1 DURAND. Rational. 1459. Bibl. vulg. 1462.

2 DURAND. Rational. & Bibl. vulgat. & CICER. Offic. 1465. & JUSTINIAN. Inſtitut. 1468. &c. Chartam Pergamenam adhiberi, ut facilius pro Manuſcriptis venderentur, putat LA CAILLE p. 9.

3 MALINKROT. p. 14. ex MUNSTER. Et p. 21. ex HENRIC. PANTALEON. *Litteras in ſacculis clauſis ſecum in officinas ferebant, ac dum abeunt, auferebant &c.*

quorum authoritate & argumentis suam causam tueretur. Litem illam ultro citróque agitatam, nemini non satis notam, & in primâ hujus Tomi editione [1] fusiùs expositam, hîc iterum repraesentare supersedebo. Si autem mihi liceat in re controversâ meum judicium interponere, Moguntiae, cujus nomine Libri primùm impressi, certámque temporis notam gerentes, signantur, palmam defferre non verebor; & primos ibidem artifices [2] Joannem Guttemberg, Joannem Fust, & Petrum Schoeffer pronunciare. Guttembergi [3] nomen in nullo libro excuso mihi adhuc occurrit; Fausti autem & Schoefferi non ultra annum 1470; Schoefferi [4] solius non ultra 1492.

Nullius libri impressio mihi innotuit, quae tempus anno 1457. antiquius exhibeat. Minimè tamen dubitandum est, quin plurima ante illud tempus extiterint opera typographica: quae cum artis adhuc imperfectae sola forent specimina, artifices suo nomine signare, locíque aut temporis indicaturâ dignari noluerunt. Ex his pauca admodum aetatem tulerunt; quaeque superfuere, à curiosis, sicut à medicis embryones & immaturi foetus, asservantur; & rarissimè in publicum prodeunt. Quatuor hujusmodi informia typographiae, infirmae adhuc & cunis vixdum exemptae, tentamina (inter quae *Speculum Salutis*, paucis neque aliter quàm de solo nomine cognitum, paucissimis visum; à nemine, quem sciam, plenè satìs & luculentè descriptum) inspiciendi, &, quam diu libuit, evolvendi copiam mihi fecit Nobilissimus Pembrochiae Comes, vir natalibus clarus, rerum peritiâ clarior; morum rarâ probitate & suavitate perhumanâ, promptóque semper ad ea quaecunque rem literariam promovere possint, cum eruditis communicanda animo clarissimus. De his quatuor libris, alióque, quem in Regiâ Parisiensi Bibliothecâ vidi, copiosè alibi disserui, eóque lectorem [5] remitto.

Post multos demum labores conatúsque & multiplicia tentamina, Opus perfectae Typographiae primum, certo temporis, loci, & artificum indicio enuntiatum, per Joannem Fust & Petrum Schoeffer, Moguntiae, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo, in publicam lucem prodiit.

Tempore non ita multo post interjecto [6], Gulielmi Caxton à Rege Henrico Sexto (Thomae Bourchier Archiepiscopi Cantuariensis rogatu) cum Roberto Turnour missi operâ, Typographia in Angliam ann.

1 Pag. 5, 6, 7, 8.
2 De his lege Annal. Tom. I. p. 8, 9, 10, 11, 12.
3 Ibid. p. 11. lin. 5.
4 Petro Schoeffer successit Joannes filius, qui verbis disertis asserit artem à Joanne Fust excogitatam anno 1450. perfectam anno 1452. in secreto habitam usque ad annum 1462. Lege Annal. Typogr. Tom. II. p. 143.
5 Annal. Typogr. Tom. I. pag. 13. usque ad pag. 23.
6 Ibid. p. 26. usque ad p. 31. Lege ibidem porrò multa ad typographiam illam primigeniam pertinentia. p. 32, 33, 34.

ann. circiter 1460. appulit, & statim in Academiam Oxoniensem recepta est; ubi eam Fredericus Corsellis à Harlemo adductus exercuit & docuit: cui forsan libri anno 1468. Oxonii excusi impressionem debemus. Ab adventu Frederici ad Academiam, diu oportet fuisse, antequam artis exercendæ initium faceret, opúsque ullum typographicum aggrederetur. Fabricandum erat prælum, reliquáque comparanda ad id negotii necessaria, quæ sanè multa & varia est, supellex: neque enim hujusmodi quicquam asportari patiebatur festinatio, quâ se Harlemo furtim proripuit, ne sarcinarum impedimenta fugam retardarent, aut proderent. Paratis denique typographicis illic omnibus instrumentis, cùm ipse solus nequiret universo negotio fungi, & multum operis, nisi longo temporis intervallo, explere; neque quidem expediret in uno artis adeò desideratæ peritiam & beneficium claudi; instituendi erant alii multíque, qui cum illo unà operi incumberent, & inventum postea tam rarum & utile, ideoque ûnius loci finibus minimè terminandum, in reliquas regni partes spargerent. Porrò qui artem addidicerunt, habiles quantumvis docilésque, non statim poterant opus hactenus novum eâ, quam postulat, expeditâ manu tractare, priusquam usus tempore confirmatus promptos reddidisset. Horum omnium qui rectam rationem iniverit, facilè credet temporis haud adeò breve spatium effluxisse, dum opus aliquod typographicum in lucem edi pro artis illius ita laudatæ meritis & præstantiâ dignum absolveretur. Sub Frederico Theodoricum Rood, qui artem Oxonii anno 1481. exercuit, tyrocinium fecisse probabile est: quin & ipse Gulielmus Caxton hâc famâ impulsus à mercaturâ ad typographiam convertere se decrevit; quam, cum in eâdem penitus perdiscendâ, quantum opus erat temporis, posuisset, cœpit tandem anno 1474. palàm profiteri. Ab Oxonio in alia passim loca hoc artificium disseminatum est; præláque fuerunt instructa, præsertim in [1] monasteriis; ubi codices ad argumentum maximâ ex parte Theologicum usúsque ac ritus Ecclesiasticos pertinentes excudi cœperunt; quarum major numerus ad nostram usque ætatem forsan pervenisset, nisi (ut conjicio) in cœnobiorum postea dissolutione, fervente (quod plerumque fit in omnibus rerum cùm civilium tum religiosarum mutationibus) reformationis æstu, spoliati, quippe redolentes papatum, interiissent.

Post Moguntinos Typographos suprà laudatos, primus mihi obviàm fit Nicolaus Jenson Gallicus: cujus nomen præ se fert Libellus Italicus, *Decor puellarum* dictus, in minore formâ, anno MCCCCLXI. impressus. Non equidem diffiteor multis hanc impressionem vitii in numeris (X. pro XX.) admissi esse suspectam: Idque maximè, propterea

1 Annal. Typogr. Tom. I. pag. 27. lin. 12. 2 Ibid. pag. 36, 37, 38, 39.

ea quod inter annos 1461. & 1470. altum sit de Nicolao silentium. At verò potuit anno illo in opusculo breviore primum dare sui specimen, dum interim operosiores librorum circiter quatuordecim, qui annis 1470. & 1471. prodierunt, editiones moliretur. Verùm in hâc re non ero meæ opinionis adeò præfervidè tenax, ut erudito cuiquam secùs sentienti meum judicium opponens lites moveam. Quomodocunque tamen res se habeat, id mihi certum videtur & authorum fide haud indignorum suffragiis confirmatum; Nicolaum Jenson illo tempore, quo liber ille impressus legitur, Venetias venisse, & artem typographicam introduxisse. In Patavino Jacobi Philippi Tomasini Episcopi Æmoniensis [1] Gymnasio invenio, *Anno 1459. Typographiæ artem Venetias à Nicolao Jenson traductam.* In Justiniani [2] Historiâ lego, sub Pascalis Mauripetri 66. ducis Veneti (qui ducatum anno 1457. iniit, & mortem 1461. obiit) principatu, *librorum imprimendorum rationem tum primum in Italiâ repertam fuisse, adinventúmque ipsum Germani hominis creditum: post quem Nicolaus Jenson in eo genere laudis maximè floruit; cui multum Veneta civitas debet in instituendis Musarum alumnis nobilissimo commento; atque hinc librariæ officinæ plurimæ institutæ, è quibus multa commoda in addiscendis disciplinis, studiosi percepere.* Hujus loci me primus admonuit Comes Pembrokianus, mihi nunquam non summo cum honore memorandus; qui præterea mihi affirmavit, alium in quodam Catalogo librum Italicum à Nicolao Jenson 1461. excusum à se alióque viro generoso visum fuisse. Titulus libri, lectu licèt ob informem literarum non planè descriptarum figuram difficilis, exhibere tamen videbatur *Delli Cani.* Illum Catalogum Comes ab Italo quodam Londini commorante acceperat: navímque, quâ libri in Catalogo descripti vehebantur, paulò pòst comperit prope oras Galliæ maritimas fractam fuisse.

Nicolaus ab anno 1470. ad 1482. *Latinè* optimos plurimósque elegantibus typis puràque chartâ vulgavit Authores. Hujus Prælo suam operam commodavit Omnibonus Leonicenus, in cujus ad Episcopum Bellunensem [3] Epistolâ mentionem Nicolai habemus honorificam. *Accedebant justæ preces* Nicolai Jenson Gallici *alterius (ut verè dicam)* Dædali, *qui librariæ Artis mirabilis inventor, non ut scribantur calamo Libri, sed veluti gemmâ imprimantur ac propè sigillo, primus omnium ingeniosè monstravit: ut huic viro, qui de re litterariâ tam bene meruit, nemo sit, qui non favere summopere debeat. Idcirco non difficulter impetravit, ut non solùm hoc opus* [Quintilianum] *verùm etiam utramque* Ciceronis *Artem corrigerem.* Si ejus Editiones cum laudatissimis Typographorum priorum aut posteriorum operibus conferantur, Artem Typographicam agnosce-

1 Pag. 391. Edit. Utinis ex typographiâ Nicolai Schiralti. MDCLIV. in 4.

2 Pag. 278.

3 Quintilian. 1471.

agnoscemus adeò ab ipso perfectam, ut illi eam tantùm tentâsse, hi ei nihil ulterius addidisse videantur.

Subit interim mirari, cur NICOLAUS JENSON characteres, cùm *Romanos* haberet tam peculiari venustate præcellentes, *Gothicos* aliquando maluerit, in Bibliorum potissimùm, Theologorum ac Juridicorum editionibus. Quod sic ab eo factum non arbitror, quasi litteras humaniores pluris quàm Theologiam aut Jurisprudentiam æstimaret, & typis illas formosissimis, has non nisi deformioribus dignas judicaret: sed id potiùs consuetudini tribuendum est, quæ hujusmodi typos, lectu utcunque difficiles & visu deformes, Theologiæ, Jurisprudentiæ ac Philosophiæ, jure tanquam proprio, ac distinguendi magis quàm infamandi causâ, assignavit. [1] *Gothicos* character ante NICOLAI adventum VENETIIS ignorabatur; quo cum socio [2] JOHANNE COLONIENSI usus est. In plurimis tamen Libris, cùm ille, tum alii celebres apud VENETOS Typographi eos adhibebant typos, qui à rudi & viliore MOGUNTINORUM antiquorum formâ procul aberant, necdum abierant in atram *Gothicorum* crassitudinem; sed æquâ nitidâque aureæ mediocritatis proportione oculos legentium tenebant attentos juxtà & attonitos; ac [3] *Veneti characteres* κατ' ἐξοχὴν appellabantur. [4] GERMANOS certe, qui PARISIIS consederunt, quorúmque [5] postea fiet mentio, nostras hic GALLUS VENETIIS in Arte consummandâ longè multúmque superavit: non quòd meritam illorum famam elevare cupiam, aut industriam & laborem invidiâ obscurare; qui, licèt extranei, suam GERMANIAM GALLIÆ ita posthabuerunt, ut hanc tanto munere primi donaverint. Nequeo autem mihi temperare, quominus votô quantumvis inani indulgeam, ut NICOLAUS ille [6] patriæ æquior fuisset, cúmque popularibus suis Artis laudes, quas sibi conciliaverat, participâsset. Doleo equidem meæ patriæ (cujus amore vinci me nunquam pudebit) id solidæ & veræ gloriæ fuisse præreptum, ut indigenis magis quàm advenis Artis tam utilis beneficium deberet acceptum: in quâ [7] adeò insigniter NICOLAUS excelluit, ut inter [8] Scriptores quosdam lis de ejus

1 CHEVILLIER, pag. 64.

2 CHEVILLIER, pag. 62, 63. ex SABELLICO. — *sed omnium maximè opibus & eleganti litterarum formâ multùm cæteros antecelluerunt* NICOLAUS JENSON & JOHANNES COLONIENSIS.

3 CHEVILLIER, pag. 61.

4 GERING, CRANTZ & FRIBURGER.

5 Vide ann. 1470.

6 CHEVILLERIUS p. 43. notat nonnullos Scriptores putâsse *Typographiam à* NICOLAO JENSONE *in* GALLIAM *asportatam* (uti ANGEL. ROCCH. *de Biblioth.* Vatic. pag. 412.) eúmque *ibidem in ipsâ* GALLIÆ *Metropoli Artem illam exercuisse* (uti JACOB. HOFFMAN. in secund. Tom. *Illustr.* German. & MELCH. ADAM. in *Vit.* Guttemb. & Faust. & MALLINKROT. in suâ *Dissertat.* p. 90.)

7 POLYDOR. VERGIL. *de Invent.* Lib. 2. Cap. 7. *Artem* NICOLAUS JENSON *primus mirum in modum illustravit.*

8 SABELLICUS eum *Teutonicum*, ISACIUS PONTANUS *Danum* appellat. Lege MALLINKROT. *Dissertat.* p. 12. & 83.

ejus natalibus oriretur; quorum gloriam GALLIÆ negatam alter GERMANIS, alter DANIS, injustissimè uterque & absurdissimè, arrogabat. Neutiquam hìc prætereundum censeo, Nicolaum Jenson anno * 1475. *Comitem Palatinum à Summo Pontifice factum fuisse, & aliis quàm pluribus Privilegiis in suæ virtutis prærogativam donatum ac decoratum.*

Anno 1463. *Augustam Vindelicorum venisse Typographiam à Melchiore Stainhemio S. Udalrici & Afræ abbate susceptam* scribit Loescherus *ex testimonio Bernh. Hertfelderi in descriptione Basilicæ S. Udalr. p.* 181. Ex Melchiore Adamo in Vit. Joan. Guttemberg. comperio, Biblia Latina à Joanne Bemler ibi fuisse excusa anno 1466.

Anno 1464. nominibus typographorum indicatis, tempore editionis descripto, loco autem omisso, lucem aspexerunt Biblia Latina: in quorum fine hi versus leguntur;

Jam semi undecimus lustrum *Francos Ludovicus*
Rexerat, *Ulricus*, *Martinus* itemque *Michael*
Orti *Teutonia* hanc mihi composuere figuram.

Cùm itaque LUDOVICUS undecimus CAROLO septimo anno 1461. 22. *Jul.* defuncto successerit eodem anno 15. *Aug.* coronatus, si semi-lustrum, id est, biennium cum semisse addatur, oportet Biblia hæc anno 1464. prodiisse. Si hæc autem PARISIIS fuisse excusa conjectetur ex Typographorum nominibus, quos simul alibi excudisse non constat; non video, quî id conveniat cum iis, quæ doctissimus & accuratissimus Historiæ Typographicæ indagator CHEVILLERIUS in suo *de* Parisiensis *Typographiæ origine* [1] Tractatu prodidit; hos nempe Typographos anno 1470. Artem PARISIIS primùm instituisse; & Biblia in GALLIÆ regno [2] ante annum 1475. impressa non fuisse. Nodum hunc [3] sagacioribus solvendum relinquo. De tribus illis Typographis agam, cùm ad annum 1470. pervenero.

Post MOGUNTIAM, nullus mihi occurrit, qui Typographiâ expressè declaretur inclaruisse, locus ante [4] *Sublacense* Monasterium, in quo LACTANTII FIRMIANI *Institutiones* anno 1465. antepenult. *Octob.* in fol. cusæ fuerunt, optimo certè & *Romano* charactere. Opus profectò eâ Artis pompâ ad amussim exactum, ut nemo, qui viderit, nomen

* Vide Decretal. Compilat. ann. 1475.

1 Part. I. Chap. 2, & 3.

2 Part. I. Chap. 5. pag. 74.

3 Loescherus scribit hæc Biblia, quamvis locus non indicetur, excusa esse Augustæ in monasterio, cui abbas Stainhemius præerat: quod quidem ignorâsse me notat vir clarissimus; & me adhuc ignorare ingenuè fateor: quippe locus est dubitandi, an typographi in urbe, quæ non est Gallicæ ditionis, ad Gallici regni æram suæ Editionis annos redigere voluerint.

4 De hôc Monasterio consule *Diar. Ital.* MONTFAUC. *pag.* 338.

nomen Typographi abesse non indignetur. Illud etiam non reticendum censeo, quòd loca quædam à LACTANTIO ex aliis Scriptoribus allata *Græcis* typis exarentur nitidissimis, quíque eos, quos postea SWEYNHEIM & PANNARTZ ROMÆ usurpabant, proximè referunt.

Liber [1] aliquando mihi visus est in 4. aut 8. Gothico at nitidissimo charactere, cum hâc subscriptionis formulâ: *Francisci Florii Florentini de amore Camilli & Æmiliæ Aretinorum liber, expletus est Turonis, editus in domo Guillermi Achiepiscopi Turonensis, anno millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, pridie calendas Januarias*; cui libro subjungitur *alius de duobus amantibus libellus in Latinum ex Boccacio transfiguratus per Leonardum Aretini.* Si liber iste revera ibidem excusus fuerit, Ars typographica apud Gallos non primùm Parisiis innotuit; contra id quod Chevillerius in loco paulò antè citato affirmat.

Typographia * his temporibus adveniens ROMAM, se contulit in PETRI ac FRANCISCI DE [2] MAXIMIS fratrum domum, in quâ CONRADUS SWEYNHEIM & ARNOLDUS PANNARTZ, uterque *Germanus*, sua collocaverunt prœla, junctâque societate & industriâ sese operi typographico naviter accinxerunt.

Inter primos, quos in lucem ediderunt, Libros habentur CICERONIS *Epistolæ familiares* ann. 1467. & Sancti AUGUSTINI Opus *de Civitate Dei* ann. 1468. ut à duobus gravissimis Scriptoribus, Hôc inter Sanctos *Latinæ* Ecclesiæ Patres, illo inter *Latinos* Authores principe, utroque Rhetoricæ magistro, auspicarentur. Deinde per totum sexennium vulgandis Tractatibus optimis tam sacris quàm profanis, ad labores impigri, sumptuum prodigi, invigilaverunt. Nil sanè est in rem typographicam magis injuriosum, quàm sordidior lucri turpis cupido, &.nimia in necessariis sumptibus faciendis parsimonia. De hôc vitio olim sic conquerebatur JOHANNES [3] FROBENIUS: —— *Quod nostra quidam imitati præfantur se duplominoris Exemplaria vendituros, id non tam ridiculum est, quàm omnibus studiis & studiosis perniciosum.*

1 Hunc Librum utì & plurimos alios, in cultissimâ JOHANNIS BRIDGES armigeri nuper defuncti cujus humanitati multum me debere agnosco, Bibliothecâ inspexi.

* *Andr. Fulvii Sabini antiquarii de Urbis Antiquitatibus libri quinque.* 8. *per M. Valerium Doricum & Aloisium fratrem Brixianos. Romæ.* 1545. In pag. 314. *De primâ imprimendorum librorum officinâ,* habentur hæc. „ Inventa memoriâ nostrâ „ nova admirabilisque librorum impri- „ mendorum ars prodigiosa hominum in- „ geniis excitata. Authores duo ex Ger- „ maniâ fratres impressorésque primi Con- „ radus & Arnoldus Romæ cœperunt in „ ædibus Petri de Maximis patritii Ro. „ M.CCCC. LV. Primísque omnium Au- „ gustinus de Civitate Dei & Lactantius „ prodiere. Unde hodie ubique gentium „ ex omni linguâ impressi characteres gra- „ tissimo compendio apparent „. At verò neque hi, quibus nomina diversa, fratres fuere; & videntur anno potiùs M. CCCC. LXV. quàm M. CCCC. LV. Romam venisse.

2 Hujus familiæ mentionem facit Clariss. BERNARDUS DE MONTFAUCON in *Diar. Italic.* pag. 166. & 255.

3 In Præfat. ÆSOP. ann. 1517.

sum. Nos castigamus nostra pro virili, chartis bonis utimur, doctos ære magno conducimus. Quid illi faciant, aliorum esto judicium. Hoc unum non tacebimus, si res impressoria negotiatio pergat esse, ut quorundam arte cœpit quæstui modò studentium, non tam hujus unquam inventionem fuisse rectis studiis utilem quàm erit abusus exitiabilis. Hujus verò vitii neutiquam affines fuisse antiquos illos Typographos convincunt plurima, quæ adhuc supersunt & superetunt, Exemplaria; quorum charta, atramentum, character, opus ubique æquale, omnia quasi recèns è prælo exirent, nitida oculos legentium invitant, delectant, rapiunt. Ad id præterea negotii plurimum momenti afferebat, quòd illis temporibus viri & doctrinâ & loco illustres prælis præesse ἐπανορθῶται & ἐργοδιῶκται non dedignarentur: inter quos JOHANNES ANDREAS ALERIÆ in CYRNO insulâ Episcopus, & Papæ [1] Bibliothecarius, nomen primum meruit: quo manuscriptos Codices subministrante, & præparante, typographicum opus emaculante, Epistolas nonnullis editionibus Præfationésque adscribente, CONRADUS SWEYNHEIM & ARNOLDUS PANNARTZ tot ingeniorum fœtus angustioribus hactenus Bibliothecarum limitibus conclusos liberiùs tandem & longiùs exspatiari, quíque privati antea tantùm juris fuerant, nunc publici esse jusserunt. Anno eodem 1468. Opus AUGUSTINI *de Civitate Dei* eruditissimum, *Epistolas* HIERONYMI disertissimas, vulgaverunt. Anno superiore TULLIANAS dederant *Epistolas*, hôc dant HIERONYMIANAS; quas recognovit ANDREAS *Aleriensis*, ex cujus ad PAULUM II. Dedicatione eis præmissâ quædam hìc inserere nec mihi neque (ut puto) Lectori erit molestum.

Tuis certè temporibus ad reliquas Dei gratias hoc etiam felicitatis Orbi Christiano accessit ac munus, ut pauperrimi quique parvâ pecuniâ Bibliothecas possint redimere. An parva tuæ Sanctitatis gloria, ut quæ Volumina vix centum aureis emi poterant aliis temporibus, viginti hodie ac minoris bene exarata & non mendosissimè scripta redimantur? Quæ vix viginti aureis Lectori mercabantur, quatuor & viliùs nunc etiam emantur. Adde, quòd quicquid ingeniorum olim fuit, latebátque penè in pulvere ac tineis propter immensos labores ac pretia describentium nimia, sub tuo principatu cœptum est scaturire, & per omnem orbem uberrimo fonte diffluere. Ejusmodi enim est impressorum nostrorum & characteres effingentium Artificium, ut vix inter hominum inventa, non modò nova sed ne vetera quidem, quidquam excellentioris inventi possit referri. Dignè honoranda profectò GERMANIA *est, utilitatum inventrix maximarum. Hoc est, quod gloriosa illa ac Cœlo digna anima* NICOLAI CUSENSIS, *Cardinalis Sancti* PETRI *ad vincula, peroptabat; ut hæc sancta Ars, quæ oriri tunc videbatur in* GERMANIA ROMAM *deduceretur: jam vota illius —— tuo tempore im-*

1 CHEVILLIER, pag. 199.

impleta sunt. —— Ego posteris in his Scriptis constanter semper admirationi futurum trado præstantissimos characterum imprimendorum Artifices sub PAULI II. Veneti ROMÆ *Artem exercuisse tanto artificio & industriâ hominum. Gratia nobis hæc Cœlitus per Divinum Pastorem importata, ut minoris Libri ferè emi possint, quàm aliàs soleret redimi ligatura. Nunc igitur, summe Pontificum, mansuetissime & verè gloriosissime, sume Sancti* HIERONYMI *primum Volumen, habiturus deinceps statutis temporibus semper nova tuæ felicitatis indicia, quasi frugum te dignissimarum primitias, & fove artis bujus utilissimæ sub tuâ Protectione* CONRADUM & ARNOLDUM, Germanos *homines, Arte imprimendi præstantes advectores.*

Libri, qui hactenus emissi sunt, *Latini Græcè* nihil ferè aut paucissima admodum habebant admista. Quicquid ex illâ Linguâ CICERO suis Operibus inseruit, aut [1] typis valde rudibus exprimebatur, [2] aut, lineæ spatio vacante, omnino omittebatur. Ut igitur illi vitio & huic defectui, quo Typographia laborabat, foret remedium, characteres *Græcos*, ad veram exactámque Manuscriptorum figuram & similitudinem oportebat effingi & ex metallo fundi, eámque illorum copiam, quæ multò pluribus, quàm uni voculæ aut lineolæ, excudendis sufficeret. Rei illi *Græcarum* Litterarum desuetudo & inscientia, tum earundem à Latinis, quibus solis Artifices insueverant, discrepantia, difficultatem non minimam attulerant. Hanc tamen perruperunt CONRADUS & ARNOLDUS; *Græcarúm*que formarum necessariâ supellectile comparatâ, AULO GELLIO manus admoverunt; [3] Authorem *maximis Scriptoribus annumerandum, in quo vix queat scitu dignum quippiam inveniri, de quo pars ab eo aliqua non tractetur. Erat tamen dura imprimis provincia; —— nam & multa* Latina *erant Librariorum negligentiâ depravata; & multo plura* Græca *—— corrupta, trunca, manca. Ea quoque ipsa, quæ integra extabant, à* Latinorum *perpaucis propter* Græcitatis *inscientiam intelligebantur. Temptavere quidam utriusque Linguæ non expertes banc* Latinis *gemmam —— detergere atque perpolire, —— qui aut rei difficultate aut aliis occupationibus distracti, —— ab Opere suscepto destiterunt.* Hanc provinciam à reliquis desperatam sibi depoposcit *Aleriensis* Episcopus; & *opitulante* THEODORO GAZA, *viro non in unâ aliquâ seorsim facultate sed in omnibus generatim animi ingenui disciplinis doctissimo, multa* Latina *fecit veriora, & ut* Græca Latinè *legerentur, consequutus est.* Opus illud GELLIANUM anno 1469. CONRADI & ARNOLDI prælo exivit, characteribus luculentis, Librorum Argumentis rubricâ per calamum descriptis. Loci ex variis *Græcis* Authoribus (& vix ullo

1 Vide edition. CICER. *Offi.* 1465.

2 Sic in CICER. *Epistol. ad Famil.* ROM. 1467. per SWEYNHEIM & PANNARTZ; ac *Epistol. ad* ATTIC. VENET. 1470. per JENSON.

3 Lege *Epistol. Episcop.* Alerienf. *ad* PAUL. II.

ullo in alio *Latino* Scriptore plures occurrunt frequentiores aut prolixiores) allegati exhibentur *Græcè* impressi litteris sanè (si hos in illo imprimendi genere conatus primos fuisse animadvertamus) satis pulchris & elegantibus, textu bene emaculato, & ita diligenter (quod in insolitâ & adhuc ignotâ apud Typographos Linguâ notari dignum est) correcto, [1] ut in duabus paginis lineas septuaginta sex non quidem breves complectentibus haud sæpius quàm in vocibus quatuordecim erratum fuerit. Litteræ sunt grandiori aliquantulum specie, æquabili & rotundiore formaturâ, planóque & nativo ductu effictæ; nudæ prorsus, & omni accentuum spirituúmque apparatu destitutæ seorsim singulæ, ac nullis ligaminibus inter se cohærentes, nullâque abbreviandi artificiosâ methodo [2] constrictæ: nihil omnino lectionem reddit perplexam, nisi quòd plures aliquando voces nullo interjecto spatio continuatæ, & periodi nullo sæpe aut perperam interposito puncto distinctæ, Lectorem, ubi finito sensu subsistat, dubium (nisi qui Manuscriptis assueverit) aliquantisper retardent.

Atticis AULI GELLII *Noctibus* Episcopus *Aleriensis* præmisit doctum ad PAUL. II. Pontif. *Rom.* Epistolam, in quâ collata in se rerum omnium penuriâ aliquando laborantem Papæ & GULIELMI Cardinalis *Ostiensis Rothomagensis* nuncupati universíque Cardinalium collegii beneficia gratus recolit. A GULIELMO Cardinale, cùm *molestis admodum inopiæ angeretur angustiis*, *centum ipsi mutuò numerati sunt aurei*; *eique diu licuit esse sub placidissimo creditore*, *donec æs alienum dissolveret*, *pecuniámque illi tandem redderet.* Idem postea Cardinalis ei, *quamprimùm* eum Papa *ad Ecclesiam* Aleriensem *ab* Acciensi *transtulisset*, *suæ benignitatis gremium denuo aperuit.* Papa præterea ei SABACIEÑ. *Ecclesiam conferri consensit.* His maximis beneficiis donatus *vigilabat impendio magìs atque contendebat*, *ut quotidie meliùs placitura in medium proferret*, *hoc modo excelsa & delimata ingenia jugi hortatu provocans*, *si quo pacto consequi posset*, *ut in hôc latissimo recognitionum campo pertrahantur* &c. Ad A. Gellii finem adjicitur elegiacum triginta octo versuum [3] carmen ab Aleriensi Episcopo forsan

1 Locus, qui hìc citatur, occurrit in A. GELL. lib. 10. c. 22. ex PLATONIS *Gorgia* desumptus, quem libuit integrum perlegere. Errores, quot deprehendi, hìc subnotati sunt; Et singulis numerus lineæ adnotatus; ut ex eorum paucitate Typographi diligentiam Lector agnoscat.

In Pagin. anterior lin. 8. χεομενον pro χεωμενον. 11. ανθεοπειων pro ανθεωπειων. 30. παιδισυ pro παιδιου 31. οτα pro ωτα.

In Pagin. posterior. lin. 5. συφυης pro ευφυης. 8. καταδεδικοτι pro καταδεδυκοτι. 11. εχω pro εχω. Ibid. φιλικος pro φιλικως. 15. φισιν pro φυσιν. 20. αγθισθης pro αχθισθης 29. ετις pro ειτις. 31. μεγιστον pro μεγιστων.

In Pagin. proxim. anterior. lin. 1. Κενωσιν pro Κενοισιν. 2. ελαγχοντας pro ελεγχοντας.

2. Duæ tantùm voces sunt abbreviatæ. In Pagin. anterior. lin. 3. & 9. ανων & ανοις pro ανθεωπων & ανθεωποις.

3 Vide Annal. Typogr. Tom. I pag. 47.

forsan compositum, & pro eorum temporum captu minimè aspernandum.

Joannes Andreas [1] scribit se *Victorino Feltrensi altore atque præceptore usum fuisse, parente ac magistro; quem Mantuæ Livii Decadum partem prælegentem audivit; & cui quicquid in recognitione profecerat, auctori acceptum retulit.*

THEODORI GAZÆ, quem in GELLIO habuerat adjutorem, in PLINII editione opem sensit, & agnovit in suâ ad PAULUM II. Epistolâ. —— *Juvit mirificè vir summæ eruditionis ac sapientiæ* Theodorus *meus* Gaza; *atque ita quidem, ut absque illo neque ego nec, penè dixerim, mundus hoc munus fuerit impleturus.* Deinde paulò pòst addit —— *equidem, Pater Beatissime,* Plinianam *recognitionem amplissimo Domino meo temporali* Galeaz Sfortiæ *Vicecomiti Duci* Mediolani *inclytissimo statueram tuâ voluntate delegare; sed existimavi aliquid me adhuc posse addere huic præstantissimo Operi: quod sit deinceps illi Principi plus præbiturum voluptatis. Quare in proximam additionem recognitionémque hoc illi munus reservavi.* ——. PLINIANÆ hujus editionis calci JOHANNES ANDREAS hæc subjunxit; quæ, quoniam accuratissimam ipsius diligentiam testantur, neutiquam hìc prætereunda censui. IRENEUS Lugdunensis *Episcopus; item* JUSTINUS *ex Philosopho Martyr; item cum divo* HIERONYMO EUSEBIUS Cæsariensis *seram posteritatem adjurârunt, ut eorum descripturi Opera conferrent diligenter exemplaria, & solerti studio emendarent: idem ego tum in cæteris Libris omnibus, tum maximè in* PLINIO *ut fiat, vehementer obsecro, obtestor, atque adjuro, ne ad priora menda & tenebras inextricabiles tanti sudoris Opus relabatur.*

Sic *Aleriensis* Episcopi adlaborantis hortatu, ope & inspectione assiduâ, CONRADI & ARNOLDI Typographêum per septem annorum spatium crescentibus in dies laboribus litterarios edidit partus, donec tandem nescio quâ fati pudendi inclementiâ post multos labores exantlatos opésque exhaustas in eas ærumnarum angustias adducti sunt, ut omnia ipsis jam forent desperata. Cùm itaque non suppeteret, quo importunæ paupertatis onus miserum & grave amolirentur, supplicem ad Papam SIXTUM IV. suis & *Aleriensis* Episcopi verbis, [2] dederunt Epistolam anno 1472. 20. *Mart.* in quâ sua opera suámque inopiam, nunquam satìs laudanda illa, hanc deplorandam, commemorant. In eâdem designatur, quot librorum singulorum ab ipsis usque ad annum 1472. impressorum exemplaria ediderint: quibus ego singulis tempus editionis in ipsorum catalogo non indicatum hìc adjiciam.

1. Lege Epistolam ad Paul. II. & Marc. S. Marci Cardin. Livio præfixam.

2. Lege in initio 5. tomi Gloss. Nicol. Lyr. 1472. Et Annal. Typ. Tom. I. p. 48, 49, 50, 51.

[1] *Donati pro puerulis, ut indè principium dicendi sumamus, unde imprimendi initium sumpsimus, numero trecenti.*

Lactantii Institutionum volumina . . .	825. Anno	1468.
Epistolarum familiarium Ciceronis.. . .	550.	1467.
Epistolarum ad Atticum.	275.	1470.
Speculi humanæ vitæ..	300.	1468.
Divi Augustini de Civitate Dei.	825.	1468.
Divi Hieronymi Epistolarum & Libellorum.	1100.	1468.
M. Tull. Ciceronis de Oratore cum cæteris.	550.	1469.
Ejusd. Operum omnium in Philosophiâ.	550.	1471.
L. Apuleii Platonici cum Alcinoo . . .	275.	1469.
A. Gellii Noctium Atticarum . . .	275.	1469.
C. Cæsaris Commentariorum Gallici & Civilium bellorum.	275.	1469.
Defensionis Divi Platonis.	300.	Absque anno.
P. Virgil. Maronis operum omnium. . .	550.	Nondum vidi.
T. Livii Patavini cum epitomate omnium decadum.	275.	Absque anno.
Strabonis Geographici.	275.	* Absque anno.
M. Ann. Lucani	275.	1469.
C. Plynii Veronensis de Naturali Historiâ	300.	1470.
C. Suetonii Tranquilli de duodecim Cæsaribus	275.	1470.
Div. Leonis Papæ Sermonum . . .	275.	1470.
M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum	275.	1470.
Continui, Sive Cathenæ aureæ D. Thomæ Aquinatis.	550.	1470.
Div. Cypriani Epistolarum	275.	1471.
Bibliæ cum opusculo Aristeæ . . .	550.	1471.
Silii Italici cum C. Calphurnio & Hesiodo	275.	1471.
Orationum M. Tull. Ciceronis cum invectivis in Antonium, Verrem, Catilinam & cæteros	275.	1471.
P. Ovidii Nasonis Metamorphoseos &		

Ele-

1 Hanc, quam nondum vidi. Editionem reliquis præivisse verba hæc, *unde initium sumpsimus*, probant: Donait Grammatica hic intelligitur *pro puerulis* impressa.

* Aliquot tamen, quæ (ut puto) fupererant exemplaribus, annus postea additus est 1473.

Elegiarum omnium.	550.	1471.
Nicolai de Lyrâ.	1100.	1471. 1472.

Conradum Sweynheim ultra annum 1473, non diu vixisse credo: Arnoldus Pannartz usque ad ann. 1476. artem exercuit. Anno 1468. ROMÆ alius inclaruit è *Germaniâ* Typographus, UDALRICUS HAN, cognomine Latino GALLUS: cui JOHANNES ANTONIUS CAMPANUS *Teramensis* Episcopus eandem, quam illis *Aleriensis*, operam præstitit. Nihil certè huic UDALRICO magìs in gloriam cedere potuit, quàm quòd eum CAMPANUS eligeret potissimum, cujus curæ suas committeret lucubrationes, & in ejus laudibus celebrandis materiam (utì postea dicetur) carminibus suis quæsiverit vir adeò insignis, & inter illius ævi optimos Poëtas æquè ac Oratores meritò numeratus.

JOANNES ANTONIUS CAMPANUS qualis quantúsque fuerit, ex MICHAELE FERNO *Mediolanensi*, qui ejus & Vitam scripsit, & varios Tractatus, Orationes, Censuras, Epistolas ac Epigrammata in unum Volumen redacta anno 1495. edidit, comperiet curiosus Lector. Eruditione suâ in Curiæ *Romanæ* gratiam se insinuavit. Purpuratos Præsules, *Papiensem* præsertim, *Senensem*, *Saxoferratensem*, & BESSARIONEM; Pontificésque ipsos, PIUM, PAULUM, XYSTUM, plurimósque Principes suo obsequio demeritus; Episcopus *Crotoniatum* primò constitutus, deinde ad uberiores *Teramensis* Ecclesiæ reditus sedémque honoratiorem evectus, postea in Ecclesiæ divi EUSTACHII Archipresbyteratum suffectus est. Neque quisquam erat, qui aliquando Cardinalem creatum iri non auguraretur; obtigisſétque, nisi fata nimiùm properè PIUM abstulissent. Quàm acri judicio Veterum scripta perpenderit, declarant ejusdem in varios Authores censuræ; in centum triginta sex QUINTILIANI *Declamationes*; in CICERONIS *Orationes*; in VICTORINUM *de Generatione Divinâ*, (quem nonnullas *Germaniæ* Bibliothecas evolvens invenit) in SUETONIUM (quem editum Cardinali *Senensi* dicavit) in PLUTARCHI *Vitas* (quas dispersas & à diversis indè Interpretibus *Latinas* factas collegit) in LIVIUM, cujus *tres Decades Librariorum inscitiâ magnâ ex parte depravatas jussu Cardinalis* Papiensis *receperat emendandas, operosam quidem rem & laboris plenam; dum multis Exemplaribus fretus corrigere aggressus est errores Librariorum, qui aut quod ipsi non capiant, nimium esse, aut quod non cernunt, obscurum, aut quod inversum est studio Auctoris depravatum putant; quique de Librariis emendatores facti ibi plus adhibent judicii, ubi minùs intelligunt. Horum ille depravationes, quas tantâ diuturnitate temporis tantâque barbarie necesse fuit esse quàm plurimas, emendavit, quàm potuit diligenter, ut huic novæ miræque industriæ impressorum ipse quoque pro virili auxiliaretur: idem facturus in cæteris, quò non modò non carerent Libris Veterum eruditi, sed & magna*

futura

futura foret copia, & æquè pauperi atque diviti comparari exiguo possent. Adjecta sunt ab illo omnium Librorum epitomata, eorum etiam, qui non extant, ut priscarum rerum notitiam habeamus ex his aliquam, simul ut quantam in LIVIO *fecerimus jacturam, intelligamus.* Quintiliani Editionem curavit; & in Epistolâ ad Cardinalem Senensem præfixâ hunc Rhetorem celebrat his verbis. —— *De* Quintiliano *si judicium poscas meum, illud verè videor mihi afferre, deesse eloquentiæ quicquid à* Quintiliano *non discas; & ibi artem desinere dicendi, ubi ultimum ejus fuit præceptum:* —— *& hunc aut parem* Ciceroni, *aut, si hoc magnitudo illa divini cœlestisque ingenii non patiatur, haud multò inferiorem fuisse.* —— *Magnus quidem meâ sententiâ* Cicero: *magnus* Quintilianus. *Sed est & in magnis quoque semper aliquid eminens; est & in quo superentur: nec cuiquam ita tota natura se præbuit, ut non aliquid sibi velit retentum, quod largiri & alteri possit. Ut rarò invenias celeritatem in eo esse eximiam, cui insit & robur. Et arborum aliæ crescunt sublimiùs, aliæ latiùs effunduntur; parvis utrumque concessum est. Cumulata mihi quidem videtur in utroque eloquentiæ magnitudo, sed aliter; hic in præcipiendo summus est habitus, ille in dicendo longè eminentissimus judicatus.* Quintilianus, *quibus armis pugnandum sit, docuit:* Tullius *& ostendit, quomodo vincamus, & ipse semper cum victoriâ contendit. Illius studia multum laudis in umbrâ consecuta sunt: hujus in foro multa plurimum gloriæ peperere. Et regnâsse in Concionibus atque Subselliis fertur* Quintilianus, *in Scholis & Classibus floruisse* Cicero. *Pugnacior ipse multo,* Quintilianus *instruendis aliis aliquanto fortasse diligentior. Tum in ipso quoque dicendi genere multum est intervalli. Magnificus & plenus* Cicero, *hic sumptuosus & locuples. Ille amplus, sublimis, redundans; hic gravis, acer, elaboratus: alter naturâ ornatior, alter studio æquè expolitus.* Quintilianus *sententiis premit, & pondere* Cicero; *& his ipsis & viribus & sublimitate & amplitudine & majestate convellit, ut videri possint illi æquè multa spicula in manibus esse, huic plus telorum; & ille tentare pungereque sæpius, hic altiùs vulnerare atque conficere. Tum citra vim illam sumptus in manibus* Quintilianus *acumine capit lectorem; sumptus* Cicero *gratiâ & candore delectat. Denique tanta vicinitas est, quanta videri inter eum potest, qui primus sit omnium in cursu, & eum, qui, nisi hic antecederet, ipse jam prævenisset. Est & in translationbus ac similitudinibus diversitas: in quibus visus est* Cicero *& adhibuisse modum, temperâsseque ingenio, & aliquanto fuisse distinctior, hic nescio an usque ad vitium nimius; non tamen ita conculcandus, ut & splendorem non afferat.* —— *Nihil aut hic præcepit faciendum, quod ille antea non præstitisset; aut ille præstitit, quod hic postea non præceperit. Tanto* Quintilianus *inferior, quanto est ex arte dicere quàm scribere de arte præstantius; sed eo fortasse diligentior, quo instituendis rebus plus vigiliarum ars postulat quàm natura faciendis. Tum amplissimus ingeniorum laudator* Cicero, *judex æquissimus* Quintilianus. *Itaque mirâ se hic moderatione arbitrum inter*

Græcos

Græcos *nostrosque constituit, mirâ illorum laude nostrorum æmulatione judicium peragit: Et velut in medio ad gratiam positus multa concedit omnibus, nemini detrahit quicquam; ut non minùs scisse eum rectè judicare existimes quàm voluisse.*

CAMPANO itaque, cùm in politioribus litteris esset exercitatissimus, nemo fuit ad adornandas veterum, qui tum situ & pulvere consumpti à plerisque negligebantur, Authorum editiones instructior: neque minima ULRICO HAN Typographo habenda est gratia, qui tam idoneo emendatore usus fuerit. Quâ de re FERNUS audiendus est. *Cùm* Vuldricus *quidam* Gallicus *tunc, qui formas in Urbem librarias nuper intulisset, interquiescere illum assiduis emendationibus non permitteret, remque litterariam ex magnis difficultatibus inopiâque ad ingentem ubertatem gloriosissimo illo & divino opificio evocaret; in illum jocatus Carmen hoc edidit.*

Anser *Tarpeii* custos *Jovis*, unde, quòd alis
Constreperes, *Gallus* decidit; ultor adest
Vuldricus Gallus: nequem poscantur in usum,
Edocuit pennis nil opus esse tuis.

Quando illius impressiones scribendi necessitatem pennarúmque usum sustulisse viderentur. Hôc Tetrasticho solebat Typographus plerosque, quos imprimebat, Libros suámque Artem commendare: quod unde didicerit, FERNUS sic refert. *Nuper cùm* Umbriam *peragrarem, idem fortè, quod ego, iter facientem* Turcam *offendi. Is cùm me* Latinis *verbis salutâsset, credidi primo congressu vernaculum sermonem nostrum eum non tenere; atque ita* Latinis *parum quidem ut subitis pariter respondi. Ubi admodum me Litteras non callere deprehensum habuit, sed nec tamen prorsus ignorare, audentior factus cœpit sese ad conferendum componere. Mox percunctanti illi, quinam docti hâc tempestate in Urbe memorarentur, complures ego numeravi. At, inquit ille, nostra sæcula vobis in lucem unum* Campanum *non revexere. Ad nomen ego* Campani *obstupescens, quomodo ejus ipse notitiam haberet, cœpi studiosiùs perquirere. Ille inter* Turcas *divi* Pii *gloriam cum —— memorâsset, hunc quoque virum, inquit, in hâc præcelsâ Imperii Christiani Urbe* Româ *apud illum in litteris maximum fama prædicabat Oratorem facundissimum in eloquentiâ supremum. Cujus videndi cupidus cùm per juventutem* Italiam *peragrarem*, Romam *quoque appuli: ubi mox in vestram fidem receptus scripta illius complura coegi; quæ postea vitâ chariora semper mihi servavi. Pleraque etiam memoriæ mandavi. Atque ita memoriter cùm multa retulisset, illud ego Tetrastichum* [Anser Tarpeii *&c.*] *quod antè non audieram, memoriâ inter equitandum excepi.* Scribit FERNUS, CAMPANUM, cùm annos jam quinquaginta superâsset, anno ad millesimum quadringentesimum septuagesimo septimo,

mo, Idib. *Quintilib.* obiisse: Idem tamen FERNUS in nono CAMPANI Epistolarum Libro unam affert LAURENTIO DE MEDICIS datam *Terami* XVI. *Januarii.* M. CCCC. LXXX. Quapropter vitium in numeros oportet subrepsisse. Et certè (uti me monuit in Epistolâ vir Doctiss. Dominus de la Monnoye) editio Romana Campani Operum habet M. CCCC. LXXV. In Athenæo Prusino Edit. 1678. in 4. pag. 23. hæc lego: *Antonius, aliis Jo. Antonius Campanus rusticæ mulieris filius, natus sub lauro —— sub Sixto IV. extra Ecclesiasticam ditionem exulare jussus —— partim ærumnis partim comitiali morbo confectus, Senis in Etruriâ anno M CCCC LXXVII interiit, Idibus Quintilibus. Vixit annos L. Natus juxta aliquos in agro Perusino; juxta alios, in Cavellâ, à Gallusio non procul ignobili oppido, undè cognomen traxit. Præceptoribus Laurentio Vallâ & Demetrio Chalcondylâ usus est. Apud sacellum S. Joan. Baptistæ in Cathedrali Senensi, ubi jacet, incisum est hoc epitaphium.*

Campanus jacet hìs, nostri clarum decus ævi,
Eloquio resonans carmine & historiâ.
Nec tamen hìc totus: sola hìc sunt ossa: petivit
Cœlum anima, ast orbem gloria, corpus humum.
Interiit corpus, vivit sed gloria, vivit
Spiritus; in solo corpore mors potuit.

De UDALRICI Typographi patriâ variant Scriptorum sententiæ, neque satìs convenit de tempore, hícne an CONRADUS & ARNOLDUS primi formas librarias *Romam* attulerint.

Hunc alii *Germanum,* alii *Gallum* volunt: inter hos FAËRNUS, qui eum *Gallicum* scribit; inter illos JACOBUS WIMPHELINGIUS, & NAUDÆUS (*Addit. à l'Hist. de* LOUÏS *XI. chap.* 7.) qui CAMPANUM allucinatum esse existimant, quòd eum Natione *Gallum* putaverit. CHEVILLERIUS quæstionem non decidit, sed interim miratur CAMPANUM, cui, cujas fuerit, vix licebat ignorare, solâ Epigrammatis acuendi gratiâ, in re certè tunc temporis manifestâ voluisse de industriâ, quod sciebat, nescire. Multis profectò impellor, ut credam UDALRICUM *Germanum,* non *Gallicum* fuisse. Extant enim Editiones, quæ id planè confirmant. Viz. *Ann.* 1468. CICER. de Orator. *impress. per* ULRICUM HAN DE WIENA: Ann. 1474. S. AUGUSTIN. de Civit. Dei *per* UDALRICUM GALLUM *Almanum &* SIMONEM NICOLAI *de Lucâ: Ann.* 1476. *Psalterium* JOHANNIS DE TURRECREMATA *per* LUPUM GALLUM *fratrem* UDALRICI GALLI *de Biennâ.* Hæc mihi satìs sunt, ut putem hunc ULRICUM sive UDALRICUM esse *Germanum.* Dictio *Han* Germanica *Gallum* significat; notátque WIMPHELINGIUS *errorem ideo emanâsse, quòd cognomen familiæ traductum fuit in Latinum, quod,* HERMOLAO BARBARO *auctore, nunquam fieri debet.* Nihilomi-

hilominus apud *Germanos* aliósque invaluit consuetudo, ut Barbaras suorum cognominum voces *Latinis* ejusdem significationis appellationibus mitigarent. Sic SCHOEFFER dictus est *Opilio*, LEICHTENSTEIN *Levilapis*, DES ROUGES *de Rubeis*, ESTIENNE *Stephanus*, &c. Neque erroris insimulandus est CAMPANUS, qui pro usitatâ inter Epigrammatum Scriptores libertate in voce factâ per ejusmodi mutationem æquivocâ ludens, festivè potiùs quàm seriò scribens, joco magìs quàm veritati studuerit.

Ad id aliud transeo, quod controversum est, utrúmne UDALRICUS an CONRADUS & ARNOLDUS *Romæ* Typographicen primi exercuerint. [1] His apertè palmam dat ANDREAS *Aleriensis*: cujùs judicio stare licèt non verear, [2] Librorum editionibus præsertim fretus; haud magnâ tamen contentione decertabo, siquis hos & illum cùm conterraneos tùm contemporarios affirmaverit.

UDALRICUS GALLUS anno 1474. socium in Arte habuit SIMONEM NICOLAI *de Lucâ*; neque ultra 1475. quicquam adhuc inveni ab illo impressum.

Dum celebres illi Typographi *Romæ* Artem illustrabant, *Venetis* JOHANNES & VINDELINUS *de Spirâ*, par fratrum memorabile, in eâdem inclaruerunt anno 1469. sed illi [3] ante annum 1470. exactum defuncto hic aliquandiu fuit superstes. Libri ab hôc excusi, nulli ultra 1477. mihi in notitiam venerunt; eâ autem typorum elegantiâ, ut avidissimè à curiosis requirantur. Fertur [4] JOHANNES *Spirensis* primus vocularum sub ultimâ paginæ præcedentis lineâ ad interiorem oram positarum, quæ paginæ subsequentis initium indicent, usum excogitâsse.

VINDELINUS *Spirensis* [5] postquam Artem exercendo in *Italiâ* nomen assecutus fuisset, concessit in *Germaniam*, ubi largis illis Jurisconsultorum (BARTHOLI 1471. Abbatis *Panormitani* 1474.) Operibus imprimendis incubuit. Anno 1472. JOHANNEM *de Colonia* in excudendis PLAUTI Comœdiis socium habuit.

Anno

1 Vide priùs in Epistol. præfix. 5. tom. Gloss. NICOL. DE LYR. *Nos de Germanis primi, tanti commodi Artem* &c. At verò WIMPHELING. *Epit. Rer. German.* cap. 65. Udalricus, *cognomento* Han, *sub idem ferè tempus formas librarias, rem inauditam & nunquam* Romanis *visam*, Romam *attulit*. Sic NAUDÆUS in *Addit. ad Hist.* LUDOV. XI. *ann.* 1713. p. 134. & MENTEL. pag. 11. Lege CHEVILLIER, pag. 202.

2 Prima, quam novi, Editio CONRAD. SWEYNH. & ARNOLD. PANNARTZ fuit anno 1467. UDALRICI HAN, 1468.

3 Lege postea inscriptionem ad calcem S. AUGUSTIN. *de Civit. Dei*, anno 1470.

4 Vide CORNEL. TACITUM ab ipso impressum; cujus fiet mentio in Catalog. Libror.

5 NAUD. *Addit. à l'Hist. de* LOUÏS XI. pag. 138. CAILLE, pag. 21. De hôc tamen dubito, nam Vendelinum excudisse Venetiis libros annis 1471. 1472. 1473. constat. Consule Catalog.

Anno 1469. imprimere cœpit REUTLINGÆ [1] JOANNES DE AVERBACH; 1470. COLONIÆ, JOANNES KOELHOFF; MEDIOLANI, ANTONIUS ZAROTUS impendio JOANNIS LEGNANI; in pago ERGOWIÆ, HELIAS DE LLOUFFEN; (FULGINII forsan) EMILIANUS DE ORFINIS *Fulginas* & JOANNES NUMEISTER.

Non sanè possum satìs contemplari demirarique sub ipsis Litterarum renascentium primordiis impigros mutuósque illorum Typographorum conatus: quantâ studiorum contentione & quasi æmulatione erecti in procurandis principum Authorum editionibus, quâ fieri poterat diligentiâ desudando secum invicem concertabant. E. G. Impresserunt CICERONIS Epistolas Familiares *Romæ* 1467. SWEYNHEYM & PANNARTZ; *Venetiis* 1469. JOHANNES *Spirensis*: PLINII Historiam hic 1469. illi 1470. CICERONIS Epistolas ad BRUT. QUINT. & ATTIC. eodem anno 1470. *Romæ* SWEYNHEYM & PANNARTZ *Venetiis* NICOLAUS JENSON: SUETONIUM eodem anno & Loco, *Romæ* 1470. SWEYNHEYM & PANNARTZ, ac UDALRICUS GALLUS. Hujusmodi plura ex Catalogo observare Lector poterit.

Infrequens non est apud illos veteres Typographos (quod sæpe nequeo non stomachari, eóque magìs, quòd nullam unquam afferri istius consuetudinis causam audiverim) impressionis annum aut locum celare, interdum & nomen Typographi. Aliquando tamen Typographum, latitare quantumvìs studentem, prodit proprius ejusdem character. Locum conjicere, modò non absit Typographi nomen, haud adeò difficile est. Annum etiam ex circumstantiis aut versuum (quibus tunc temporis valde indulgebant) in Librorum fine appendiculis, quantum licet, non raro assequimur. At verò de his omnibus singulísve, nisi conjectura ad veritatem proximè accesserit, temerè pronunciare vix tutum est. Typorum enim, quibus Typographi utuntur contemporanei, similitudo sagacissimi conjectoris oculis poterit imponere. Characteres CONRADI SWEYNHEIM & ARNOLDI PANNARTZ ab aliis, quàm NICOLAI JENSON & *Spirensium* inter se, distinguere multò facilius videtur. Illi in fine vocum litteram ſ longam usurpant *, litteræ i supernum punctum non imprimunt, diphthongis abstinent: hi rotundiore & nitidiore litterarum gaudent formâ; NICOLAUS JENSON diphthongos æ & œ, JOHANNES *Spirensis* ę pro æ adhibet.

Utinam

1 Quod à me ignoratum fuisse scribit Lœscherus; cùm tamen expressam hujus mentionem fecerim in primo meorum Annalium Tomo. p. 57. l. 10. & p. 64. l. 8.

* Literæ i, non semper punctum, sed aliquando lineola curva desuper imprimebatur, í; qui mos Badio usitatus fuit. Vide Saxon. Dan. Histor. ann. 1514.

Utinam equidem ſcirem multiformes litterarum, quibus illi utebantur Typographi, figuras adeò graphicè verbis depingere, ut certis indiciis earum inter ſe diſcrepantia ſtatim apparere poſſet, & ſuo Typographo ſua quælibet editio aſſignari! Res ea foret immane quantum operoſa, ſingulas Typographorum claſſes perluſtrare; ſingularum in iiſdem litterarum ductus minutulos, apices & faſtigia, extremitatum curvaturas, lineolarum inclinationes & diſtantias, tenues ſubtiléſque articulorum juncturas, univerſam denique elementorum compoſituram, faciem & proportionem attentiùs conſiderare; & in varietate typorum incredibili ſtylum dicendi prodigialiter variare. Metuo ſanè, ut in materiâ tam variâ & multiplici verba deficerent. Non tamen parum ad hunc laborem levandum & rem tam utilem expediendam conduceret, ſi varia ex variis Typographorum veterum Editionibus ſelecta cùm Alphabetorum tùm integrarum ſententiarum ſpecimina tabulis æreis inciderentur; quibus, quoties opus eſſet, inſpectis, oculi acies, quam omnium illarum figuram ea, quæ in diſquiſitionem venit, propiùs aſſimilat, diſcerneret. Interea, donec aut hæc aut alia quædam inſtituatur ratio, diligens Lector, ſi quis harum rerum ſatagat, uſu, qui optimus eſt magiſter, tandem parabit, ut queat diverſos Librorum Impreſſores, ubi abſunt nomina, dignoſcere: & curioſis frequenter oculis antiquas Editiones intuendo manibúſque evolvendo, ideas litterarum viſu creberrimo receptas fixáſque menti tam altè imprimere & fideliter retinere, ut illas animo (ſi verbo venia detur) exaratas cum iis, quæ ſubſunt oculis, conferendo probabile forſan de Editionis Typographo faciat judicium.

Quidam Typographi ad intelligendam temporis, quam gripho implicant, notam requirunt OEDIPUM, & ænigmaticâ circuitione uti, quàm apertè rem indicare, malunt. Alii per [1] Luſtra quinquennalia, alii per Olympiadas annos computandos exhibent. Sunt inter hos, [2] qui, ut legentibus crucem figant, aut (quò loquar mitiùs) alieni ingenii periculum faciant, Olympiadas ſuas non (ut mos eſt plerisque antiquis) quadriennio, ſed quinquennio conſtare, inſolenti quâdam libertate, volunt, & à CHRISTI natalibus initium ſumere: [3] ſunt, qui nolunt rationem Olympiadum antiquitus fixam refigere; eáſque juxta receptum olim quatuor annorum calculum metientes ad ſuam primitivam & veriorem Epocham reducunt. Occurrunt nonnullæ librorum ſubſcriptiones, in quibus [4] numerales literæ, utrùm de

1 Sic GERING, CRANTZ & FRIBURGER in Bibliis *Latinis* ann. 1464. & 1476. impreſſis.

2 Sic Impreſſor Anonymus AUSONII ann. 1472.

3 Sic Angelus Ugoletus Parmenſis in ſuâ Quintilian. 136. Declamat. editione, ann. 1494.

4 Sic M.CCCC.LXCIII. in Quintilian. Venet. 1493. & M. CCCC. LCXV. in Appian. per Peregrin. Paſqual. 1495.

de industriâ, nescio, an per errorem typographicum confusæ difficultatem pariunt.

Veteres Artis Typographicæ magistri nullam in librorum initiis paginam titulo aut typographicis, quæ nondum erant in usu, insignibus destinabant: sed impressoris, urbis annique nomen ad finem rejici solebat; cum mensis sæpe & diei notâ, quam adjiciendi consuetudo diu inveterata tandem apud recentiores exolevit. Imò ne non satis insignis & circumstantiis definita prodiret editio, æram aut Romani Pontificis, aut Imperatoris, summíve Magistratûs, qui in eo loco tum rerum potiebatur, assignabant. Libri plerumque ornabantur splendidâ hujusmodi coronide; in quam sæpe *ampullas* inferciebant & *verba sesquipedalia*, quæ projecerunt posteri, nec possemus absque risu & cachinnis excipere. Iis tamen videtur esse faciliùs ignoscendum, si Artis haud diu inventæ gaudio, nec immeritò, elati, in ejusdem suíque laudibus celebrandis fuerint aliquanto liberaliores; & turgidis inscriptionibus cum tanto verborum (sæpe [1] vix Latinorum) fuco strepitûque Libros oneraverint: quas ætate illâ, ubi omne ignotum pro magnifico habebatur, inventionis novitas tolerabiles fecerat; nostrâ autem, ubi admirationem familiaritas aut sustulit aut imminuit, æquus lector vix pateretur. At verò dum illi præ ardentiori gloriæ studio se & sua opera paulò intemperantiùs jactabant; [2] contrà alii præ nescio quâ modestiâ obstinato silentio se notitiæ subtrahebant, libros appendicibus non modò supervacaneis sed etiam consuetis necessariísque destitutos emittentes. Adeò nihil apud eos erat medium; & in aliquâ parte, aut ab his aut ab illis peccabatur. Horum nihilominus obscuræ negligentiæ minùs ægre, quàm ambitiosæ illorum diligentiæ, veniam dedero: illi enim id pavent, ne aliquid; hi, ut omnia ignoremus; & nemo est, qui sibi plusculum, quàm nihil omnino, dici non maluerit.

Typographia, licet in Germaniâ edita primùm in lucem fuerit, alibi maluit adolescere; & solum natale, cujus nescio quâ dulcedine plerique ducimur Italo commutare: ubi scilicet sub clementiori aëre cœlóque benigniori collocata, ac radiis ferventioribus animata, maturitatem citiùs assequeretur. Ibi olim cum toto suo Artium choro plenôque Scientiarum comitatu floruerant Musæ: eò jam quasi ad portum, post clades Græciæ tristissimas, sese appulerant deploranda Litteraturæ naufra-

1 Ex librorum veterum inscriptionibus, quas passim allego, Lector deprehendet illata vocum barbararum monstra & violatas aliquando syntaxeos & poeseos leges. Cujusmodi exempla abunde hic accumularem, nisi metuerem, ne plus fastidii quàm voluptatis crearent lectori tot barbarismi & solœcismi, nunquam nisi in illis literarum tyrociniis condonandi. Balbutientes patimur infantes, odimus adultos; fandi enim in illis solos requirimus conatus, in his perfectionem.

2 De his postea seorsim dicetur in catalogo librorum temporis notitiâ carentium.

naufragia & vix superstites eruditionis ac eruditorum relliquiæ. Ibi convenæ litterati sub generosorum Principum, Medicææ præsertim Domûs, patrocinio honestum hospitium nacti sunt: & nullibi certè potuisset commodiùs hospitari Typographia, quàm ubi tot viri doctrinâ clari, extorres, bonis exuti, miserarum fortunarum solatium perfugiúmque invenerant. Paululùm intrà Italiæ præcipuè fines sese continuit, & viguit Ars illa; quam Europæ partem magìs aliis omnibus coluisse, per totum reliquum hujus centuriæ spatium, videtur. Haud diu fuit, antequam in Galliam commigraret; quò etsi inprimìs non advenerit, nullibi majore animorum alacritate accepta aut industriâ exculta est, nullibi majora tandem cepit incrementa.

Ludovicum Undecimum, cujus in litteras studium ab omnibus Historicis taceri [1] Naudæus meritò conqueritur, silentio mihi minimè prætereundum censui: qui illorum è Constantinopoleos per barbaram tyrannidem populatæ stragibus litteratorum exulum plurimos amicè acceptos liberaliter tractavit. Numerantur inter illos Gregorius Typhernas, Hermonymus Spartanus, & Tranquillus Andronicus Dalmata; quorum operâ Græcæ Litteræ à solo patrio infœliciter proturbatæ in Galliâ auspicatò consederunt.

[2] Ludovicus ille, quo regnante prima Typographiæ notitia Gallis facta est, ut suâ gratiâ litteras, ad quas Ars illa restituendas venerat, dignaretur, Manuscripta omnia à Carol. V. & VI. conquisita Fonte Bellaqueo Parisios transferri jussit, & in Regiâ Luparensi amplam, ubi reponerentur, Bibliothecam, cujus curam Roberto Gaguino Trinitariorum Generali demandavit, ædificari: eámque magnâ Codicum manuscriptorum & impressorum copiâ ditavit. Regis hujus jussu Præsidens Joannes de la Driesche à Parisiensibus Medicæ Facultatis magistris Codicem Rhasis autographum, quem exscribendum curaret, oppigneratâ interim argenteâ quâdam, donec redderetur, supellectile, accepit. En Epistolam[a] Medicis eâ de re scriptam.

Nostre souverain Seigneur, tant & si tres humblement que plus pouvons, nous nous recommandons à votre bonne grace, & vous plaise sçavoir, que le President Messire Jean de la Driesche nous a dit que lui aves rescript, qu'il vous envoyast totum Continens Rasis *pour faire escrire, & pource qu'il n'en a point, sçachant que nous en avons un, nous a requis, que lui voulussions bailler.*

Sire, combien que toujours avons gardé tres precieusement ledit livre; car c'est le plus beau & le plus singulier tresor de notre faculté, & n'en trouve-t-on gueres de tel; neanmoins nous, qui de tout notre cœur desirons vous complaire, & accomplir ce qui vous est agreable, comme tenus sommes, avons delivré audit President ledit livre pour le faire écrire, moyennant certains gages de vaisselle d'argent, & d'autres cautions, qu'il nous a baillé en seureté de nous le rendre, ainsi que selon les statuts de notre Faculté faire ce doit, les-

1 Addit. à l'Hist. de Louïs XI. Edit. 1713. p. 82, 83, 84. 2 Id. ibid, p. 36, 37, 38.

lesquels nous avons tous jurez aux saints Evangiles de Dieu garder & observer, ne autrement ne les pouvons avoir pour nos propres affaires. Priant Dieu, Sire &c. ce 29. Nov. 1471.

Hæc Medicorum *Parisiensium* cautela neutiquam nimia videbitur, si modò, quàm * cara & rara tunc temporis fuerint manuscripta bonæ notæ Exemplaria, animadverterimus. Nemo interim dubitabit de LUDOVICI Undecimi insignibus in rem litterariam meritis, quæ, absque NAUDÆO esset Supplementi ad illius Historiam authore, in oblivione jacuissent. In re equidem non adeò levis momenti miror tam universum Historicorum silentium: quos quæ causa ad id dissimulandum adduxerit, investigare nequeo. Ignorare certè non poterant nil ferè magis Principi non in gloriam modò sed etiam emolumentum verti, quàm bonarum litterarum patrocinium. Id optimè intellexit & confirmavit LUDOVICUS XIV. cujus regnum maximè & ornavit & stabilivit ea, quâ litteras prosecutus est, gratia. Sub ejus auspiciis eò crevit Ars Typographica, ut jam desit, quò ulteriùs progrediatur; in illo apice constituta, unde ab universo Orbe suspici posset; tanti, cujus nomine & favore ornata & fulta est, Monarchæ memoriam in omnium sæculorum posteritatem conservatura: Egregium sanè & (propè dixeram) præcipuum LUTETIÆ ornamentum; in quâ Urbe Artium matre & nutrice fixerat in primis suarum fortunarum sedem, à Metropoli deinceps in alias Urbes se diffusura; in quâ, quasi in arce quâdam & speculâ fundata, Regum virorúmque amplissimorum subsidiis & liberalitate hactenus sustentata, principatum tenuit.

** PARISIIS excepta est primùm in SORBONÆ domo; in quam † tres *Germani*, ULRICUS GERING *Constantiensis* cum sociis MARTINO CRANTS, & MICHAELE FRIBURGER aliàs DE COLUMBARIA, GULIELMI FICHETI *Alnetani* & JOANNIS LAPIDANI *Germani* SORBONÆ Doctorum operâ acciti, convenerunt, suæque Artis specimina anno 1470. dederunt. Libri illi impressi sunt, crasso, rotundo Romano charactere; nigredine atramenti pulchrâ nitidâque; chartâ haud nimiùm albenti, sed firmâ satìs & bene

* Si Lector scire voluerit, quàm cara fuerint & Exemplaria Manuscripta & Codices in primâ Typographiæ origine impressi, legat, quid de hâc re fusè dissernerit idem NAUD. ibid. pag. 39. usque ad pag. 45.

** Doctè & diligenter admodum id tractat CHEVILLERIUS, *L'Origine de l'Impr. de* Paris. Chap. 2. & 3.

† CHEVILL. p. 42, 43. Mr. NAUDE' dans son *Addit. à l'Histoire de* LOUÏS XI. (p. 139. Edit. 1713.) de ces trois n'en fait que deux, & a cru que ce nom ULRIC étoit le surnom de MARTIN & de MICHEL. *Cette invention*, dit-il, *y fut apportée pendant le regne de* LOUÏS *XI. par deux* Allemands *nommez* MARTIN *&* MICHEL ULRIQUES. En quoi il a été suivi par Mr. LE GALLOIS dans son Traité *des plus belles Bibliotheques de* l'Europe. p. 162.

bene glutinatâ: finè litteris majusculis; capitúmque initialibus, vacante ibi spatio postea coloribus illuminando; absque titulis, voculis (quas vulgò dicunt) *reclamantibus*, ciphris paginarum indicibus, & litterarum alphabetico ordine dispositarum signaturis: notis compendiariis referti. Quidam Libri à verso folio ordiuntur: occurrunt lineolæ aliquando rubricatæ, litteræ nonnunquam semiformes, voces nonnullæ prælo cœptæ, calamo finitæ. Epistolis aliquibus impressis inscriptio præit manuscripta. Hæc scilicet erant Artis nascentis rudimenta, in quibus brevis admodum facta est mora; nec ab his experimentis diu fuit, antequam ad usum pleniorem magísque perfectum formaretur.

Codices plurimi à tribus illis Typographis impressi, temporis, quo prodierunt, notatione destituuntur; annúsque & ordo non nisi ex circumstantiis, inscriptione putâ Epistolarum, Epigrammatibus quibusdam adjectis, aut characteris formâ, potest conjectari.

Præmonito hìc JOANNEM LAPIDANUM bis fuisse SORBONÆ Priorem anno 1467. & 1470. & GULIELMUM FICHETUM anno 1467. Rectorem egisse, sed nondum gradum Doctoris consecutum: Epistolæ GASPARINI *Pergamensis* Litteris præfixæ partem subjungam, ex quâ Lector facilè intelliget has ann. 1470. esse excusas.

„ Guillermus Fichetus Parisiensis Theologus Doctor Joanni
„ Lapidano Sorbonensis Scholæ Priori, Salutem.

„ Misisti nuper ad me suavissimas Gasparini Pergamensis Epistolas,
„ non à te modò diligenter emendatas sed à tuis quoque Germanis
„ impressoribus nitidè & tersè transcriptas. —— præter alias complu-
„ res litterarum graviores jacturas hanc etiam acceperunt, ut libra-
„ riorum vitiis affectæ penè barbaræ videantur. —— quos ad hanc
„ urbem è tuâ Germaniâ Librarios ascivisti, quàm emendatos libros
„ ad exemplaria reddunt! Idque túte macto studio conaris, ut ne ul-
„ lum quidem opus ab illis priùs exprimatur, quàm sit à te coactis
„ exemplaribus multis castigatum liturâ multâ. —— Scriptum apud
„ Sorbonam velocissimâ Ficheteâ manu.

Et ad Libri calcem hoc legitur Octastichum.

„ Ut sol lumen, sic doctrinam fundis in orbem,
„ Musarum nutrix regia Parisius.
„ Hinc propè divinam tu, quam Germania novit
„ Artem scribendi, suscipe promerita.
„ Primos ecce libros, quos hæc industria finxit
„ Francorum in terris, ædibus atque tuis.

„ Michael, Udalricus, Martinúsque magistri
„ Hos impresserunt, ac facient alios.

Aliud etiam ad SALLUSTII finem.

„ Nunc parat armat virósque simul rex maximus orbis
„ Hostibus antiquis exitium minitans.
„ Nunc igitur bello studeas, Gens Parisiorum,
„ Cui Martis quondam gloria magna fuit.
„ Exemplo tibi sint nunc fortia facta virorum,
„ Quæ dignè memorat Crispus in hôc opere.
„ Armigerísque tuis Alemannos annumeres, qui
„ Hos pressere libros „ arma futura tibi.

Bellum, quod hi versus innuunt, à LUDOVICO XI. fuit CAROLO *Burgundiæ* Duci ann. 1470. indictum.

GULIELMI FICHETI ad multos Principes Præsulésque, quibus suos *Rhetoricorum* Libros commendat, Epistolæ datæ sunt omnes ann. 1471. præter unam ad ROLINUM Cardinalem ann. 1470. Idib. *Jul.* *Rhetoricorum* igitur Librorum impressio Idibus *Juliis* anni 1470. anteivit. FICHETI ad BESSARIONEM* Cardin. Epistola hanc gerit subscriptionem, *Ædibus Sorbonæ scriptum impressúmque anno uno & septuagesimo quadringentesimo supra millesimum.* Eundem annum exhibet Epistola LAPIDANI ad PAULUM SENILEM in fine LAURENT. VALLÆ *Elegantiarum.* BESSARIONIS ad FICHETUM Epistola, quam suis *Orationibus* præfixit, scripta est ROMÆ 1470. *Decembri* Mense; nec ergo videtur probabile has ante ann. 1471. excusas fuisse. RODERICI *Speculum* (ut quidam vir clariss. autumat) ante GASPARINI *Epistolas* non forsan erat impressum, quòd character harum recens adhuc, illius verò vetus & usu jam longo attritus appareat. Si cui hæ minùs arrideant de horum Librorum ordine conjecturæ, obstinatè neutiquam refragabor, modò hos, quos in ædibus SORBONÆ elaboratos constat, concedatur prodiisse ante ann. 1473. i. e. antequam illi tres Typographi illinc aliò migrarent.

Ex FICHETI Epistolâ priùs allatâ credo LAPIDANUM Operum, quæ sub trium illorum Typographorum prælis sudabant, correctorem atque emendatorem fuisse, uti & ERHARDUM WINDSBERG *Germanum* Medicinæ Doctorem, cujus hoc in Cynicis Epistolis extat Epigramma, pinguiori quidem Minervâ, & absurdâ omnino syllabæ unius quantitate.

* Plura

* Plura licèt summæ dederis Alemannia laudi,
At reor hoc majus te genuisse nihil;
Quòd propè divinam summâ ex industriâ fingis
Scribens hanc Artem, multiplicans studia.
Felices igitur, Michael, Martinéque semper
Vivite, & Ulrice, hoc queis opus imprimitur.
Erhardum vestro & non dedignemini amore,
Cui fido semper pectore clausi eritis.

Eâdem præterea circiter tempestate, aliorum multorum Typographorum ductu in diversis Locis jam latè frequentari cœperat Typographia. Anno 1471. LUBECÆ ** innotuit; floruit ARGENTINÆ per HENRICUM EGGESTEIN: TARVISII, per GERARDUM DE LISA: BONONIÆ, per BALTHESAREM AZZOGUIDUM: FERRARIÆ, per ANDREAM GALLUM. NORIBERGÆ Artem exercuit ANTONIUS COBURGER ejusdem civis, " *antiquo quidem rudiori typo, non nisi serò admodum admissis politioribus illis, qui à loco inventionis* Veneti *dicti sunt. Huic, viro integerrimo atque litterariam rem gerentium laudatissimo* (diu enim illam Artem coluit) Epistolas Illustrium virorum *nuncupavit anno* 1499. JODOCUS BADIUS *Ascensius*, ex cujus Epistolâ visum est pauca excerpere. —— *rem dignissimam facturum videor, si præstanti ac ferme incredibili multiplicandorum per Chalcographos Librorum & Authorum penè innumerabilium æternitati consecrandorum dextimæ facilitati tuæ, Antoni suavissime, septem & triginta primariæ Litteraturæ procerum Epistolas dicem.* —— *Si quidem cùm sis Librariorum facilè princeps & inter fideles atque honestos mercatores non inferiori loco positus; nihil principatu tuo dignius censeam, quàm hos tantos heroas in regales istos thalamos, omnis bonestatis*

* JACOBUS MENTELIUS [in *Paranesf. de ver. Typogr. Orig.* pag. 15.] hoc ERHARDI VUINDSBERG ad *Germanos* Librarios egregios MICHAELEM, MARTINUM atque UDALRICUM Epigramma refert, sed pessimâ fide depravatum, substitutis in primo versu vocibus *Tu Argentina* im locum genuinæ vocis *Alemannia*, ut scilicet Artis Typographicæ inventæ gloriam à *Moguntinis* ad *Argentinenses* transferret. Vox *Alemannia* (uti observat CHEVILLERIUS pag. 50, 51, 52.) in illarum Epistolarum exemplari, quod in *Sorbona* Bibliothecâ asservatur, planè comparet; quamvis in altero, quod in Regiâ *Parisiensi* Bibliothecâ vidi, voces *Tu Argentina* manu cujusdam falsarii repositas & in verarum, quas quivis expunctas fuisse deprehendet, locum malè intrusas animadverterim. Præterea MENTELIUS has Epistolas *Strasburgi* (ut mos est suus, omnia in *Argentinensium* gratiam distorquendi causam quo jure quâque injuriâ arripiens) putat impressas; sed CHEVILLERIUS, collatione cum reliquis Libris ab iisdem Typographis *Sorbonæ* impressis factâ, ibidem etiam excusas veriùs conjectat.

** Lege Viri Doctissimi Jo. Henr. à Seelen Gymn. Lubec. Rect. Supplementum primum ad meos Annales Typographicos.

1 MALLINCROT. *de Art. Typ.* pag. 87, 88.

nestatis ac probitatis nimirum penetralia, benignissimè suscipere. —— *Litteratos omnes & colis & foves; pervigilémque curam ad bonos Codices verè, tersè, ac sine mendis imprimendos adhibes. Ad quam rem prudentissimè (ut cætera soles) magistrum Joannem Amerbachium, indefatigabili virum diligentiâ, & solertissimâ vitiorum expungendorum peritiâ, te delegisse accipio. Cujus quidem viri si omnes similes essemus, nec alii inventa nostra (Teutonica dico) occuparent: longè pluris apud Literatos haberemur.* —— *Et nos ejusdem, licèt longo intervallo, & miratores & imitatores sumus* &c. Ex his BADII verbis licet æstimare, quantum fuerit ANTONII KOBURGER inter ejus ὁμοτέχνες meritum.

Anno etiam 1471. [1] NEAPOLIM *typorum artificium primus detulit* SIXTUS RUSSINGER ARGENTINAS, *tantâ illìc à Ferdinando Rege & nobilitate exceptus gratulatione, ut non tantùm utrisque acceptissimus fuerit, sed etiam ab ipso Rege amplissimæ dignitates atque adeò Episcopatus ei sæpius oblati fuerint, nisi omnibus illis patriæ amorem prætulisset, vir ob dignitatem sacerdotalem & senium venerandus.* Tanto in honore res habebatur Typographica, ut ei subservire non dedignata fuerit equestris Dignitas. Sic anno proximo in hâc tractandâ Romæ vir illustris [2] JOHANNES PHILIPPUS DE LIGNAMINE *Messanensis* eques Siculus Sixti IIII. familiaris inclaruit. Huic sanè negotio quasi certatim manus admovebant viri ex omni gradu egregii, utì constare potest ex illo, qui postea seorsim datur Catalogo, ubi per annorum seriem plenior exhibetur Typographorum in singulis urbibus innotescentium nomenclatura.

Anno 1472. libros excuderunt FLORENTIÆ, BERNARDINUS CENNINUS cum DOMINICO & PETRO; VERONÆ, JOHANNES *Veronensis*; PADUÆ, BARTHOLOMÆUS de VALDEZOCHIO & MARTINUS de SEPTEM ARBORIBUS; MANTUÆ, GEORGIUS & PAULUS cum COLUMBINO, item PETRUS ADAM *de Michaelibus*, ac THOMAS SEPTEM-CASTRENSIS *& Socii*: PARMÆ quoque & DAVENTRIÆ imprimi cœptum.

Post-

1 MALLINCROT. Ibid. p. 84. CHEVILLER. p. 125.

2 MALLINCROTIUS p. 84. mentionem ejus facit anno 1480. at certum est eum octennio antè *Romæ* Arti operam dedisse. Imò anno 1472. Liber [*Pongie Lingua*, de quo postea in Catalogo] excusus est, in quo præfatur JOHANNES PHILIPPUS DE LIGNAMINE *Siculus* SIXTI IIII. familiaris MATTHEO DE MARCHO Abbati Monasterii Sancti *Placidi*; scribitque —— *se jam secundum annum Romæ agere* —— *& impressisse Quintilianum, Suetonium, Leonem, Lactantium, Ambrosium de Officiis, Laurentii Vallæ Elegantiam, Horatii Opuscula* —— Quorum Librorum nullus adhuc mihi fuit obvius. Ejus meminit Biblioth. Sicul. Tom. I. p. 361. & SIMLER. in Bibliothec. *Joannes Philippus de Lignamine Messanensis Siculus scripsit ad Sixtum Papam* IIII. *De unoquoque cibo & potu, utili homini & nocivo & eorum primis qualitatibus.* Anno 1474. prodiit Romæ ejusdem Chronicon Pontificum.

. Postquam Ars Typographica *Lutetiæ* in *Sorbonæ* ædibus societatis illius curâ jam triennium educata vires paulatim accepisset, alii quoque Typographi illorum priorum exemplo excitati aut ab ipsis edocti idem etiam artificii genus instituere decreverunt. [1] PETRUS enim CÆSARIS & JOHANNES STOL, *Germani* quidem, sed in Academiâ *Parisiensi* studiis innutriti, industriâ junctâ, prælísque instructis, iisdem vestigiis insistendo, eandem sibi paraverunt gloriam. PETRUS CÆSARIS Magistri in Artibus gradum in Universitate meruerat, & cum socio JOHANNE STOL anno 1473. Libros suis typis impressos publicavit. Eidem anno 1486. *Sorbonæ* Doctores domum locaverunt viâ *Jacobæâ*, ubi ad Cygni & Militis insigne usque ad 1509. habitavit. Gradum, quem apud Academicos adeptus fuerat, silentio præterire nolui; ut, quo in honore apud majores nostros Ars esset Impressoria, intelligatur. Nondum enim à liberalium & ingenuarum dignitate in plebeias servilium & mechanicarum tabernas descenderat; & quicunque in temporum illorum Historiis versati sunt, sciunt nihil olim fuisse magis pervulgatum, quàm viros loco honesto ortos, ordine aliquando ecclesiastico venerandos, imò infulis ornatos, nullos ferè non bonarum litterarum peritos, rerum typographicarum satagere.

[2] FICHETO discessum *Romam* ad SIXTUM IV. Pontif. Max. & LAPIDANO reditum in *Germaniam* meditante anno 1473. ULRICUS GERING cum duobus sociis, *Sorbonâ* relictâ, ædes in vico *Jacobæo* Sole aureo insignitas incoluerunt, prope Sanct. *Benedictum*, easdem forsan, quas REUCHLINUS JOANNIS DE LAPIDE in *Sorbonâ* discipulus sub idem tempus habitare se scribit. Videntur hi tres Typographi, cùm præla sua transmovere *Sorbonâ* pararent, veterem litterariam supellectilem confregisse, novámque in illius locum substituisse; cui conjecturæ locum dat novus librorum, quos postea excuderunt, character. ULRICUS post annum 1477. impressit solus, sociis suis, quorum deinceps nulla mentio, fortè *Germaniam* reversis; &, ascito in suam societatem G. MAYNYAL, usque ad annum 1483. in vico Sti. *Jacobi* ad aurei Solis intersignium jugiter in Artis exercendæ curam incubuit. *Parisiis* postea paulatim Artis notitia ad plures permanavit; annóque 1474. [3] PETRUS CARON cœpit innotescere (cui Insigne Typographicum erat Sylva clausa, sive muris incincta, cum hôc vocabulo, *Franc-bois*); & [4] anno 1475. *April.* 6. PACHASIUS BONHOMME *Aspasii* filius unus è quatuor Librariis juratis constitutus est. Nonnulli ex *Gallis* Typographi peregre

1 CHEVILLIER, Part. 1. Cap. 4.

2 CHEVILLIER, Part. 1. Cap. 5. Sed MON. *Fichetus Bessarionem Parisiis Romam 1472. proficiscentem comitatus est: & Bessario quidem in itinere obiit, sed eo ipso anno Fichetus Romam advenit.*

3 CAILLE, pag. 61.

4 CAILLE, pag. 61.

gre, quàm domi, famam quærere maluerunt; inter quos tres *Italiam* migrantes, ibi celebre nomen ex re literariâ adepti sunt; anno 1473. *Parmæ*, STEPHANUS CORALLUS *Lugdunensis*: anno 1474. *Paduæ*, PETRUS MAUFER *Rothomagensis*; & *Venetiis*, *Jacobus des Rouges* natione *Gallicus*, Latinè *de Rubeis*, Italicè *dè Rossi*; quorum ille anno 1480. *Veronam*, hic 1475. *Pinarolium* cum typographicis instrumentis migravit. Neque Gallis solùm sed & aliis compluribus Typographis usu venit, ut apud exteros potiùs quàm inter populares sua præla figerent.

Per multa jam loca passim se spargebat Typographiæ studium: Ars-que illa, quæ primis initiis tam diu intrà tam paucos sese continuerat, utilitatem suam, fecit, ut omnes ubique tandem cognoscerent.

JOANNES MENTELIUS *Argentinas* anno 1473. decem VINCENTII *Belvacensis* ingentes regali folio tomos suis typis edidit *Opus* (ut [1] JACOBUS MENTELIUS jactat) *plus viginti annorum*, *ac proinde priore* (ut ille Scriptor gloriabundus asserit) *quàm vel prima* Typographorum ullorum opera *tempore inceptum*. JOANNES MENTELIUS *obiit*, *Sabbato post conceptionem Virginis Mariæ*, *anno* 1478. *& factus est ei pulsus cum campanâ magnâ*, *Dominicâ sequenti. Qui quidem pulsus ingentis campanæ illius fiebat tum tantùm denatis Principibus*, *aut aliquâ dignatione ac meritis supra profanum vulgus evectis hominibus.*

Hôc anno Typographiam excepit ULMA per JOHANNEM ZEINER de *Reutlingen*; ULTRAJECTUM per NICOLAUM KETZLAER & GERARDUM de LEEMPT; BUDA per ANDREAM HESS: BARCINO, sed per quem Typographum, non constat.

Anno 1474. Artem introduxit ALOSTUM [2] JOHANNES de WESTPHALIA cum THEODORICO MARTINI; LOVANIUM, idem *Johannes*, & JOHANNES VELDENER; BRIXIAM, HENRICUS *Coloniensis* & STATIUS *Gallicus*; JANUAM, MATTHIAS MORAVUS & MICHAEL de MONACHO; TAURINUM, JOHANNES FABRI & JOHANNINUS de PETRO.

Duo sunt, quæ observatione hìc non indigna censeo. 1. Quòd editiones librorum plurimæ reticeant Typographi, à quo tunc factæ fuerunt, nomen; & id ex aliis, ubi memoratur, possit fortè cognosci. Sic probabile est anno 1472. Corallum Parmæ, & Pafradium Daventriæ libros impressisse, quia ille postea anno 1473. hic anno 1477. ibidem excudisse traditur. 2. Quòd nonnulli Typographi in

1 *Paræneſ. de Typogr.* p. 77, 78, 93.

2 Inter manuscriptos Harleianæ Bibliothecæ codices vidi Ciceronis epistolas ad familiares *Johannis de Westphaliâ* manu elegantissimè descriptas.

in quibusdam editionibus voluerint loci, ubi easdem elaboraverunt, nomen celare: quod conjecturâ possumus saltem verisimili assequi ex aliis, quibus illud alio tempore adjecerunt. Sic Romæ forsan anno 1471. Adam impressit, quem anno 1474. ibi impressisse comperio; & Jacobus Rubeus forsan Venetiis anno 1473. ubi anno postea 1474. innotuit. Sunt tamen, cùm urbes nonnullæ, quarum Typographi; tum nonnulli Typographi, quarum urbes ignorantur; quia nullæ adhuc sese obtulerunt editiones, ex quibus id sciri queat. Sic Valentia, 1475. Bruxella, 1476. &c. sic Leonardus Aurl, 1473. Petrus Ungarus, 1482. &c.

Anno 1474. GULIELMUS CAXTON, cujus operam in usu Typographices sub ipsis ejusdem initiis ad Angliam traducendo insignem jam antea commemoravi, suorum in illâ Arte, cui addiscendæ se dederat, progressuum specimen primum emisit; loco quidem non adjecto, vix tamen dubito, quin WESTMONASTERII, ubi eum deinceps constat prælum habuisse, annis scilicet 1477. 1480. 1481. 1483. 1485. Illum in agro Cantiano natum fuisse ex ipsius[2] verbis comperio. [3] Londini didicit mercaturam; eandémque & ibi & in Germaniâ Belgióque exercuit. Linguæ Gallicæ usum habuit familiarem; ac multos ex eâ libros in patrium sermonem vertit. A mercaturâ ad literas transiens nomen dedit Typographiæ, quam non modò inter populares sed inter exteros etiam videtur excoluisse. Aliquando enim vidi *Bartholomæi opus de rerum proprietatibus* Anglicè in fol. excusum [*by Wyken de Worde at the prayer and desire of Roger Thorney Mercer*] sinè ullo (nam liber erat mancus) anni indicio; sed Anglicis, qui binas paginas implebant, versibus fini adjectis; inter quos memini me hos sequentes legisse:

„ And also of your charyté beare in remembraunce
„ The soule of William Caxton first printer of this boke
„ In Laten tongue at Coleyn himself to advaunce,
„ That every well disposyd man may thereon loke.
„ And to John Tate the younger joi mote he broke,
„ Which since hath in Englond doo make this paper thinne;
„ That now in our English tongue this boke is printed inne.

Regum sibi in Angliâ Magnatumque primariorum (utì ex librorum quorum editiones procuravit, Præfationibus & Epistolis colligitur) gratiam

1 Lege, quæ ex libro (*The Dictes of the Philosophers*) vocato ann. 1447. exscripsi.

2 Multa tum ex librorum à Caxtono editorum & postea in horum Annalium Catalogis memoratorum præfationibus, tum ex quodam Typographicæ Historiæ multis abhinc annis promissæ, sed per scriptoris mortem interruptæ specimine collegi.

tiam meruit & patrocinium. Johannis *Islip* abbatis Westmonasteriensis in cujus usum opuscula quædam & exscripserat & verterat, benevolentiâ adjutus, Westmonasterii in magno Eleemosynario (vulgò *the great Ambrey*) Typographêum instruxit. Magnam cum quodam ad S. Albani oppidum ludimagistro, (qui ibi primus putatur intrà monasterii fines operam typographicam navâsse, quíque libri [*Fructus Temporis*] dicti interpretatione vernaculâ inclaruit) conflavit familiaritatem, ejúsque auxilio in suis potissimùm versionibus usus est. In Gulielmi Caxton officinâ complures strenuas operi manus admovebant operarii, inter quos Wynandus de Worde præ cæteris excelluit. Gulielmus ipse, quos vertebat libros, in ædibus propriis excudere, corrigere, illuminare, & compingere solebat. In Libro quodam per ipsum impresso, affirmat fuisse exemplar libri illius unum suâ manu rubricatum, & exemplaria ex illo reliqua ab uno suorum famulorum exarata. Traditur ex impressionibus singulis haud multo plura ducentis volumina, eáque typis ipsi peculiaribus, excudisse. Post multos demum in re literariâ exhaustos labores [1] anno 1495. decessit. Galfridi Chauceri (inter alia plurima) non solùm edidit opuscula, sed & illum Anglorum Poëtarum principem epitaphio carmine à Stephano Surigonio Mediolanensi Poëtâ laureato celebrandum curavit; ex [2] quo octo ultimos versus excerpsi, & hìc subjeci:

„ *Hac sibi marmoreo scribantur verba sepulchro;*
„ *Hac maneat laudis sarcina summa sua.*
„ GALFRIDUS CHAUCER vates & fama poësis
„ Maternæ, hâc sacrâ sum tumulatus humo.
„ *Post obitum* CAXTON *voluit te vivere cura*
„ GUILHELMI, Chaucer *clare Poëta; tui.*
„ *Nam tua non solùm compressit opuscula formis;*
„ *Has quoque sed laudes jussit hic esse tuas.*

Antequam mentionem Caxtoni nostri missam faciam, non possum non commemorare illam, quam anno 1464. obiit, legationem; cujus diploma in [3] Rymeri Fœderibus, mihi à JOHANNE ANSTYS armigero, primo fecialium Anglicorum Rege, *Garterii* titulo, viro omnigenæ antiquitatis & studiosissimo & peritissimo, cui gratus agnosco multa à me debita, indicatum hìc lectori exhibeo; ut illum Britanniæ nostræ Architypographum appareat non literis duntaxat tractandis sed rebus etiam gerendis habitum fuisse aptissimum.

„ A.

1 Vide *Vit. Patr.* anno 1495.
2 Consule nuperam Chauceri editionem.
3 Tom. XI. pag. 536.

„ Super Treugis Burgundiæ.

„ A. D. 1464.
„ An. 4. E. 4. } Rex omnibus, ad quos &c. Salutem. Sciatis, quòd
„ cùm certa Appunctuamenta, Intercursum Marchandisarum inter
„ Subditos nostros ac Subditos carissimi consanguinei nostri Ducis Bur-
„ gundiæ concernentia, sub certis modo & formâ ante hæc tem-
„ pora concordata fuerant & conclusa, sæpiúsque interim prorogata,
„ Nos, Appunctuamenta illa pro Parte nostrâ teneri & observari vo-
„ lentes, ac de fidelitatibus & providis circumspectionibus dilectorum
„ & fidelium nostrorum *Richardi Whitehill* armigeri & *Willielmi Cax-*
„ *ton* pleniùs confidentes, ipsos *Richardum* & *Willielmum* nostros veros
„ & indubitatos Ambassiatores, Procuratores, Nuncios & Deputatos
„ speciales facimus, ordinamus, & constituimus per præsentes; dan-
„ tes & concedentes eisdem Ambassiatoribus, Procuratoribus, Nun-
„ ciis, & Deputatis nostris, & eorum utrique, plenam potestatem &
„ auctoritatem ac mandatum generale & speciale ad conveniendum,
„ tractandum, & communicandum cum præfato Consanguineo nos-
„ tro, seu ejus Ambassiatoribus, Procuratoribus, Nunciis, & Depu-
„ tatis, sufficientem potestatem ab eodem Consanguineo nostro ad hoc
„ habentibus, de & super continuatione Intercursûs prædicti, & pro-
„ rogatione ejusdem, &, si necesse fuerit, de novo capiendâ, ap-
„ punctuandâ, & concludendâ, cæteráque omnia & singula, quæ in
„ præmissis necessaria fuerint & oportuna, faciendum & exercendum;
„ Promittentes, bonâ fide & in verbo Regio, Nos ratum, gratum,
„ & firmum pro perpetuo habituros totum & quicquid per dictos Am-
„ bassiatores, Procuratores, Nuncios, & Deputatos nostros, seu eo-
„ rum alterum, in formâ prædictâ, actum, gestum, seu procura-
„ tum fuerit in præmissis seu aliquo præmissorum.
„ In cujus &c.

Teste Rege apud Wycomb vicesimo die Octobris.
Per ipsum Regem, & de datâ prædictâ &c.

Anno 1475. innotuit Typographia PINAROLII per *Jacobum de Rubeis*; VICENTIÆ per HERMANUM LEVILAPIDEM; In S. URSIO Vincê. district. per JOHANNEM de RENO; PLACENTIÆ per JOHANNEM PETRUM de FERRATIS; ESLINGÆ per CONRADUM FYNER. BASILEÆ quoque, VALENTIÆ, HAGENOÆ, & in oppido BURGDORF, imprimi cœptum Hôc etiam anno Romæ famam meruit EUCHARIUS SILBER aliàs FRANCK; cui in campo Floræ Typographêum * fuisse comperio: qui † characteribus Venetis usus est. Anno

* Vide ann. 1498.
† Chevill. p. 62. „ Les Libraires, qui „ vouloient relever le prix de leurs Editions, avoient soin d'avertir qu'elles étoient

Anno 1476. *Mediolani* DIONYSIUS PARAVISINUS, DEMETRIO CRETE recognitore, CONSTANTINI LASCARIS Grammaticam *Græcè* excudit. Librum integrum *Græcè* excusum hôc antiquiorem non novi. Character est venustus, medioçri inter majorem & minorem formâ; quali postea anno 1499. SUIDÆ Lexicon ibidem impressum prodiit. Quæcunque ferè hactenus *Græcis* typis donata lucem viderunt, ἀποσπασμάτια tantùm quædam fuerunt à *Latinis* Scriptoribus allegata & ipsorum Operibus inspersa: qualia præsertim occurrunt in AULO GELLIO & APULEIO ex CONRADI SWEYNHEYM & ARNOLDI PANNARTZ officinâ anno 1469. & BESSARIONIS Libris pro PLATONE Apologeticis ab iisdem finè anni indicio *Romæ*, ac LACTANTIO in Monasterio *Sublacensi* anno 1465. evulgatis. Typi enim isti, quibus *Moguntini* in CICERONIS *Officiis* & *Paradoxis* nonnullas *Græcas* voces & gnomas expresserunt, esse in nullo loco merentur, quippe adeò deformes, ut legi non possint. Typi verò, quibus SWEYNHEYM & PANNARTZ & *Sublacenses* Typographi usi sunt, formam sanè præ se gerunt luculentam admodum & laudabilem. Imò *Græci* horum & illorum characteres figurâ totâ inter se adeò apparent consimiles, ut, nisi *Latini* aliquantum discreparent, duos illos, qui *Romæ* postea, eosdem fuisse, qui *Sublaci* antea suppresso nomine Artis initium fecerant, aliquando penè crediderim. In Dionysium & Demetrium supra-dictos Politianus hoc (quod in ejus Operibus occurrit) Octastichon composuit.

In Demetrium Cretensem & Dionysium Paravisinum Græcorum voluminum impressores.

Qui colis Aonidas, Graios quoque volve libellos;
Namque illas genuit Græcia, non Latium.
En Paravisinus quantâ hos Dionysius arte
Imprimit! en quanto cernitis ingenio!
Te quoque, Demetri, patria circumsona Crete
Tanti operis nobis edidit artificem.
Turce, quid insultas? Tu sacra volumina perdis,
Hi pariunt: Hydra, nunc ago, colla seca.

Maximos processus jam faciebat Typographia, adnitentibus plurimis in variis *Europæ* partibus Artis illius Magistris: quorum vis magna ubi-

„ toient faites avec des characteres de „ Venise: comme fit un Libraire de Paris, qui fit imprimer in fol. par *Antoine Lambilion* les Oeuvres de *Virgile* „ avec les Commentaires de *Servius* en „ 1492. Et *Euchar Silber*, qui imprima „ à *Romo* les Ouvrages d'*Antoine Campanus* en 1495. tous deux mirent à la fin „ de ces Editions; *Impressum characteribus* „ *Venetis*.

ubique depellere tenebras litteris, diversásque litteratorum lucubrationes in lucem producere, quâdam æmulatione accensi omnes, conabantur.

Anno 1476. Typographiam accepit BRUXELLA; ROSTOCHIUM etiam per PRESBYTEROS & CLERICOS *Viridis Horti*; BRUGÆ per COLARDUM MANSION: Anno 1477. SPIRA per PETRUM DRACH; PAPIA per JACOBUM de SANCTO PETRO; LUGDUNUM per BARTHOLOMÆUM BUYER; MUTINA per BALDASEREM de STRUCIIS; DELPHI per JACOBUM JACOPSS; PANORMUM per ANDREAM de WORMACIA: Anno 1478. COSENTIA per OCTAVIANUM SALAMONIUM; COLLA per BONUM GALLUM; GENEVA quoque & GOUDA, & SORTEN. *Monasterium*, sed per quos, nondum novi: Anno 1479. NOVIMAGIUM per *Johannem de Westphaliâ*; PICTAVIUM, ANTVERPIA, LEEWA, & ZWOLLA, per Typographos non nominatos.

Rubricarum usus à primis Typographiæ magistris ad posteros deinceps manavit. Anno [1] 1470. Udalricus Gering rubricis suos insignivit libros. Color ille ardens, cujus lux alterius nigri tenebras gratâ misturâ temperat, Divinorum præsertim [2] Officiorum [3] Jurísque civilis libris videtur assignatus. Colorum præcipuorum ternio, litterarum nigrore ruboréque chartæ albicanti impressis, non potest non admodum oculos delectare. Missalia, Breviaria & Ecclesiastici hujusmodi codices rubricis solebant distingui. Breviaria jam excudi cœperant [4] Taurini 1474. & [5] Venetiis 1477. 8°. Missalia primus prælo subjecit anno 1478. Mediolani [6] Antonius Zarotus. In rubricis imprimendis colorem iis proprium [7] nonnulli postea absurdè neglexerunt Typogra-

1 CHEVILL. p. 111.] „ *Ulric Gering* „ instruit vrai-semblablement à *Mayence* „ avoit aussi imprimé en rouge dès l'an- „ née 1470. le titre de la Lettre de *Fichet* „ au Cardinal *Rolin*, Mais il employe ici „ cette couleur dans toute sa beauté & „ son éclat à chaque page du Livre.

2 CHEVILL. p. 111. Psalter. *Mogunt.* 1457. & DURANDI Rational. 1459.

3 JUSTINIAN. 1468.

4 *Biblioth.* TELLERIAN. p. 210.] per JOHAN. FABRI & JOHANNINUM DE PETRO.

5 Ibid. pag. 210. per FRANC *de Hailbrun.*

6 CHEVILL. p. 112. Missali, quòd impressit, Romano hæc carmina adjiciuntur:

Antoni patriâ Parmensis gente Zarote,
Primus Missales imprimis arte libros.
Nemo repertorem nimium se jactet. In arte
Addere plus tantum quàm peperisse valet.

7 CHEVILL. p. 111. „ Quelques Libraires de *Cologne* (ou plutôt d'*Hollande*.) „ de *Lyon* & de *Paris*. Et pag. 113. Quant „ au Breviaire de *Paris*, le plus ancien que „ j'aye vû est imprimé in 8°. en rubriques „ noires. Il est dans la Bibliotheque de M. „ l'Archevêque de *Reims*. Voici ce qu'on „ lit à la fin : [*Ad laudem Dei omnipotentis*, *ejúsque intemeratæ genitricis & „ Virginis*, *totiúsque Curiæ cœlestis*, *actum atque perfectum extitit præsens Ordinarium seu Breviarium*, Parisiensi *Ecclesiæ accommodum*, *in ipsâ præclarâ* Parisiorum *Urbe*; *adjunctis diligenter ipsius „ Ecclesiæ Constitutionibus seu Ordinationibus*, *quibus facillimè*, *quæ singulis Horis „ psallere debeas*, *poteris agnoscere. Quod „ qui-*

pographi, & in locum ejus substituentes atrum maluerunt sumptibus ridiculè parcere, quàm id, quod & ipsa ratio & operis elegantia suggerebant, laudabiliùs sequi.

Anno 1480. *Parisiis* cœpit innotescere ANTONIUS VERARDUS, quo vix alius Typographus majorem Librorum copiam in lucem edidit. Artem [1] diu exercuit indefessus eâ certè laude, ut paucissimos ex coævis pares habuerit. Characteres, quorum usus illi constanter & perpetuò placuit, *Gothicam* figuram referebant adeò tamen nitidi & speciosi, ut nil in eis esset, quo generis illius typi solent oculis minùs arridere. Libris sermone *Gallico* imprimendis egregiam ac ferè totam impendit operam, inter quos maximam ei gratiam debent [2] Historiarum fictarum Scriptores. Ingentia vulgavit hujus farraginis volumina de LANCELOTO TRISTANO reliquisque errabundis Equitibus, quos Amor & laudis cupido varios casus volvere, catenatos labores adire impulerat. Fabulosis hujusmodi commentis eâ tempestate plerique delectabantur. Ædes habuit VERARDUS [3] super Ponte Nostræ-Dominæ ad insigne Sancti JOHANNIS Evangelistæ. Libros aliquando (qui etiam mos erat multorum eo tempore Typographorum), duabus sui nominis initialibus litteris A. V. signabat cum hôc tetrasticho:

„ Po^r provoquer (*IHR) ta grant misericorde,
„ A tous pecheurs faire grace & pardon,
„ Anthoine Verard humblement te recorde,
„ Tout ce qu'il a, il tient de toy par don.

Hôc eodem anno *Venetiis* rei typographicæ maximum adjumentum afferebat [4] OCTAVIANUS SCOTUS [5] *Modoetiensis* [6] vir nobilis; quo impensas largè ministrante Typographi *Andreas Catharensis* anno 1482. BONETUS LOCATELLUS anno 1487. & BARTHOLOMÆUS DE ZANIS *de Portesio* anno 1492. *Christophorus de Pensis* anno

„ *quidem opus præclarum quàm plurimorum* „ *hortatu Ecclesiasticorum Virorum id im-* „ *pigrè atque sollicitè deposcentium in-* „ *cœptum, tandem Deo duce extitit rite ac* „ *feliciter consummatum anno Domini* 1479. „ *in Vigiliâ Annunciationis Dominicæ ante* „ *Pascha. Deo gratias.*] Comme on ne „ peut point dire certainement qui en „ fut l'Imprimeur, aussi n'est-il point clair „ par ces paroles, que l'année 1479. soit „ plutôt celle de l'Impression, que celle „ où la composition du Breviaire fut a- „ chevée.

1 Usque ad 1507.

2 CAILLE, p. 63.] —— „ Particulierement des Romans, dont il y a plus „ de cent Volumes imprimés sur du Vo- „ lin, ornés de tres belles migniatures.

3 Anno 1489.

* MON. *Quid significant hæ tres litteræ? Fortè scribi debuit* IHS.

4 Vide ann. 1480.

5 Vide ann. 1481.

6 Vide ann. 1490.

anno 1499 & ALBERTINUS *Vercellensis* eodem anno, plurimum in arte profecerunt. Vixit non ultra annum 1500. quo ejus hæredes memoratos invenio.

Anno quoque 1480. Typographiam exercebant CADOMI JACOBUS DURANDAS & ÆGIDIUS QUIJOUE; in civitate AUSTRIÆ, *Gerardus de Flandriâ*; ALDENARDÆ, JOHANNES CÆSAR: Typographiâ præterea inclaruerunt oppida alia, licèt ignorentur Typographorum nomina; HEIDELBERGA, TRECÆ, GENTIA, Villa S. ALBANI; & QUILAMBOURG.

Hôc tempore *Basileæ* innotuit JOHANNES AMERBACHIUS; quem [1] JOHANNES LA CAILLE scribit antea ann. * 1469. *Reutlingæ* Biblia Sacra impressisse. Sed suspicor ei imposuisse nominum AMERBACH & AVERBACH similitudinem; [2] JACOBUS enim LE LONG, vir subtili judicio nec facilè in errorem ducendus, teste SAUBERTO in *Bibliothecâ Norimbergensi*, JOANNEM AVERBACH Bibliorum anno suprà dicto Impressorem memorat.

De AMERBACHIO [3] antea ex BADII ad ANTONIUM KOBURGER Epistolâ prædixeram, eum esse *indefatigabili virum diligentiâ, & solertissimâ vitiorum expungendorum peritiâ*, & ab ANTONIO KOBURGER aliquando ad Codicum emendationem delectum. Unde indubitatam duco conjecturam, eum (quales plerique ex antiquis Typographi) humanitatis politioris studiis fuisse instructissimum. Conjecturâ certiorem fidem facit JOANNIS LAPIDANI ad ipsum AMERBACHIUM [4] Epistola, in quâ eum *in Artibus liberalibus* Parisiensem *magistrum* compellat, laudátque, quòd Libris emendatè & accuratè imprimendis *vigilem curam apponere* soleret. LAPIDANI testimonio eò magìs credendum arbitror, quia LAPIDANO præceptore *Parisiis* olim usum fuisse [5] comperimus; cúmque nemo cuiquam, quàm

1 Pag. 26.

* MON. *De Bibliis per Joannem de Averbach Reutlingæ* 1469. *impressis, subvereor, ne fortè Saubertus perperam* Averbach, *pro* Amerbach *legens, alios in errorem induxerit.*

2 *Biblioth. Sacr.* pag. 576 & 455.

3 Anno 1470, ubi *Antonii Zaroti* mentio facta est.

4 Vide ann. 1492. AMBROS. *Opera* ab *Amerbachio* impressa.

5 CHEVILL. p. 34.] „ *Jean d'Amerbach* Imprimeur de *Basle*, qui avoit étudié à *Paris* sous *Jean de Lapierre*, & y „ avoit pris le degré de Maître és Arts, „ consultoit son sçavant Maître, & alloit „ jusques dans sa solitude pour avoir son „ avis sur le choix des Livres, qu'il devoit „ imprimer. On le voit par une Réponse, „ que lui fit ce docte Religieux, qui est „ imprimée à la tête du Livre de TRITHÊME, *De Scriptor. Ecclesiast.* édition „ de *Paris* 1512. in 4°. L'Impression des „ Epîtres de saint *Augustin*, qu'entreprit „ cet habile Imprimeur en l'année 1493. „ se fit par son conseil, comme aussi celle qu'il avoit faite l'année précedente „ des Ouvrages de S. *Ambroise*, dont il „ revit les manuscrits, les mit en ordre, „ distingua les Livres & les Chapitres, y „ mit des Titres, en fit les Sommaires & „ la Préface. Ce qu'il a fait aussi à quelques autres Livres, dont parle *Trithême*, „ qui a donné le Catalogue des Ouvrages, qu'il a composez sur la Grammaire, sur la Philosophie & sur la Théologie,

quàm suo præceptori, notior sit, nemo veriùs, quàm præceptor, quale fuerit discipuli ingenium, perspicere potest, & æquiorem de ejus dotibus ferre sententiam.

Libet autem in AMERBACHII elogium testes plures citare, viros probatos, quorum suffragiis meritum hujus clarissimi Typographi ratum habeamus. JOHANNES REUCHLINUS, qui [1] LAPIDANUM *in Grammaticis apud* Sorbonam *audiverat*, in sui *de Verbo mirifico* Libri præfatione suum condiscipulum AMERBACHIUM collaudat [2] *arte, ingenio præstantem, miro characterum artificio nobilem, & variis disciplinis eruditum.* Audiamus jam ERASMUM in suâ ad Archiepiscopum *Toletanum* Epistolâ Divi AUGUSTINI Operibus præfixâ, anno 1529 datâ. — *Illud dolendum tantum Ecclesiæ thesaurum tam serò per Typographos prodisse in publicum, quem maximè referebat versari in omnium manibus. Deterrebat nimirum illos impendiorum magnitudo.* [3] *Primum hoc egregium facinus ausus est, vir singulari pietate* Joannes Amerbachius, *re sat beatus, sed animi dotibus longè beatior, quem nec sumtus immensi, nec in conquirendis undecunque Exemplaribus instantia, nec in conferendis tædium, nec operis difficultas, nec distractionis alea, nec ulla res alia deterruit,*

„ logie, parmi lesquels il s'en trouve un „ intitulé, *Resolutiones dubiorum circa Missarum celebrationem occurrentium.* Ce „ petit Traité fut si bien reçu des Ecclesiastiques, pour qui il étoit fait, & on „ le trouva si utile, qu'il fut réimprimé „ en differentes Villes, & en differentes „ formes *in* 12°. *in* 8°. *in* 4°. à *Paris* trois „ fois, à *Constance* deux fois, à *Basle*, à „ *Deventer*, à *Cologne*, à *Strasbourg*, à „ *Leipsic*, à *Anvers*, à *Venise*, & à *Padoüe*, où on lui donna ce titre, *Decisiones aureæ casuum circa Missarum celebrationem occurrentium.* Ses Ouvrages „ de Philosophie furent imprimez, à *Basle* par son Disciple *Jean d'Amerbach.*

Hæc Epistola, quam memorat CHEVILLERIUS, præfixa est etiam TRITHEMII editioni *de Scriptor. Ecclesiast.* 1494. *in fol.* cujus partem exscribere non gravabor.

Docto ac præstanti viro domino Johanni de Amerbach *in Artibus liberalibus* Parisiensi *magistro*; *Frater* Johannes de Lapide *monachus Ordinis* Carthusien. *sacrarum litterarum humilis & indignus ejusdem studii professor, plurimam in Domino salutem optat.*

Exhibuisti mihi nuper, amantissime frater in Domino, Librum quendam à reverendo doctissimóque patre domino Johanne de Trittenhem *abbate in* Spanhem *editum, &* de Ecclesiasticis Scriptoribus *prætitulatum, postulans ut eum legendo respicerem; & si dignum tuâ impressione censerem — te operam daturum, ut res citiùs perficeretur, spondebas. Ego dilectioni tuæ (cui nichil me negare fas est) morem gerere cupiens —— legi (quanquam apud te jam definitum suspicarer, quid esses facturus.) Quo diligenter —— examinato non reperi ullum opus oportunius his nostris temporibus —— Habes, vir optime, quid de ostenso mihi libro sentiam —— Quam ob causam meo non solùm consilio sed & hortatu atque rogatu curare velis, ut — impressioni tuæ illum subjicias —— Vale, frater amantissime: ex domo* Carth. Basil. *V. Calend.* Septembris, *anno Domini* Mill. CCCC. XCIIII.

1 CHEVILL. pag. 35.

2 CHEVILL. pag. 128.

3 CHEVILL. pag 128.] „ Il l'acheva „ l'année 1506. en *Gothique*, après y avoir apporté tout le soin & toute la diligence possible pour rendre une Edition correcte; mais il n'eut pas les „ meilleurs Manuscripts, & ne fut pas assez secouru pour en faire un juste discernement & une parfaite critique.

ruit, quominus totum Augustinum *redderet omnibus communem. Non huc invitavit virum quaestûs amor sed sincera pietas, quam omnes illius Praefationes spirant, ac revocandi priscos illos Ecclesiae Doctores studium, quos videbat ac dolebat propemodum antiquatos. Proinde non dubito, quin illius manibus bene precentur omnes, qui per* Augustini *libros ad pietatem profecerunt. Idem in universas* Hieronymi *lucubrationes majore etiam studio molientem Deus ad superos evocavit. Eam tamen provinciam tribus filiis* Brunoni, Basilio & Bonifacio, *quos in hoc curârat trium peritiâ Linguarum instituendos, moriens delegavit, per quos non minore studio quàm fide peractum est, quod optimus pater voluit. Sic enim illos & ad pietatem & ad eruditionem educârat, ut quodammodo se major ac melior in illis superesset, hodiéque supersit. Nam natu maximus tantùm in fata concessit. —— Hic erat illorum* (scil. Monachorum aut Abbatum) *proprius labor, quem homo laïcus suâ sponte suscepit. Atque in* Augustino *quidem tantum adhibitum est ab illo curae, studii, vigilantiae, quantum illa tum ferebat aetas, rudior adhuc & perpaucos habens in hôc genere litterarum exercitatos.* ——

Idem ERASMUS in suâ ad Archiepiscopum *Cantuariensem* Epistolâ Divi HIERONYMI operibus praefixâ anno M. D. XVI. Kalen. *April.* datâ in AMERBACHIORUM laudibus multus est. —— *idem fecimus & in* Hebraïcis, * *verùm hâc sanè in parte, quod minùs nostro Marte*

* Lege Epistol. ERASM. Edit. *Lugd. Batav.* 1716. in fol.

Col. 154. ERASM. LEON. X. 1515.] *Plurimum attulerunt momenti fratres* Amerbachii, *quorum & impendiis & sudoribus cum* Frobenio *communicatis, hoc negotii potissimum peragitur. Quae quidem domus in hunc usum ab ipsis fatis parata videtur, ut ejus operâ reviviscerer* Hieronymus. *Pater, vir omnium optimus, tres filios in hoc* Graecis, Hebraeis *ac* Latinis *litteris curârat instituendos. Ipse decedens liberis suis studium hoc velut haereditarium commendavit, quicquid erat facultatum huic negotio dedicans. Atque optimi juvenes pulcherrimam provinciam, ab optimo parente mandatam, gnaviter obeunt, sic mecum partiti* Hieronymum, *ut quod ab Epistolaribus Libris superest, id ad illorum pertineat curam.*

Col. 143. Idem Cardinali GRYMANO. 1515.] —— *offendi* Basileae *quosdam ad id operis* (scil. HIERONYMI editionem) *accinctos, imò jam aggressos: praecipuè* Johannem Frobenium —— *necnon tres doctissimos juvenes fratres* Amerbachios, *Hebraïcarum quoque litterarum pulchrè doctos.*

Col. 1121. Idem PETRO DECIMARIO. 1528. 16. *Septemb. Basileâ.*] —— Glareanus *&* Amerbachius *te salvere jubent ex animo* ——

Ibid. Idem ANDR. ALCIATO. 1528. 16. *Septemb. Basilea*] Amerbachius *vir ad unguem factus recitavit mihi partem eam tuarum litterarum, quae nostri mentionem faciebat amanter verius quàm honorificè.* ——

Col. 133. UDALRIC. ZASIUS ERASMO. 1513.] —— *tua admirabilis humanitas, quam noster ille* Bonifacius Amerbachius, *adolescens virtute & doctrinâ clarus, predicare non cessat* ——

Col. 138. Id. ad eund. 1514.] Bonifacius *te plurimâ salute impertit, cui, post amoena illa humanarum litterarum vireta, insuetus est ad duriusculos Juris Civilis scopulos callis:* ——

Col. 1733. ERASM. BOTZEMO. 1528.] —— Bonifacium Amerbachium *Juris Caesarei professorem* ——

Col. 138. Idem ULR. ZASIO. 1514.] —— Bonifacium *non uno nomine unicè diligo, de quo sanè summam spem concepi.* ——

Lege Col. 195. Epistol. ZASII ad ERASMUM. 1516.

Col. 348. ERASM. ZASIO 1518.] —— Boni-

Marte poteramus, aliorum suppetiis præstitimus, præcipuè fratrum Amerbachiorum, Brunonis, Basilii *&* Bonifacii, *quos optimus pater* Joannes Amerbachius *velut instaurandis bonis Authoribus genitos, trium Linguarum peritiâ curavit instruendos. Atque hi sanè paternum animum & expectationem vicerunt etiam, nihil antiquius ducentes* Hieronymi *gloriâ, & hâc gratiâ nec impendio parcentes nec valetudini. Quorum equidem auxilio libenter sum usus, quòd* Hebræorum *litteras degustâssem veriùs quàm didicissem.* ——

En virum, Lector, cujus similes hæc novit ætas, nescio an ullos, certè paucissimos! Quot Linguarum peritiam ad rem typographicam rectè administrandam opus esse credebat AMERBACHIUS, cùm multi nostris nunc temporibus in suâ vernaculâ vix sint satìs exercitati! Per turpem Artificum imperitiam evenit, ut Ars antiquâ suâ dignitate spoliata in grande litteratorum dedecus evilescat.

AMERBACHIUS, haud ignarus quàm grave humeris onus imposuisset, circumspiciens quem posset in laborum partem vocare, neminem invenit huic rei magìs idoneum, quàm FROBENIUM: [1] quem ideo ad se *Basileam* accivit socium in *Latinis* Patribus excudendis futurum. Illi plurimùm placuit usus characteris *Gothici*: quem alio nigriorem ideóque legentium oculis minùs gratum, diu tamen jam admiserant [2] celebres Typographi, inter *Germanos* anno 1471. HENRICUS EGGESTEIN *Argentorati* in GRATIANI *Decreto*; multi præcipuè inter *Venetos*, qui, suis typis nitidioribus postpositis, hunc insuaviorem induxerunt, suóque exemplo alios quoque aliorum locorum

Bonifacio Amerbachio, *juvene omnibus rebus affatim expolito* ——

Col. 349. ERASMUS BONIFACIO AMERBACHIO *Basileâ* 31. *August.* 1518. dat Epistolam, in quâ *suo sæculo gratulatur*, quòd *præclara studia, tot jam sæculis pènè sepulta, toto terrarum orbe reflorescant*, & conqueritur de magnâ litterarum *ante annos plus minus octoginta* ignorantia.

Col. 670. Idem ad ALCIATUM 1521.] —— Bonifacius Amerbachius, *candidus ac bene vocalis præco laudum tuarum* —— *lucubrationes tuas habet in deliciis* ——

Lege & Col. 715. Ejusd. aliam ad eund. 1522. & Col. 1075. ad BILIBALDUM. 1528.

Col. 1289. ERASM. ad JOAN. ALEXAND. *Brassicanum*. 1530.] —— Bonifacius Amerbachius, *cujus phrasis meâ sententiâ non ita multùm cedit* Politianicæ. ——

Col. 1474. Id. ad PAUL. SADOLETUM. 1533.] —— *Dialogum* de studiis rectè instituendis *per* Bonifacium Amerbachium *acceperam, priusquam tu mitteres.* ——

Col. 1532. Id. ad ZASIUM. 1514.] —— Bonifacium *juvenem juxtà modestum atque eruditum, quæso ne graveris meo nomine salutare.* ——

Quòd hoc in loco testimoniis ERASMI congerendis immoratus sim, ab re non fuit. Volui palàm facere, quantus fuerit JOANNES AMERBACHIUS, quanto in honore & ipse & ipsius familia apud viros istius sæculi ingenuos & eruditos; quam curam habuerit, ut filii bonis litteris innutriti rem promoverent litterariam; quàm bene hi parentis optimi cura & spei responderint; quantus longævo parenti accesserit fœlicitatis cumulus, ut ante obitum filios non modò adultos sed & omni laude cumulatissimos cerneret.

1 CAILLE, p. 32.

2 CHEVILL. p. 104. usque ad p. 109.

locorum Typographos in eandem consuetudinem pertraxerunt. Miror equidem hanc characteris formam fuisse non modò usurpatam, verùm à plerisque laudatam. [1] Sic enim legitur in editione SCOTI apud JOANNEM *Coloniensem*, & JOAN. MANTHEN ann. 1477. *Sublimi litterarum effigie*. Et in *Conciliator. Medicin.* 1483. *Charactere jucundissimo* M. JOANNIS HERBORT Alemani, *cujus vis & ingenium facilè supereminet omnes*. Et *le* BARTHELEMI CHASSENEUZ *sur* les *Coutumes de* BOURGOGNE apud JOANNEM de JONVELLE *Lugduni* 1523. *Elegantissimis typis*. Et *Psalter. in usum diocef.* Parif. *apud* NICOLAUM PREVOST Parisiis 1525. *opus pulchro litterarum charactere politissimum*. Quamvìs autem illa characterum figura ad aliam ne comparanda quidem sit, aliquando tamen his editionibus suus nonnullus nitor haud deesse mihi videtur, præsertim ubi minutior est iste *Gothicus*, asperámque nigredinis nimiæ injucunditatem duritiémque nonnihil emollit exilior litterarum ductus. Ea characterum exilitas editionibus *Gothicis Div.* AUGUSTIN. *de Civit. Dei* VENETIIS ann. 1470. à GABRIELE PETRI & anno 1475. à NICOLAO JENSON excusis quandam sanè (ut puto) gratiam conciliat. Characterem utrumque, *Gothicum* aliúmque, ut simul misceret in AMBROSII editione anno 1492. nescio, quid AMERBACHIO persuaserit. Hoc opus in tres partes distribuit. Libri primæ partis (præter tractatum *de Officiis*) & secundæ omnes charactere *Gothico*, reliqui primæ & tertiæ *Romano* exarantur. Hunc morem imitati sunt [2] aliquot postea Impressores. HENRICUS STEPHANUS & SIMON COLINÆUS in *Promptuario* MONTHOLON. anno 1520. prima ordinis Alphabetici vocabula *Gothicè* excuderunt. Idem fecit in secundo sui *Thesauri* volumine ann. 1543. non in primo, ROBERTUS STEPHANUS. In Lexicis videmus plerumque vocem vernaculam *Gothicis*, Latinam *Romanis* litteris exhiberi. [3] *Gothicis* Impressionibus imò & quibusdam aliis aliud accedebat incommodum ipso charactere gravius, nimirum quòd syllabæ vocum & voces plurimæ, aliquando penè omnes, abbreviatæ tot istorum compendiorum notulis implicarentur, & innecterentur, ut Lectoribus crucem figerent magìs quàm lectioni lucem adderent, & ob eam ipsam causam ingens hujusmodi Editionum neglectarum numerus interiret. Compendiaria ista imprimendi ratio à manuscriptis Codicibus, quorum figuras *Moguntini* aliíque Typographi æmulari studebant, manavit. Scribæ malebant voces nectere quàm moras; quos imitati Impressores per hæc forsan compendia chartarum impensis magìs quam legentium labori pepercerunt. Hanc arbitror βραχυγραφίαν sermoni *Græco* longè meliùs convenire, & in illo for-

1 CHEVILL. p. 106, 107.
2 CHEVILL. p. 107.
3 CHEVILL. p. 110.

formosius aliquid ac nonnihil artificii venustioris præ se ferre. Hanc optimi inter antiquos retinuerunt Typographi, quam à suis Libris eliminando quid elegantiæ *Græcis* litteris addiderint è recentioribus nonnulli, nondum satis video. Sed ad AMERBACHIUM redeo: quem,[1] post typographicos triginta quinque annorum labores vitâ & literariis, quæ obierat, muneribus summâ cum laude functum hôc postea Epitaphio decoravit filius natu minimus BONIFACIUS:

[2] *JOANNES AMERBACHIUS* hic cubat
Cum Barbara Ortenbergia singul. pudicit. fœmina,
Ac *BRUNONE BASILIO*que, filiis,
Præpropere quidem hinc ereptis.
Sed ante tamen eruditione sua trilingui
Perlaboriosiss. Hieronymian. operum recognitionem
Quibus nunc Docti ubique gentium fruuntur,
Orbi toti commendata.
BONIFACIUS AMERBACHIUS
Parentib. & fratrib. optimis,
Sed & *MARTHÆ FUCHSIÆ*
Uxori suæ Christianarum virtutum dotibus incomparabili,
Cum Ursula ac Hestere duabus filiolis
Hic quiescenti:
Item sibi ipsi, liberis suis superstitibus
FAUSTINÆ, BASILIO, JULIANÆ,
Posterísque in humanæ fragilitatis memoriam
F. C.
Parentibus, fratribúsque jam olim, uxore verò in ipso ætatis flore cum filiolis haud ita dudum, expectandi censorii novissimique diei ergo collocatis.
Anno M. D. XLII.

Latini jam ex omni penè Facultate & Scientiâ Libri in eruditorum manus per plurimas passim *Europæ* partes Typographicæ Artis auxilio venerant. *Græca* autem Lingua non adeò frequentabatur; nec à primâ Artis origine usque ad annum 1480. ullus Liber mihi occurrit integer eo sermone excusus præter LASCARIS Grammaticam ann. 1476. Eandem anno 1480. rursus edidit, sed versione *Latinâ* instructam, JOHANNES CRESTONUS *Placentinus* Monachus; idem qui etiam sequente annô[3] Psalterium *Græcè* & *Latinè* impressum LUDOVICO Do-

1 Scilicet ab anno 1480. uspue ad annum 1515 quo anno Erasmus ad Leonem X. scribens eum vitâ decessisse affirmat. Amerbachius (utì me monuit Clariss. *de la Monnoye*) cujus meminit Erasmus in epistolâ ad Alciatum anno 1528. datâ, Bonifacius est trium Joannis filiorum natu minimus, qui ad 33. ætatis annum tum pervenerat, & jus Civile Basileæ profitebatur. Erasmus in epistol. ad Archiep. Tolet. D. Augustin. Operibus præfixâ anno 1529. datâ scribit filium Amerbachii natu maximum *in fata concessisse*: nempe (ut censeo) BRUNONEM, cujus matrimonium fortè innuit, cùm ad GERBELIUM scribens anno 1518.) lege Epistolar. col. 35.) *Scis*, ait, BRUNONI *quoque* AMERBACHIO *esse*, *quod amplectatur in somnis*.

2 Basil. Monument. Antigr. p. 12, 13.

3 LONG, *Biblioth. Sacr.*] In Epistolâ dedicatoriâ hæc leguntur: —— *circiter sep-*

DONATO Episcopo *Bergomensi* nuncupavit. Tunc primùm pars Bibliorum *Græcorum* aliqua imprimi cœpta; primúmque specimen in *Græcis*, uti antea [1] in *Latinis*, à Psalterio sumptum. Tunc primùm *Græcus* textus cum interpretatione *Latinâ* sociatus est, ut *Græcarum* Litterarum rudiores (quales erant illis temporibus adhuc plerique) usu crebro paulatim exerciti perdiscerent tandem hâc magìs familiari duce & comite ignotiori illi assuescere. Monacho illi *Placentino* justissimæ à posteris debentur gratiæ, qui otium & horas tam bene collocaverit; cujus diligentiam si omnibus sui Ordinis libuisset imitari, litteræ non tamdiu sepultæ & incultæ jacuissent. Suas etiam, quas meruit, gratias habuisset Typographus, nisi maluisset suum nomen taceri. At, quia *Mediolani* Editio prodiit, exiit forsan à DIONYSII *Paravisini* prælo, qui ibidem LASCARIS Grammaticam anno 1476. *Græcè* emiserat. Laudem, si non parem, saltem proximam, post *Germaniam*, sibi jure vindicare potest *Italia*. *Moguntiæ* Ars primùm inventa fuit & tentata; sed *Latinas* solas excoluit litteras: necdum enim *Græcas* sciebant perfectè Typographi; quas licèt Authoribus quibusdam *Latinis* immiscere tentaverint infeliciter [2] *Moguntini*, feliciùs & meliore successu [3] *Sublacenses*, [4] *Romani* & [5] *Veneti*; Codex tamen tótus *Græco* sermone non est impressus, donec tam arduum Typographiæ opificium numeris omnibus absolutum ad umbilicum perduceret *Mediolani* anno 1476. DIONYSIUS *Paravisinus*.

Quotannis jam latiùs per *Europam* nomen increbrescebat typographicum; anno 1481. REGII, adnitentibus PROSPERO ODOARDO & ALBERTO MAZALI, ac BARTHOLOMÆO BOTTONO; MONTEREGALI, DOMINICO de NIVALDIS & *filiis*; PERUSIÆ, STEPHANO ARNS; MONTEMONACHORUM, JOHANNE SENSENSCHMIDT; LONDINI item *, LIPSIÆ, LIGNIS, HASSELETI, VIENNÆ, in civitate GEBONNENSI: Anno 1482. AQUILÆ; industriâ ADAMI de ROTWIL; PISÆ etiam, & ERFORDIÆ: Anno 1483. GANDAVI, MEMMINGÆ, & MAGDEBURGI.

Udalricus Gering, qui inprimis in Sorbonæ Collegio & postea in vico

septuaginta loca correximus Græcam veritatem secuti. Verba, quæ deerant, suis locis addidimus. Unum te, Præsul memorande, ignorare nolo: Psalterium, quod Ambrosianum dicitur, in paucis imò in nullis à Græco discrepare. —— feci & ipse in hôc Psalterio: non tamen ut Græcis schematis uterer, sed ut Græcè discere volentibus morem gererem, verbum verbo reddidi. ——

1 Anno 1457.

2 CICER. *Offic.* per FUST & SCHOEFFER. *Moguntiæ.* 1465.

3 LACTANT. *Sublaci.* 1465.

4 LACTANT. 1468. AUL. GELL. & APULEIUS 1469. per SWEYNH. & PANN. *Romæ.*

5 AUL. GELL. & MACROB. 1472. per NIC. JENS. *Venetiis.*

* Teste J. Mullero in Incunabul. Typogr. Lipf. p. 9. sed Gotfridus Christianus Goëtzius Lipsiensis Typographiæ epocham scribit non fuisse anno 1484. antiquiorem. Lege Annal. Typograph. Tom. I. pag. 149, 150, 151.

vico Jacobæo ad Solis aurei insigne suum Typographêum habuerat, [1] anno 1483. exeunte in Sorbonæ vicum cum totâ supellectile migravit, ubi domum (quam vocabant *ad Buxum*) à Sorbonicis Doctoribus conduxit novem libras quotannis, dum ibi viveret, solvendas cum iisdem pactus. Postquam ad suos veteres amicos jam propiùs accessisset, in eorum consuetudinem se penitus immersit nunquam deinceps nisi morte divellendam. Eos (ut matrimonio non erat implicitus) adibat frequenter, de rebus litterariis consulebat, Operum Typographicorum exemplaribus donabat. Udalrici vicinitas & amicitia Sorbonicæ Societati haud minimo fuit emolumento: Hæc enim, quæ istis temporibus & [2] nomine & re pauper audiebat, promptum semper sensit illius auxilium, quoties præsentem pecuniam res angustior exigeret.

Anno 1484. Typographiæ HARLEMI vacabat JACOBUS BEGARD; hanc etiam Artem BEROLINUM & URBINUM acceperunt. [Lœscherus pag. 151. scribit *hôc anno* Vindobonæ *primùm excusum Codicem exiisse.*] Sed hic annus meruit maximè celebrari, quòd tunc SONCINI (quod est Ducatûs *Mediolanensis* oppidulum) *Judæorum* Typographorum *Italorum* operâ *Hebræi* characteres lucem primùm aspexerint.

Paucissimos *Hebraïcè* impressos ante ann. 1500. Libros inspicere mihi contigit: viz. *Pentateuchum Hebraïcum* cum *Chald. Paraphras. Ulyssipone* 1491. fol. & *Biblia Hebraïca*, *Brixiæ* 1494. 8°. in quibus memoratu dignum est, quòd, quoties in textu Dei nomen occurrit, littera Daleth pro He substituatur; v. g. יהוד pro יהוה, אלדים pro אלהים. Id me monuit doctissimus JACOBUS LE LONG. Idem etiam observavi in Potkenii Psalterio quadrilingui, 1518.

Libet hìc, quæ clarissimus * CHEVILLERIUS de *Hebrææ* Typogra-

1 Chevill. pag. 83.

2 Id. p. 84.] Vocabatur *Congregatio pauperum Magistrorum Parisiis in Theologica facultate studentium.*

* CHEVILL. p. 264, 265.] „Les premieres Impressions en Langue & Charactére *Hebraïques*, ont été faites par les „ *Juifs* d'*Italie* à *Soncino*, petite Ville du „ Duché de *Milan*, & les premiers Imprimeurs furent le Rabbin *Josué*; & le „ Rabbin *Moyse* fils du Rabbin *Israël Nathan* de *Soncino*, qui descendoit d'un „ *Juif Allemand* de la Ville de *Spire*. „ Cette famille se multiplia, & porta l'Imprimerie dans quelques Villes d'*Italie*, „ comme à *Brescia*, à *Boulogne*, à *Rimini*, „ à *Fano*, à *Pesaro*, où ont été faites des „ Impressions *Hebraïques*, avec l'inscription, que c'étoit par des Imprimeurs de „ *Soncino*, ou de la famille de *Soncino*. „ Après ce premier tems les *Juifs* & les „ *Chrétiens* firent des Impressions en *Hébreu* dans plusieurs autres Villes de l'*Europe*, à *Venise*, à *Cremone*, à *Mantouë*, „ à *Sabionetta*, à *Verone*, à *Ferrare*, à „ *Padouë*, à *Livourne*, à *Naples*, à *Riva*, à *Isna*, à *Basle*, à *Cologne*, à *Hanau*, à *Francfort* sur l'*Oder*, à *Prague*, „ à *Lublin*, à *Cracovie*, & autres Lieux, „ & dans quelques unes de la *France*, de „ l'*Espagne*, de l'*Angleterre* & de la *Hollande*. Le Rabbin *Ghedalia*, dans son „ Livre intitulé *Scialscheleth Hakkabala*, „ marque le tems, que commença l'Impression des Livres *Hébreux*, & dit que „ ce fut l'an du Monde 5240, qui revient

pographiæ origine tradidit, ipsius verbis (cùm accuratioribus non possim) describere: deinde, quæ in Franc. Aresii Cremon. ** Litterati occurrunt, adjicere.

Anno

„ vient à l'année *Chrétienne* 1480. Le „ Pere *Jules Bartolocci*, qui a fait la re- „ cherche des premieres Impressions de „ ces Livres, rapporte ses paroles, que „ voici en *François*: *En ce tems les Im-* „ *primeurs de* Soncino *étoient en reputa-* „ *tation. Ils exercerent l'Art de l'Impri-* „ *merie plusieurs années, & mirent sous la* „ *Presse un grand nombre de Livres* Hé- „ breux, *au grand avantage de la Nation* „ Juifve.

„ De cette Imprimerie de *Soncino* sont „ sortis, le Livre intitulé *Minchar Hap-* „ *peninim*, qui fut imprimé *in quarto* l'an „ du Monde 5244. c'est-à-dire, l'année „ *Chrétienne* 1484.

Idem. p. 265, 266.] „ Ce fut ce R. „ *Gherson* qui porta l'Imprimerie à *Cons-* „ *tantinople*, où il fit plusieurs Impressions „ jusqu'en l'année 1530. en laquelle fut „ imprimé le Livre intitulé *Michlol*. Les „ *Juifs* l'établirent aussi à *Salonique*, & „ dans quelques autres Villes de l'Empire „ *Ottoman*. Mais ce sont ces deux Villes- „ là où ils ont le plus imprimé de Livres „ *Hébreux*. On en voit d'imprimez à „ *Salonique* en l'année 1493. & à *Constan-* „ *tinople* en l'année 1506. dans le Siécle „ précedent: & dans le présent Siécle l'an- „ née 1652.

Idem. p. 266, 267.] „ Avec toutes ces „ recherches de l'origine de l'Impression „ *Hébraïque*, s'il est vrai ce que *Buxtorfe* „ écrivoit l'année 1613. que *Joseph Sca-* „ *liger* avoit une Grammaire *Hébraïque* „ du Rabbin *Moyse Kimhi* intitulée, *Ma-* „ *hala Scevile Haddas*, qui avoit été im- „ primée en *Sicile* il y avoit plus de 152. „ ans: *Habuit* Josephus Scaliger *impressum* „ *in* Siciliâ *ante annos* 152. (Paroles que „ *Buxtorfe* son fils n'a point changées „ dans la seconde Edition qu'il a fait faire „ du Livre de son pere l'année 1640. *in* „ 8o. à *Basle*;) on pourroit dire, que „ l'Impression *Hébraïque* a commencé „ bien plûtôt que ne dit le Rabbin *Ghe-* „ *dalia*, & avec lui le P. *Bartolocci*; qu'el- „ le a paru en *Sicile* avant les Imprimeurs „ de *Soncino* environ l'année 1461. & „ que c'est cette Grammaire de *Moyse* „ *Kimhi*, qui est le plus ancien Livre im- „ primé en *Hébreu*. Il est bien certain, „ qu'on a de très-anciennes Impressions „ de cette Grammaire. Il y en a une „ dans la Bibliotheque de *Sorbonne*, qui „ est faite à *Ortona* dans l'*Abruzzo* au „ Royaume de *Naples*, la seconde an- „ née de *Charles* Roi de *Sicile* & de „ *Jerusalem*, c'est-à-dire, de *Charles* VIII „ Roi de *France*, qui est celle de 1496. „ où il est marqué, que c'est la troisiéme „ Impression de cette Grammaire. Ce qui „ est un témoignage, qu'il y en avoit en- „ core deux autres Editions plus ancien- „ nes. *Corneille Beughem*, dans sa Liste „ intitulée *Incunabula Typographiæ*, parle „ d'une ancienne Edition *Hébraïque*, qui „ fut faite à *Boulogne* en *Italie* l'année „ 1471. page 126. *R. Obadia Sephorno*, „ *Lux populorum. Liber Hébraicus sic dic-* „ *tus. Bononiæ* 1471. Mais pour assûrer la „ verité de ces anciennes Impressions, & „ faire cesser tout le doute qu'on peut „ en avoir, il faut attendre qu'on mar- „ que les Bibliotheques, où elles sont gar- „ dées, & que quelcun en donne plus „ de lumiere.

** Tom. I. Parmæ. M.DCCII. Typis Alberti Pazzoni & Pauli Montii. fol. pag. 341. ad annum M. CCCC. LXXXVI.] „ Arie Lando sive Rabbi Judas Lando, „ secundùm quod refert Plantavicius in „ suâ Bibliothecâ num. 14. scripsit librum „ *Agur Collectionis*, & ait hunc esse li- „ brum Legalem de Hebræorum ritibus „ fusè tractantem, excusum Soncinnæ; „ & addit; *Fateor autem ingenuè me ne-* „ *scire, ubi sit ista Soncinna, nisi sit fortè* „ *oppidulum illud Coloniæ ditionis telonio* „ *notum, quod Suns vulgò nuncupatur.* Mi- „ ror sanè Plantavicium —— non anim- „ advertisse in variis & multiplicibus edi- „ tionibus librorum Hebræorum satìs su- „ pérque constare de oppido Soncini, „ præsertim in libro *Marrim Rabbi Jose-* „ *phi Albo* editionis prædicti Soncini, anni „ Christi 1486. ubi dicitur Soncinum esse „ in Lombardiâ sub Mediolanensium Du- „ cum ditione. Soncinum itaque, quod „ Plantavicius *Soncinnam* vocat, est oppi- „ dum

„ dum in Italiâ in Provinciâ Lombardiæ „ inter Cremonam & Brixiam prope Olii „ fluminis dexteram ad orientem urbis „ Mediolani, spectans ad Marchionatum „ dominorum de Stampa. —— Ex hôc „ oppido primò prodierunt in Italiâ im- „ pressores librorum Hebræorum, ex Ju- „ dæis; qui quidem etsi ex Mose Spiren- „ si Germano traxerint originem, volue- „ runt tamen ex Soncinno cognominari „ *Soncinnates*, sive etiam *ex Soncinni fa-* „ *miliâ.* Testis est Rabbi Ghedalia Aben „ Jachya in Scialscel hahabala pag. 62. ubi „ ait: *In hâc generatione, id est circa an-* „ *num mundi* 240. *min. supput. Christi* „ 1480. *floruerunt viri de familiâ Soncini,* „ *qui plures annos perdurârunt, & quam-* „ *plurimos libros Hebræos impresserunt,* „ *maximâ utilitate totius Israelis.* Vidi „ etiam in præfatione libri Michlol edi- „ tionis Constantinopolitanæ, ubi scrip- „ tum extabat: *Ego Gerson Soncinnas fi-* „ *lius sapientis Rabbini Mosis filii sapientis* „ *& excellentis Rabbi Israelis Nathan, filii* „ *Samuelis, filii Rabbi Mosis. Hæc est* „ *quinta generatio ad Rabbi Mosen de Spi-* „ *râ, cujus mentio fit in Tosaphoot.* Et in „ fine libri editionis antiquæ in 4. legitur: „ *Exaudivit Josue princeps & dux filius* „ *gloriosè excellentis Rabbi Israelis Nathan* „ *de Soncino.* Indè colligitur, quòd Rab- „ bi Israel Nathan plures filios habuerit „ impressores, Rabbi Mosen & Rabbi Jo- „ sue. Iste enim imprimi curavit *Minchan* „ *Happeninim* anno mundi 244. min. Sup- „ put. Christi 1484. ut in ultimâ lineâ il- „ lius paginæ videre est. In codice sa- „ crorum Bibliorum, quem penès me ha- „ beo in folio impressum Soncini anno „ mundi 248. minor. Supput. Christi 1488. „ per eundem Rabbi Josue filium Rabbi „ Israel Nathan; idem Rabbi Josue voca- „ tur, *Rabbi Josue Salomon, filius Israelis* „ *Nathan.* Sed ne aliquis dicere possit, „ nunquam Soncini artem impressoriam „ librorum Hebraïcorum extitisse; sed „ quando dicitur *Vir Soncini*, non intelli- „ gi, quòd ille liber in oppido Soncini sit „ excusus, sed quòd typographus extite- „ rit de Familiâ Soncini. Respondeo: „ quamvis verum sit hos Judæos impres- „ sores librorum duxisse originem ex op- „ pido Soncini, ideóque Soncinates viros „ cognominatos fuisse; verum etiam fuit „ eandem Artem chalcographicam in eo- „ dem Soncini oppido primò exercuisse, „ & exinde in alias Italiæ & etiam O- „ rientis partes illam asportâsse. Hujus re „ tot testes adhiberi possunt, quot codi- „ ces impressi cernuntur apud Soncinum „ in Lombardiâ sub dominio Mediola- „ nensium Ducum, ut legitur in libro Jo- „ sephi Albo modò citato, & alibi pas- „ sim. Nonnulli hujus familiæ Impresso- „ res Artem hanc typographicam Brixiam, „ postea Bononiam, deinde Ariminum, „ Pisaurum, & Fanum Fortunæ transtu- „ lerunt. Quibus in locis illam quàm di- „ ligentissimè exercuerunt: non tamen „ multum curârunt apponere nomen pro- „ prium, sed plerumque libros à se im- „ pressos solo cognomine, scilicet *Soncino*, „ *Viri Soncinatis*, vel *mi bene Soncino*, *ex* „ *filiis* seu *hæredibus Soncini* indicârunt. A- „ liquando nomen & cognomen apposue- „ runt, sed locum & annum editi libri „ neglexerunt. Sic in primâ facie libri „ Maschini Hadhmeni intrà imaginem in- „ scriptum, *Turris fortitudinis Verbum Do-* „ *mini*, legitur: *Ghersciom Typographus fi-* „ *lius sapientis illius Mosis, memoria ejus* „ *sit in benedictione, semen Israelis, vir* „ *Soncinas.* Nonnunquam nomen Impres- „ soris reticuerunt, sicut & annum & lo- „ cum impressionis, indicato tantùm no- „ mine Familiæ Soncinatis, & Principis, „ sub cujus ditione liber impressus est, ut „ videre est in frontispicio libri *Agur*, ubi „ habetur: *Excusus secundò, & correctus* „ *per manum minoris inter Impressores, &* „ *minimi inter discipulos ex filiis Soncinati-* „ *bus, anno* 3. *D. N. Papæ Clementis* „ *septimi. Dominus, qui benedictus sit,* „ *vivere eum faciat, & adimpleat petitio-* „ *nes cordis sui, & desiderium ejus. Amen.* „ Hinc facilè colligi potest annus & locus „ impressionis, nam tertius annus Ponti- „ ficatûs Clementis VII. incidit in annum „ Domini 1525. Et quia Impressores Son- „ cinnates in Statu Ecclesiastico primò Ar- „ cem typographicam exercuerunt Bono- „ niæ, verosimile est hunc librum illìc „ impressum fuisse, aut saltem in alio lo- „ co Summo Pontifici subjecto, ubi Son- „ cinnates eandem impressoriam Artem „ exercebant. Aliquando indicaverunt no- „ men, cognomen, & locum impressio- „ nis, sed annum non notârunt. Sic in „ fine libri *Colbo* legitur: *Perfectus fuit* „ (hic liber) *per manum minimi Impresso-*

„ *ris*

Anno [1485. [1] CREMONÆ initium habuisse legitur Typographia:] 1486. TOLETI, ARIMINI, MESSANÆ; MONASTERII per JOHANNEM LIMBURGUM; apud ABBATIS-VILLAM.

„ *ris ex filiis Soncinnatum, & ipse est Gerson* (Peregrinus ibi) *Arimini*. Persæpe „ nomen Soncini, ubi impressus fuerat „ liber, apposuerunt, notatis etiam no- „ minibus mensis, & anni impressionis, „ sed nullâ aliâ factâ mentione nominis „ neque cognominis Impressorum: ut in „ fine libri *Bechinatholam*, ubi habetur: *His* „ *Soncini* 24. (die.) *Chisleu Novembris* „ (anno Christi 1485.) Aliquando tamen „ clarè, & per extensum apposuerunt „ nomen Libri, Impressoris, cognominis, „ loci impressionis, diei, hebdomadæ, „ mensis, & anni, ut videre est in fine „ libri *Meachaberoth Rabbi Immanuelis*. Ibi „ enim legitur: *Completum est omne opus,* „ *opus istius libri vocati Mechaberoth Im-* „ *manuel per manum exigui Impressoris* „ *Gerson Typographi filii sapientis Rabbini* „ *Moysis* (*memoria Justi sit in benedictio-* „ *ne*) *seminis Israelis viri Soncinatis; Fuit-* „ *que perfectum hic Brixiæ, qua est sub* „ *dominio Reipub. Venetæ, hodie die* 2. „ *Sabbathi*, (feria 2.) 26. *mensis Mar-* „ *chescuar* (Octobris) *anno* 5252. *à crea-* „ *tione Mundi, id est Christi* 1492. *in* 4. „ Iste Rabbi Gerson filius Mosis Constan- „ tinopoli postea Typographicam aperuit „ domum, & ad annum usque duodeci- „ mum regni Solimani pervenit, hoc est „ ad annum Christi 1530. Et eo anno „ invenitur excusus Liber *Michlol*, ut ex „ fronte ipsius manifestè apparet. —— „ [Plantavicius] librum *Agur* cuidam *Rab-* „ *bi Ariè Lando* attribuit. —— dicam; „ Buxtorfium hunc librum non vidisse „ pro certo habeo: quia in secundâ edi- „ tione Bibliothecæ [Rabbinicæ] in eodem „ libro *Agur* hæc, quæ sequuntur, addi- „ ta sunt à Johanne Buxtorfii filio: *In* „ *uno Catalogo dicitur esse liber Rituum &* „ *decisionum juris. Alius scribit esse Ele-* „ *mentale Grammaticum. Fortè diversi* „ *sunt ejusdem nominis.* Ergo Buxtorfius „ pater hunc librum non vidit, & Buxtor- „ fius filius ea verba addidit ex diversis „ catalogis librorum ad se transmissis; „ unde nec ipse librum *Agur* unquam ha- „ buit aut vidit. At ego quia apud me „ habeo prædictum librum *Agur*, cujus „ author est Rabbi Jacob Lando, & trac- „ tat *de Ritibus & decisionibus dubiorum* „ *ex iis emergentibus*, dicendum est fi- „ deliter à Buxtorfio patre adscriptum „ fuisse Rabbi Jacobo Lando. Et quia „ Plantavicius ait, excusum fuisse Sonci- „ næ, suspicor eundem librum ad manus „ Plantavicii non pervenisse, sed illius no- „ titiam ex aliquo mendoso catalogo ha- „ buisse, quia in exemplari, quod apud „ me reperitur, non Soncini dicitur ex- „ cusus, sed *Mi benè Soncino* â filiis seu „ hæredibus Soncinorum, loco & anno „ non notatis. Unde dubitandum non „ est, fuisse hujus libri authorem *Rabbi* „ *Jacobum Ben Juda Lando. Juda* no- „ men vulgariter Hebræi vocant *Leonem* „ seu *Arie*, ne exosi habeantur à Chris- „ tianis, qui hoc nomen *Juda* valde ab- „ horrent. Hinc forsan scriptum reperit „ Plantavicius *Leonem* pro *Juda*, & *Arie* „ pro *Leone* authorem hujus libri suscepit. „ Non errat tamen, quando dicit, quòd „ sit *Liber Legalis de Hebræorum ritibus* „ *fusè tractans*. Excusus etiam fuit ut „ audio, Venetiis apud Marcum Anto- „ nium Justinianum anno Mundi 306. „ Christi verò 1546. Hactenus D. Julius „ Bartoloccius de Celleno Congr. S. Ber- „ nardi Reformatæ Ord. Cisterciensis in „ suâ Biblioth. Magnâ Rabbinicâ; Part. I. „ fol. 431. num. marginali 302. — I- „ dem author prosequitur. Rabbi Ascer „ ex familiâ Soncinatum Artem impresso- „ riam exercebat in Fano Fortunæ, & „ ab eo multi libri Hebraïci sunt excusi, „ ex animadversione *Caroli Josephi Im-* „ *bonati Congregationis S. Bernardi Ordi-* „ *nis Cisterciensis monachi in suâ Biblio-* „ *thecâ Latino-Hebraicâ, p.* 425. in quâ „ ejusdem Commentaria Scripturalia cum „ magnâ commendatione recenset.

1 Cremon. Litterat. Tom. I. p. 338.] *Ut eruitur ex libro Joannis de la Caille. Verùm ex libris primò hisce temporibus Cremonæ typis demandatis non vidi nisi opusculum Dionis Chrysostomi Prusensis Philosophi ad Ilienses, Ilii captivitatem non fuisse, traductum per Franciscum Philelphum Cremonæ* 1492. 11. *Cal. Augusti. in* 4. Joannem

LAM per *Joannem du Pré* & PETRUM GERARD: anno 1487. BOSCODUCIS, & BISUNTIÆ: anno 1488. TOLOSÆ, VITERBII, & BRUNÆ; item ROTHOMAGI, per JOHANNEM le BOURGOIS; NANNETIS, per STEPHANUM LARCHER; PESCIÆ, per SIGISMUNDUM RODT; TUBINGÆ, per FREDERICUM MEYNBERGER; EISTETÆ, per MICHAELEM REISER; GAIETÆ, per JUSTUM.

Florebat admodum Typographêum Soncini aliquot abhinc annis à Judæis erectum. Librorum sacrorum partem, Prophetas scilicet priores, anno 1486, fœliciter vulgaverunt; successûque prospero alacriores accinxerunt sese ad universum Bibliorum Hebraïcorum opus imprimendum, quod anno 1488. finem accepit operâ Abrahami F. Rabbi Hhaiim. [1] Abrahamus ille Pisauri in Venetorum ditione natus est.

Anni 1486. & 1488. non solùm Hebræorum Codicum editionibus, sed Græcorum etiam, inclaruerunt. Mediolanenses (ut antea dictum est) Venetis (qui hactenus cum reliquis Typographorum & numero & peritiâ contenderant, & palmam tulisse videbantur) eripuerunt tamen, ne essent in Græcæ Typographiæ perfectione primi: Veneti verò vicissim superari & præverti indignantes vetuerunt, ne essent soli; annóque 1486. (decennio postquam Mediolani excudi Græcè cœptum est) in sacris litteris dederunt *Psalterium*, in prophanis Homeri *Batrachomuomachiam*. Illud excudit Alexander, hoc Laonicus, ambo Cretenses. [2] Psalmi charactere vetustissimo & singulari excusi Græcam in calce inscriptionem cum Typographi & Urbis nomine annique mensis & diei indiciis gerunt. Ranarum muriúmque pugna Litteris etiam antiquam formam lectûque difficillimam referentibus exaratur. Notis prosodicis, accentibus putà & spiritibus, voces afficiuntur. Titulum totius operis hunc rubricâ excusum prima præfert pagina:

Ὁμήρου Βατραχομυομαχία, ἐν δέ τισι Τίγρητος τοῦ Καρός.

[3] Poëmatium versus Heroici & Politici Michaëlis cujusdam τοῦ Ἀποςόλη claudunt, quibus opusculum ipsum & Homerus laudatur; Tigres autem ipsius author fuisse affirmatur. Editionem hanc commendat id inprimis, quòd rubro & nigro characterum colore insigniatur; hôc scilicet textus ipse, illo Scholiastæ cujusdam expositio Græca, repræsentetur; ità tamen ut singulis carminibus interlineare superstet Scholium. Illa amborum colorum alternatio gratam oculis exhibet imaginem. Nullam adhuc vidi, quæ Scholiasten hunc contine-

nem Callium *erravisse observatur postea. Vide Catalog.* 1485.

1 Lege illorum Bibliorum inscriptionem in LONG, *Biblioth. Sacr.*

2 Consule Catalogum.

3 De hôc plura aliquando scripsi in Londinensi ejusdem Editione ann. 1721.

tineret, præter hanc, editionem; unde conjicio eam semper fuisse rarissimam & quampaucissimis notam. Ad hujus editionis calcem leguntur hæc.

[1] Ἐν ὀνόματι τῆς ἁγίας τριάδος, τῦ πατρὸς
Καὶ τῦ υιῦ καὶ τῦ ἁγίυ πνεύματος.
Συνθέσει ἐμοῦ Λαονίκυ Κρητὸς καὶ πρωτοθύ-
τυ Χανίων· ἐν ἔτει χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ
ὀγδοηκοστῷ ἕκτῳ· μηνὶ Ἀπριλλίῳ, εἰκόστῃ
δευτέρᾳ, εἰς Ἐνετίαν.

Mediolanum & *Venetia* jam habebant, de quo meritò gloriarentur, quòd apud se primùm Libri *Græci* lucem vidissent. *Florentia* tamen, licèt illis posterior, erubuit vinci, & id tandem produxit, quod omnes quantascunque moras compensaret. Quicquid hactenus ab illis in *Græcâ* Typographiâ præstitum fuerat, nihil erat nisi velitationes quædam & præludia seu προγυμνάσματα, si cum illo, quod interim *Florentia* moliebatur, opere conferantur. Quid enim tenuis manipulus ad plenam messem? Quid LASCARIS Grammatica ad totius eruditionis *Græcæ* & *Latinæ* [2] fontem? Quid TIGRETIS opusculum ad HOMERI *Iliadem* & *Odysseam?* Quid mures & ranæ eorumque certaminum commentum planè fabulosum ad *Trojanos* & *Græcos* Heroas? Operoso hôc & præstantissimo HOMERI inter omnes Poëtas principis volumine duobus tomis comprehenso orbem eruditum anno 1488. donavit *Florentia*; quæ, dum aliæ Urbes in limine & initiis tantùm, conatibus adhuc immaturis, subsisterent, primo & uno sed ingenti gravíque molimine ad ipsum culmen voluit pervenire, vetuítque quicquam relinqui, quo superari posset. Editione illâ, si chartæ solidæ colorem & pompam, si nitidam characterum figuram, æquata marginum intervalla, justam linearum distantiam, totum denique impressionis ordinem & dispositionem spectes, nil certè aut antea aut postea elegantius comparuit. Primas Rhapsodiarum singularum litteras omisit Typographus spatio amplissimo dato, ubi Illuminator (sic ejusmodi Artifices olim vocaverunt) litteram affabre depictam variísque colorum generibus lucentem calamo duceret; nec spatium illud solum sed marginem etiam exteriorem, unà & forsan interiorem, illuminaret

1 Eadem nuncupatio Sacrosanctæ Trinitatis legitur in inscriptione ad calcem Psalterii suprà memorati. Typographis enim tunc mos erat, pius quidem, breves doxologias [*Laus Deo* aut *Deo gratias*, ut in pluribus à NICOLAO JENSON excusis Libris] adjicere: quasi Artis Typographicæ inventionem esse Divinum quoddam munus agnoscerent.

2 Πηγήν τινα τῆς Ἑλληνικῆς διαλέκτυ πάντι ἀνθρωπίνυ βίυ παράδειγμα, καὶ οἷον φωτῆρα τῶν ἄλλων ποιητῶν Ἑλλήνωντε καὶ Λατίνων, τῦςτε ἄλλης περὶ λόγυς παιδείας ἡγεμόνα. —— CHALCONDYL. in præfatione ad HOMER. *Florent.* 1488.

minaret. Propriorum Nominum initia majusculæ non distinguunt litteræ; neque quidem ¹ carminum, nisi ubi aliquam orationem, aut novum sententiæ filum orditur Poëta. Quò autem principis hujus Editionis authores & adjutores meliùs cognoscat Lector, ex duabus Præfationibus, illâ *Latinâ*, hâc *Græcâ*, ea, quæ ad illud propositum maximè pertinent, adjiciam.

„ Bernardinus Nerlius Petro Medicæ
„ Laurentii filio S.

„ Cùm doctissimorum virorum —— sententiâ Græcas litteras La-
„ tinis —— pernecessarias esse animadverterem —— nonnullos littera-
„ rum Græcarum studiosos ob inopiam Librorum magno affici in-
„ commodo —— decrevi Græcum aliquem Authorem, qui & —— no-
„ bilissimus —— & perutilis foret, imprimendum suscipere. Quod &
„ si arduum & perdifficile videbatur, tamen cùm ea, quæ ad hoc
„ opus conficiendum necessaria erant, in hâc nostrâ civitate concur-
„ rerent, ejusmodi occasionem minimè prætermittendam putavi.
„ Nam ut omittam Nerii fratris liberalitatem, & Joannis Accaioli
„ auxilium, Demetriíque Cretensis dexteritatem, id imprimis mihi
„ oportunum fuit —— quòd ad hanc rem Demetrium Chalcondylem
„ Atheniensem nactus eram, virum —— tempestate nostrâ doctissi-
„ mum, præceptorémque meum, quo hujusmodi Opus accuratissimè
„ recognosci posset. —— itaque ex illius consilio Homerum ut ve-
„ tustate primum, ita etiam divino quodam ingenio summum poëtam
„ ac litterarum fontem elegi: qui quidem ob incuriam atque negli-
„ gentiam librariorum ita sui dissimilis videbatur, ut in nullo ferè co-
„ dice quamvìs perveteri integer agnosceretur. Quamobrem erudi-
„ tissimi sanè viri operâ, qualem Demetrium nactus est, summopere
„ indigebat: qui —— ipsa Homeri Opera singulari diligentiâ summó-
„ que studio cum Eustathii commentariis conferens examinavit atque
„ emendavit; cujus quidem viri diligentiam aut nihil arbitror præ-
„ teriisse, aut siqua præteriisse videbuntur, ea certe vel dubia quæ-
„ dam sunt vel ejusmodi, ut ea in tali tantóque opere justus æquús-
„ que rerum æstimator non magnifaciat. Adhæc non solùm Homeri
„ opera quæcunque reperiuntur, quæque ejus feruntur, imprimenda
„ curavi, verùm etiam his adjeci * Herodotum, Plutarchum atque
„ Dionem, qui & poëtæ vitam litteris diligentissimè mandaverunt,
„ & sensus utriusque divini operis —— discusserunt. —— Quæ omnia
„ cùm

1 In Editione *Batrachomuomachia* supradictâ versuum initia majusculis sæpius ornantur.

* Nunc primum est, cùm aliquid horum Authorum *Græcè* typis excusum fuerit.

„ cùm jam ad optatam metam perducta ſint, multóque feliciùs quàm „ ab initio exiſtimâram, annuente Deo, ſucceſſerint; conſtitui, Petre Medices, ut hæc omnia nomine tuo impreſſa ederentur, quem „ à pueritiâ Græcis inſtitutum litteris cognovi, videóque in Homeri „ præſertim lectione quotidie verſari. —— Vale. Florentiæ, Idibus „ Januariis. M. CCCC. LXXXVIII.

Δημήτριος ὁ Χαλκονδύλης τοῖς ἐντευξομένοις εὖ πράττειν.

—— ἐπεὶ δὲ εὕρηται μὲν πάλαι κοινὸν ἀγαθὸν τοῖς Φιλολόγοιστε καὶ σπȣδαίοις εἰς εὐπορίαν βιβλίων Λατινικῶν, λέγω δὲ τὴν τȣ́των ἐντύπωσιν, ἐποθεῖτο δὲ τοῦτ' αὐτὸ κἀν τοῖς Ἑλληνικοῖς βιβλίοις, οὐδεὶς δὲ ἐτόλμα μέχρι καὶ νῦν ἑαυτὸν ἐς τοῦτο καθεῖναι, ὅ,τι καὶ λόγȣ ἄξιον, δεδιὼς (οἶμαι) τὴν τοῦ πράγματος δυσχέρειαν, τῶν τινες ἐκ τῆς περιΦανοῦς πόλεως Φλωρεντίας εὖ πεΦυκότων νέοι καλοίτε κἀγαθοὶ Φιλομαθεῖςτε καὶ Φιλέλληνες δύο μὲν ἀδελΦὼ Βέναρδος καὶ Νέρις τὼ Νερилίω, τρίτος δὲ σὺν τούτοις ἑταῖρος αὐτοῖν Ἰωάννης ὁ Ἀκκίολος, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐπινοίᾳ τινὶ ἀνεΦάνησαν εὖ μάλα πρόθυμοι ἐς τόδε τὸ ἔργον. Συμβȣλευσάμενοι δὲ κἀμοὶ περὶ τούτȣ, καὶ συναινοῦντά με καὶ συνεπισπεύδοντα πρὸς τοὔργον εὑρόντες, προσδὲ καὶ τὴν παρ' ἐμοῦ βοήθειαν ἐπαγγελλόμενον, ἔτι καὶ μᾶλλον ὥρμησαν ἐγχειρῆσαι τῷ πράγματι μηδὲν ὑπερθέμενοι. Καὶ δῆτα σύμπασαν τὴν Ὁμήρȣ ποίησιν, Ἰλιάδατε καὶ Ὀδύσσειαν, ἔτι δὲ Βατραχομυομαχίαν, καὶ τοὺς ὡς Ὁμήρȣ ΦερομένȣςὝμνȣς· πρὸς δὲ τούτοις καὶ τῶν συγγραΦέων τοὺς μὴ μόνον τὸν βίον αὐτοῦ συγγεγραΦότας, ἀλλὰ καὶ μεθ' ὅσης ὑπεροχῆς καὶ κάλλȣς καὶ τέχνης τὰ ἑαυτοῦ ποιήματα συνέθετο, παραςήσαντας, ταῦτα δὴ πάντα ἐν μιᾷ βιβλῳ δὶ ἐντυπώσεως περιλαβεῖν ἐγνωκότες, ἐπιμελείᾳτε πάσῃ, ὧν ἔδει πρὸς ταῦτα, καὶ τύχῃ χρησάμενοι ἀγαθῇ, καλόντε καὶ τέλειον πάντη τὸ ἔργον ἀπετέλεσαν, τῆς δυνατῆς καὶ πάρ' ἡμῶν διορθώσεως τετυχηκός. ΣΦόδρα γὰρ ἡμῖν πλειόνων ἕνεκα διὰ σπȣδῆς ἐγένετο, ἐΦ' ὅσον οἷόντε ἦν διορθώσασθαι τἀτȣ Ὁμήρȣ ποιήματα προσχρησαμένοις καὶ τοῖς τοῦ Ἐυςαθίȣ ὑπομνήμασι, καὶ τὰ τῶν συγγραΦέων περὶ αὐτοῦ πεποιημένα. Ἐι δέ τι καὶ διέΦυγεν ἡμᾶς ἐν τοσαύτῃ πραγματείᾳ, συγγνώμης ἂν ὑπὸ τῶν εὐγνωμόνως κρίνειν ἐθελόντων δικαίως ἀξιοῖτο. —— Δεῖ μέντοι μὴ ἀγνοεῖν, ὡς ἔντε τῇ Βατραχομυομαχίᾳ καὶ τοῖς Ὕμνοις ἐνιαχοῦ διὰ τὴν τῶν ἀντιγράΦων διαΦθορὰν, οὔτε ὁ τῶν ἐπῶν εἱρμὸς οὔτε μὴν τὸ τῆς διανοίας ὑγιὲς ἀπαρτίζεται. Παραπλησίως δὲ κἀν τῷ Δίωνος συγγράμματι. Ἀυ μὴν ἀλλὰ τἀτε τῆς Βατραχομυομαχίας καὶ τῶν Ὕμνων ὁλόκληρά γε τυγχάνοντα, οὐ Φαύλως ἂν ἴσως εἶχε. ΔιεΦθαρμένα δὲ ὑπὸ τοῦ τοσούτȣ χρόνȣ καὶ τῆς περὶ ταῦτα τῶν λογίων ἀμελείας, οὐκ ἂν πολλὴν τὴν ζημίαν ἐπιΦέροιεν τοῖς Φιλομαθέσι &c. &c.

Typographia videbatur *ἀκμὴν* quandam & maturam ferè ætatem conſecuta, poſtquam in *Latinis*, *Græcis* & *Hebraïcis* litteris ſuorum laborum tam luculenta edidiſſet ſpecimina. Difficultates & pericula, quæ cunctis magni momenti rebus recèns inventis à ſuâ inventione ad fixum ſtatum interveniunt, perruperat; nec quicquam nunc ſupere-

 rat,

rat, nisi ut gloriam & laudem, quam nacta fuerat, tueretur & amplificaret; cavérétque, ne per supinam Artificum inertiam litteræ ad paucos (uti olim) reciderent. *Italiæ* hæc prima Artis hactenus debemus incrementa, nec deinceps in illâ *Europæ* parte felicissimâ defuerunt, qui operam haud indiligentem darent, ne minùs sibi quàm antecessoribus à posteris deberetur. Quamvis autem *Italiæ*, quod meruit, invidere nolim, quæ facem præferens suo exemplo aliarum studium excitaverit & accenderit; nolo tamen harum meritis quicquam detrahere, quæ exemplis tam nobilibus commotæ nil solennius habuerunt, quàm ut exemplaria sibi proposita imitarentur, & aliquando excederent. Suos *Gallia* paulatim educavit & protulit Typographos, qui (ut in proximâ centuriâ describetur) diu hujus Artis principatum tenuerunt: cujus quoniam hìc mentio incidit, tacere non possum JOANNEM TRECHSEL natione *Germanum*, * qui anno 1487. *Lugduni* Officinam aperuit typographicam. Ex hujus filiâ JODOCO BADIO *Ascensio* in matrimonium datâ orta est Typographorum prosapia illustris, quorum operibus litterariis *Galliam* adeò ornatam & ditatam postea cernemus, ut priorum nulli cesserint, primásque sibi usque vindicaverint *Parisienses* Typographi. Sed de his suo loco.

Anno 1489. Typographiam SENAS *Sigismundus Rot*; anno 1490. CONSTANTINOPOLIN *Judæi* introduxerunt.

Nullibi, quantum novi, (si *Venetias* excipias) magìs quàm *Parisiis* increvit Typographorum numerus, quorum Ars (uti in primis dictum est) suam *Sorbonæ* debet originem. [1] Res *Lutetiæ* Libraria, quæ ** Scribis sive Stationariis, Bibliopolis, Religatoribus, & Illuminatoribus constabat, multis jam annis ante Typographiæ inventionem, erat penès Universitatem. Regiis diplomatibus plena in illam hujus authoritas diu steterat communita Nihil enim est æquius, quàm illos, qui Libris serviunt, his, qui præsunt, subjici; illos, qui eis compingendis & distrahendis solùm operam dant, ab ipsis eorum Authoribus aut Censoribus leges accipere. Pacto vix ullo faciliùs, altiùs aut latiùs, quàm Libris malis, universæ reipublicæ noceri potest. Iis porrò, qui boni sunt & utiles, multum utilitatis decrescit, nisi tersè & emendatè exeant. Præterea plerique imperiti (qualibus nil quicquam injustius) hoc genus homines mercenarii ad omne turpe lucrum emancipati mercibus his librariis pretium justo grandius statuunt, quod fraudi fit emptoribus tenuioris fortunæ, quorum inter litteras longè

* Joannes Trechsel anno circiter 1498. obiit; uti ex *Jacobi de Partibus in Avicennam explanatione* tunc editâ, Lugduni, ab illo imprimi cœptâ, sed à Joanne Cleyn consummatâ, constat.

1 Lege CHEVILL. p. 301. usque ad p. 320.

** MON. *Scribæ sunt, qui exemplaria describunt, dicti veteribus Librarii; Stationarii sunt Bibliopolæ. Ita exponit Cangius.*

longè major copia reperitur Hisce incommodis ut occurratur, visum est totum librariæ rei jus potestatémque iis permittere, quibus curæ esset, ne per malos Libros sani mores detrimentum acciperent, & ut nimia Librariorum avaritia, certum cuique Libro pretium indicendo, coerceretur. Ea igitur cura Universitati *Parisiensi* antiquitus fuerat delegata. [1] Eandem illam potestatem post Typographiæ inventionem Universitas exercuit. Nemo enim non videt majus tunc, quàm antea, fore periculum, si istud Universitatis imperium abrogaretur. Quin imò Typographi in suorum Librorum inscriptionibus sese Universitatis ministros libenter agnoscebant, cùm se sæpius nominarent, [2] Universitatis *Parisiensis* Librarios, Bibliopolas, Librarios juratos; in Universitate Bibliopolas, aut Chalcogrophos adscriptitios; Librarios Regios & Universitatis Religatores, aut è contra Universitatis Librarios & Regis Religatores. Hìc obiter placet observare varia eorum, qui in re librariâ occupabantur, ante & post Artis inventionem, nomina; Scribas seu Stationarios, Bibliopolas, Religatores, Illuminatores, Typographos seu Chalcographos vel Impressores. Scribarum officio finem imposuit Typographiæ usus. Illuminatorum artificium locum diutius obtinuit, donec apud Typographos litteras [3] in Librorum & Capitum initiis omittendi consuetudo teneretur: loco tamen paulatim cessit, postquam initiales illæ adhiberi & demum florentes (quas vocant) litteræ frequentari cepissent. Illæ diu ante ann. 1500, Hæ post illas apud celebriores [4] Typographos, introductæ sunt.

1 Lege CHEVILL. pag. 320. usque ad pag. 410.

2 CHEVILL. p. 321, 322.

3 MALLINKROT. p. 102.—„ Fuisse „ antiquitus simpliciorem & minùs venustam Typographiæ faciem ex iis qui supersunt Codicibus videre est. Et si enim „ in principio, quæ scriptis Libris mangonizandis adhiberi consueta erat miniatura, etiam ad impressos translata fuerit; „ tamen celeriter illa, utpote operosior & „ plurimum temporis absumens, desiit, „ postquam venditores animadvertissent, „ merces suas etiam isto lenocinio destitutas, facilè emptorem invenire. Hinc „ evenit, ut plurimi adhuc supersint Codices primævo illo tempore excusi, quibus capitales quæ vocantur literæ penitus absunt, eò quod impressoribus „ propositum fuisset, absolutâ excusione „ illas è minio adjicere, quod postmodum, „ festinatâ in avidos emptores distractione, integrum non fuit: prout etiam „ non paucos illorum temporum reperias, „ quibus miniatæ illiusmodi initiales literæ „ non typorum, sed pennæ ministerio ac „ pictæ conspiciuntur. Ut autem ab ipsis „ titulis & inscriptionibus incipiam, nihil „ hôc tempore, ut publicè scimus, Librorum frontispiciis pulchrius est, quando „ vix alicujus nominis & pretii Liber „ exit, qui non chalcographicarum imaginum Emblemata præferat (hoc novitium admodum institutum est, & nostrâ demum memoriâ usurpari cœptum) „ ac præterea Librorum contenta copiosissimâ ferè rubricâ proscribat, licèt fatendum sit, ut est omnium rerum abusus & ambitus, quòd jactantior & ventosior titulatura credulos emptores subinde miserè decipiat.

4 Has, & quidem pulcherrimas, usurpaverunt JOANNES TACUINUS, HENRICUS STEPHANUS primus, COLINÆUS, ROBERTUS STEPHANUS, & VASCOSANUS: Vide OVID. *Fast.* apud JO. TACUIN. 1502. *Psalter. Quinc.* apud H. STEPH. 1509. *Promptuar,* MONT-

sunt. Initialibus illis abstinendi mos serò admodum penitus exolevit. [1] Sunt enim, qui in ejusdem Libri editione alicubi omiserunt, alibi admiserunt. [2] Sunt etiam, qui in diversis ejusdem Operis locis & initiales negligebant, & florentes inducebant. Porrò cùm primùm initiales in usum venerunt, erant plerumque [3] minusculæ; spatiúmque relinquebatur à Typographis vacuum, quod literas istas minusculas producendo & coloribus variis ornando Illuminatorum operâ repleretur. Minuscularum initialium usum longo tempore continuaverunt non inferioris notæ Chalcographi, ALDUS putà (præsertim in Libris *Italico* charactere impressis) & [4] COLINÆUS in utroque. Quod spectat ad Capitales sive Majusculas, & Florentes litteras, illæ ab [5] *Argentoratensibus*, hæ à *Venetis* primùm impressæ sunt. Has *Venetiis* anno circirer 1477. [6] ERHARDUS RATDOLT *Augustensis* fertur invenisse; illas eodem tempore *Parisiis* [7] ERHARDUS WINSBERG excoluisse. Sed postquam hæc breviter in transcursu de initialibus (seu capitalibus sive minusculis) & florentibus dicta sunt, à diverticulo sermo repetendus est, & ad reliquas Artis Librariæ administros revertendum. Unus olim opifex Librarius trium aliquando res agebat, Typographi scilicet, Religatoris & Bibliopolæ. In variis illis mihi jam enumeratis eorum, qui circa Librorum opificium versantur, classibus primæ videntur Typographis deferendæ, proximæ Bibliopolis, Religatoribus & (quos nunc vocamus) Stationariis chartaceæ suppellectilis venditoribus postremæ. In illis enim sufficientem (si res ista rectè administraretur) requirimus [8] eruditionem. In his ultimis, nihil aliud desideratur, quàm ut album à nigro sciant distinguere; & horum plerique vix altiùs crumenâ sapiunt. Ars illorum proximè ad liberales assurgit; horum ad mechanicas & plebeias est releganda.

[9] Totum Librariorum *Parisiensium* corpus parebat Universitati. Illi non

MONTHOL. apud H. STEPH. & S. COLIN. 1520. *Bibl. Lat.* apud R. STEPH. 1527. CICER. *Tuscul. Quæst.* apud VASCOS. 1533. *&c.*

1 DIONYS. HALIC. Latinè, apud FRANC. de *Mazalis* 1498.

2 OVID. *Trist.* apud Jo. TACUIN. 1499.

3 SOPHOLOG. *Paris.* 1477.

4 *Charactere Romano*, SALLUST. 1543. *Italico*, LUCAN. 1543.

5 MENTEL. *de Typogr. Orig.* p.64.—— „ ab Arte inventâ triginta plus annis ab „ *Argentoratensibus* primò impressæ, & „ capitales ideo nuncupatæ; quòd ab iis „ (ait *Godefridus de Tory*, Opere dicto, „ *Champ Fleury*) suas editiones inciperent, & Librorum capita ordirentur.

6 Idem MENTEL. p.65.——„ quas „ à florum figuris, quibus erant intermixtæ, *Florentes* dixere.

In Libro, cui titulus *Coriolani Cepionis Dalmate Petri Mocenici imperatoris gesta.* 8o. *Venet.* per BERNARD. PICTOREM & ERHARDUM RATDOLT cum PETRO LOSLEIN, ann. 1477. folium secundum habet Q Capitalem non illuminatum, sed impressum.

7 Lege in Catalog. CICER. *Rhetor. ad* HERENN. & *Tuscul. Quæst.* ann. 1477.

8 Lege CHEVILL. pag. 347. quod ex antiquâ consuetudine nemo nisi idoneus & sufficienti litteraturâ instructus Librarii officium capessere permitteretur.

9 CHEVILL. p. 327. usque ad p. 410.

non alii, quàm hujus ministri, censebantur: huic jusjurandum præstare; hujus judicium subire; hujus decretis & sententiæ se subjicere, quoties in delinquentes aut multâ aut amotione animadvertere visum esset, tenebantur. Bibliopolarum & Typographorum officinas visitandas obeundi, Librorum [1] pretium statuendi, censuram agendi, [2] privilegia concedendi integra huic erat potestas.

Typographi *Parisienses* se in Universitatis fide & clientelâ esse palâm

1 CHEVILLERIUS pag. 373. optimè observat quantum inter veteres & recentiores Librarios intersit. Illi emptores pretio exiguo invitabant, hi immodico absterrent. Illi igitur sæpe damnum faciebant, horum plurimi ingentem quæstum. En Epigrammatum, quibus illi alliciebant emptores, nonnulla.

BURIDAN. *Dialectic. per* JO. CARCAIN. 1487.

Eia, age, & exiguis eme docta volumina nummis:
Atque cupita brevi culmina calle pete.

Corp. Jur. Canonic. per GERING. 1500.

Ne fugite ob pretium; dives pauperque, venite;
Hoc opus excellens venditur are brevi.

Thes. Lat. Ling. per ROB. STEPHAN. 1543.

Immensum modico venundatur are Volumen:
Uberior fructus: consule quaque boni.

Audiamus jam contrà aliquot versus ex CORNELII KILIANI Epigrammate, in quo sic emptores alloquitur Bibliopola:

Nemo horum invisus nostra intret limina porta,
Nulli horum libros nostra taberna negat;
Si mercem carè caram sibi comparat emptor,
Et pretium largus munificè numerat. &c.

Ingens ille & injustus, qui ex merce librariâ conraditur, quæstus accrevit (ut puto) maximè, ex quo Typographus, Religator & Bibliopola in uno non convenerunt. Ars enim illa non illos, qui in Libris imprimendis & amiciendis tantum laboris impendunt, sed hunc, qui venalem proponit, ditat. Typographi mercenarii querelam à CORNELIO KILIANO scriptam (CHEVILL. p. 578.) hi duo versus concludunt:

Noster alit sudor te, Bibliopola, tuique
Consimiles; quibus est vile laboris opus.

Nihil tamen horum velim dictum intelligi in Bibliopolas, qui lucro honesto contenti, omnem bonæ mentis conscientiam nondum abegerunt. Est etiam, cùm vectigal Libris indictum justè causari possint. Infelicia tempora, per quæ Musis immunibus esse non licet!

CHEVILL. p. 368. & 315.] Universitas olim *Parisiensis*, quò Librariorum avaritia coerceretur, Librorum *Taxatores* solebat instituere; per quos cavebat, ut singulorum pretium singulis adjiceretur. Catalogi (pag. 371.) habentur ann. 1546, 1552, 1562. unà cum pretiis impressi Librorum à LODOICO TILETANO, REGINALDO CALDERIO & CHRISTIANO WECHELO excusorum. Habetur & SIMONIS COLINÆI. Sunt Indices Librorum in ROBERTI STEPHANI Bibliopolio venalium tum à STEPHANO patre, tum à COLINÆO vitrico excusorum: uti & Librorum in ROBERTI STEPHANI officinâ, ann. 1546. & 1552. atque GULIELMI MORELII, ann. 1560. & CHRISTIANI WECHELI in GESNER. *Pandect.* lib. 13. His omnibus pretium, quo Liber quisque constabat, additur.

2 CHEVILL. p. 391.] Post publicum approbationis testimonium ab Universitate denunciatum imprimendi privilegium à Rege aut Curiâ indulgebatur (vide CLICTOV. *Anti-Luther.* apud SIM. COLIN. 1524. & *Comment*, ANSELM. *in Epistol. Paul. apud* PONCET. LE PREUX. 1533.) aliquando à *Parisiensi* Proprætore aut Suppræfecto (vide *Histor. Typographor. Parisiens.* pag. 21.)

lam profitebantur, cùm ejus insignia suis Libris affigerent: [1] quidam sola, [2] alii cum Regis scuto conjuncta; [3] nonnulli Regis, *Parisiensis* Urbis & Universitatis arma consociabant. Mos tamen ille publica insignia [4] libris apponendi nec ab omnibus neque semper fuit receptus. Maluerunt plurimi propria sibi quædam insignia additis sæpe lemmatibus illustrata excogitare. Neque [5] fas erat cuiquam alterius insigne usurpare, ne ignorarent emptores, ex quâ officinâ liber, quemcunque voluerint, petendus esset.

In honorem Universitatis antiqui plerique Parisienses Typographi ad suarum editionum calcem ejus [6] mentionem non sine laude faciebant.

[7] Librariis Parisiensibus locus commorandi antiquitus pro cujusque libitu non erat, sed intrà Universitatis aut Palatii limites terminabatur; qui cùm postea angustiores viderentur, [8] alibi etiam officinas passim sitas legimus.

Anno

1 WOLFGANG. HOPYL. & H. STEPHAN. in Astronomic. 1503. H. STEPHAN. & S. COLIN. in MONTHOLON. *Promptuar.* 1520.

2 CHEVILL. p. 323.] ANTON. CAILLAUT in *Meditat.* BERNARD. 1485.

3 DURANDUS GERLERIUS in GAGUIN. *Compend. de gest.* FRANC. 1497. ubi in Libri initio cernuntur rubro colore depicta tria scuta, Regis supernè, subtus Universitatis ac Urbis, cum his Versibus circumeuntibus:

Honneur au Roy & à la Court;
Salut à l'Université,
Dont nre bien procede & sourt;
Dieu gart de Paris la cyté.

Lege plura apud CHEVILL. p. 323 usque ad 326. & *Histor.* STEPHAN. p. 9. *Histor. Typograph.* Parisiens. p. 7. Hîc obiter notandum est apud CHEVILLERIUM (p. 324.) GERLERIUM perperàm DAVIDEM nominari.

4 De insignibus seu notis symbolicis Typographorum lege Peregr. Anton. Orland. de Typogr. pag. 228.

5 Lege *Code* HENRY. Liv. II. Tit. II.

6 Dion. Areop. per Higmanum & Hopylum in almâ Parisiorum Scholâ 1498.

Psalter. Quinc. per Henr. Stephan. in clarissimo Parisiorum Gymnasio. 1508.

Clictov. improbat. Articul. Luther. impress. in almâ Parisiorum Academiâ in officinâ Simonis Colinæi. 1533.

Ejusd. Propugnac. contra Luther. apud celeberrimam Parisiorum Academiam in officinâ Sim. Colin. 1526.

Ravis. Text. de clar. mulierib. opus excudebat Simon Colinæus in celeberrimo totius terrarum orbis Parisiensi gymnasio 1521.

Lege plura Chevill. p. 326.

7 Lege Chevill. p. 364. Udalricus Gering & Berthold. Rembolt in vico Sorbonico (ann. 1494.) in Regali Academiâ Parisiensi (ann. 1500.) commorabantur. In vico Sancti Jacobi ann. 1477. erat Typographêum. Is vicus à Typographis solebat maximè frequentari (Histor. Typograph. Parisiens. p. 95.) E regione Scholæ decretorum habitabant Henr. Stephanus (Vide Promptuar. Monthol. 1520.) & ejus filii Robertus & Carolus (Vide Histor. Stephanor.) & Colinæus (Vide Histor. Typograph. Parisiens.)

8 Lege Chevill. p. 365. 366.

Dialectica Buridani ann. 1487. habet hos versus:

Parisii sancti pons est Michaelis in urbe:
Multæ illic ædes; notior una tamen.
Hanc cano, quæ sacri Baptistæ fronte notatur;
Hic respondebit Bibliopola tibi.
Vis Impressoris nomen quoque nosse? Joannis
Caroain nomen ei est: nec pete plura. Vale.

Verardus super Pontem vulgò dictum *Nôtre Dame* (ann. 1488.) ædes habuit.

Anno 1491 DIVIONE, ULYSSIPONE, & CARAGOSÆ floruit Typographia: item HISPALI, per PAULUM *de Coloniâ*, JOHANNEM PEGNICZER, MAGNUM, & THOMAM; per MEYNARDUM UNGUT quoque & LADISLAUM: Anno 1492. INGOLSTADII; & DOLÆ, per JOHANNEM HEBERTIN; & CREMONÆ per BERNARDINUM de MISINTIS & CÆSAREM PARMENSEM. Verùm inter primos *Basileæ* anno 1491. laudem meruit JOHANNES [1] FROBENIUS. Hic *à puero ad bonas incubuit litteras, atque primis rudimentis in patriâ* Hammelburgi Franconiæ *perceptis ad* Basiliensem *Academiam se contulit. Ibi magnâ diligentiâ Artibus & Linguis operam dedit, & eruditionis non gregariæ nomen sibi comparavit. Postea ut litterarum studia, quod unicè in votis habebat, commodiùs juvaret & illustraret, typographicis sese dedidit.* [2] *Consilio deinceps non contemnendo, unà cum* Adamo Petri de Langendorff *oriundo eodem ex* Hammelburgo *populari, celeberrimorum tunc temporis Typothetarum* Joh. Ammerbachii *&* [3] Joh. Petri *amicitiam & amorem sibi conciliavit. Eóque favore impetrato labores suos illis uterque obtulerunt, in corrigendos Codices impendendos. Nec minùs acceptis promissis sedulò admodum ea, quæ facienda susceperant, peregerunt. Unde factum est, ut tanto in hanc ipsam Artem, omnium Artium certè utilissimam, amore flagrare* Frobenius *inciperet, à quo retrahi haud unquam potuit.* Quo anno FROBENIUS hic noster in lucem editus sit, certò scire nondum licuit. Si conjecturæ detur locus, temporísque, [4] quo floruerit AMMERBACHIUS, [5] quo FROBENIUS ipse Artem exercere cœperit, [6] quóque obierit, ratio justa habeatur, sub [7] ipsis Typographiæ initiis ortum fuisse probabile est. Vix quicquam majus aliud in re litterariâ urbi *Basileæ* contigit, quàm quòd ibi suam officinam instituerit FROBENIUS, haud sinè *Desiderii* ERASMI auxiliis. Binos hos viros coætaneos & [8] coævos, licèt non populares, idem erga litteras studium ita conjunxit, ut mutuo amore, & [9] plusquam fraterno, hic illum prosequeretur. Quoniam autem major temporis, quod FROBENIUS Libris excudendis impendit, portio ultra annum 1500. excurrit,

1 Lege ADAM. in *Vit.* German. *Philosoph.* p. 63.

2 ZELTNER. Corrector. Centur. pag. 202. 203.

3 Legimus apud LA CAILLE, pag. 34. Concòrdantias Bibliorum à *Joanne* FROBENIO patre cum *Johanne* PETRI *Langendorf* anno 1496. (sic enim legendum, non 1596.) excusas. Id etiam affirmat CHEVILLERIUS pag. 129. Non tamen *Johannis* PETRI mentionem facit. Quo affinitatis gradu se attigerint *Adamus* & *Johannes* PETRI *de Langendorf*, nil certum habeo.

4 Ann. 1480.

5 Ann. 1491.

6 Ann. 1527.

7 Ann. circiter 1460.

8 ERASMUS natus anno 1466. mortuus 1536.

9 ERASM. in *Epistol. ad* EMSTEDIUM dat. 1527. *Fratris Germani mortem moderatissimè tuli*, Frobenii *desiderium ferre non possum.*

currit, plenior FROBENII notitia in illum locum, ad quem magìs pertinet, rejicienda est. Interim lector *Basileâ Lutetiam* ad *Parisiensem* Typographum, cujus antea memini, revocandus est.

Ulricus GERING, cujus amicum erga Patres *Sorbonicos* animum antea laudavi, anno 1493. eosdem beneficio afficiendi occasionem datam amplexus, id vicissim ab eis accepit, quo potiri semper exoptaverat. [1] Cùm enim camera, ubi sita erat antiqua Collegii Bibliotheca, præ vetustate concidisset, patribúsque ad detrimenta ædium collapsarum sarcienda nihil suppeteret, quinquaginta libras Turonenses in præsentiâ contulit, totidem brevì ad ædificium preficiendum in promptu fore, & plura majoráque deinceps in commune societatis commodum à se destinatum iri pollicitus. Domûs *Sorbonicæ* Provisor & socii eo dono (neque summa, leviuscula licèt nunc videatur, istis temporibus erat erubescenda) promissísque amplioribus vehementer permoti, ut benefactis cum viro tam liberali certarent, ei jus hospitii perpetuum & [2] litteris suo sigillo obsignatis ratum fecerunt.

Eodem

1 CHEVILL. p. 84.
2 Litteras illas (uti à CHEVILLERIO pag. 85. usque ad p. 88. describuntur) subjiciam.

Copie des Lettres d'Hospitalité dans la Maison de Sorbonne, données à Ulric Gering premier Imprimeur de Paris, par M. le Proviseur de cette Maison.

„ *JOANNES* Luillier Sacræ Theologiæ Professor, miseratione divinâ Meldensis Episcopus, Provisor Domûs seu Collegii de Sorbonâ Parisiùs fundati, dilectis nobis in Christo Priori, & Collegiatis dictæ Domus, salutem in Domino & sinceram charitatem. De vitæ ac morum honestate providi viri Ulrici Guerin Impressoris Librorum Constantiensis Diœcesis sufficienter informati, eóque specialiter moti, quòd idem Ulricus pro ædificatione camerarum loci dictæ domûs, in quo erat antiqua Libraria prædicti Collegii, eidem Collegio liberaliter dedit & concessit summam quinquaginta librarum Turonensium pro unâ vice, sperantes eundem Ulricum ampliora dicto Collegio bona facturum, ipsum Ulricum id instanter requirentem, in hospitem dictæ Domûs admittendum duximus, eidémque mansionem, hospitium, & cameram in ipsâ Domo, quandiu vixerit in humanis, & ibidem habitare voluerit, decernimus fore assignandas, prout assignavimus, assignamus & concedimus per præsentes: ita ut sibi liceat in dictâ Domo Sorbonæ residere, nec non cum cæteris sociis, sicut eorum alter, se habere, ac liberè hospitari, hospitióque hujusmodi exinde in futurum ejus vitâ comite uti & gaudere, absque eo quod à camerâ eidem pro suâ habitatione in dicto Collegio concessâ disturbari, & à quoquam etiam socio dictæ Domûs expelli, aut ad transportandum de eâ sua mobilia bona cogi valeat, & absque eo quod locagium, seu aliquam ratione dicti hospitii & habitationis dictæ cameræ pensionem nobis, seu dicto Collegio imposterum solvere teneatur. Nos enim ab hujusmodi locagio & pensione præstandis, mediante prætactâ quinquaginta librarum Turonensium summâ, per eum, ut præmittitur, pro unâ vice præstitâ & immunem esse voluimus, volumúsque ac nos voluisse declaramus.

„ Quocirca vobis Priori, & Collegiatis antedictis earundem mandamus serie Literarum, quatenus dictum Ulricum in Hospitem dictæ Domûs recipere, & admittere cum suis mobilibus bonis, camerámque in ipsa Domo eidem distribuere, & realiter assignare, nec-non ipsum à præstatione locagii & pensionis supradictæ liberum & immunem tenere, seu ea omnia & singula fieri facere curetis.

Eodem circiter tempore *Ulricus Bertholdum* REMBOLT popularem suum, sed diœcesis *Argentoratensis*, in re typographicâ socium sibi adsci-

„ tis. Datum apud Germiniacum Episcopi, „ Meldensis Diœcesis, sub sigillo Cameræ „ nostræ, anno Domini 1493. die Sabba- „ thi post Ascensionem Domini 18. men- „ sis Maii. DEJOCI, de mandato „ Domini.

Extrait de l'Acte, par lequel la Societé de Sorbonne confirme à Ulric Gening le droit d'hospitalité.

„ FURENT presens en leurs person- „ nes venerables & scientifiques Person- „ nes, Maitres Guillaume de Querquu „ Compagnon & Prieur, Jean Cordier, „ Jean Jaquelin, Pierre Voleau, Gilbert „ Fournier, tous Compagnons Boursiers „ & Maitres en Theologie: Charles Gue- „ rin, Pierre de Fontenay, Claude Ron- „ gnart, François de Sagonge Procureur, „ & Jean Boyan, tous Bacheliers en „ Théologie, Compagnons & Boursiers „ dudit College de Sorbonne, fondé à „ Paris, faisans & representans la plus „ grande & saine partie des Compagnons „ & Boursiers d'icelui College, d'une part: „ & Ulry Guerin Imprimeur de Livres, „ & Ecolier étudiant en l'Université de „ Paris, demeurant à Paris en la ruë de „ Sorbonne en son nom, & pour lui, „ d'autre part: Disant lesdites Parties, *&c.* „ Et finablement pour consideration de ce „ que dit est, & aussi en faveur des „ grands biens, que ledit Ulry Guerin a „ eu propos & volonté de faire, & qu'il a „ faits audit College, & qu'il esperoit que „ plus fera au temps avenir, & moyen- „ nant la somme de cinquante livres tour- „ nois par lui de nouvel baillée & délivrée „ audit College, se tiendroient & tiennent „ pour contens, & en quitteroient & „ quittent ledit Ulry, *&c.* Iceux Prieur & „ Compagnons Boursiers d'icelui College „ de Sorbonne de leur bon gré, bonne „ volonté, propre mouvement, & certaine „ science, sans force, fraude, erreur, se- „ duction, contrainte, ou décevance au- „ cune, sur ce bien conseillez, pourvûs, „ avisez & déliberez, comme ils disoient, „ reconnurent, & confesserent és Presen- „ tes, & par devant lesdits Notaires, *&c.* „ iceux don, & Bail (du Proviseur) dessus- „ dits, avoir ratifiez, confirmez & approu- „ vez, & par la teneur de ces presentes „ Lettres, ratifient, confirment, approu- „ vent, & ont pour bien agréables, vou- „ lans & consentans qu'ils vaillent, tien- „ nent & fortiffent leur plein & entier ef- „ fet, force & vertu, en tous leurs points „ & articles. Et d'abondant, au lieu d'icel- „ le chambre ainsi à lui indistinctement „ baillée par ledit Proviseur, iceux Prieur „ & Compagnons Boursiers dudit Colle- „ ge, baillerent & donnerent, baillent & „ donnent par ces Presentes audit Ulry „ Guerin ladite Hospitalité, avec un bû- „ cher par bas, deux chambres faisant les „ second & tiers étages, & tout le dessus, „ le tout ayant vûë sur ruë, & étant des „ appartenances dudit College, *&c.* avec „ faculté de pouvoir faire par ledit Ulry, „ tenir audit bûcher toutesfois que bon lui „ semblera, & de pouvoir mettre esdits „ lieux, ainsi à lui baillez, un homme étu- „ diant, & un Clerc ou deux, de bonne „ vie & renommée, & honnête conver- „ sation, pendant le temps qu'il ne se „ tiendra pas esdits lieux, sans & que ores „ ne pour le temps avenir ledit Ulry soit „ tenu sa vie durant en payer autre chose „ audit College, que ladite somme de cent „ livres tournois ainsi par lui baillée à deux „ fois audit College, ne qu'on le puisse „ mettre hors desdits lieux sa vie durant, „ non plus que l'un desdits Compagnons „ Boursiers dudit College. Lesquelles ra- „ tification, confirmation, approbation, „ consentement, bail, don, & toutes & „ chacune les autres choses dessus dites, „ & en ces lettres contenuës & écrites, „ lesdits Prieur, Compagnons & Boursiers „ dessus nommez, promirent & jurerent „ par la foi & serment de leurs, la main „ mise au pix, en paroles de Prêtres, avoir „ agréables, tenir fermes & stables à toû- „ jours, sans aller, venir, faire ou dire „ contre par eux, *&c.* Furent faites & „ passées doubles, *&c.* c'est à sçavoir par „ lesdits Cordier, Jaquelin, Voleau, Gue- „ rin, Sagonge, Fontenay & Rongnart, „ le vendredy neufieme; par ledit Fournier „ le Samedy dix-septiéme; & par ledit „ Querquu le Mercredy vingt & uniéme „ jour de May l'an 1494. Signé, Lorage „ & Lauteault.

adscivit; ambóque in *Sole aureo* vici *Sorbonici* usque ad ann. 1508. omni studio Arti incubuerunt.

Ulricus, postquàm jam hactenus ab initio typos *Romanos* Libris imprimendis adhibuisset, ad [1] *Gothicos* usurpandos sese cum aliis *Parisiensibus* Typographis, ad quos mos ille à *Germanicâ* aliísque exteris Nationibus deductus fuerat, rapi unà passus est.

[2] VIRGILIUM tamen illum Poëtarum principem, qui ab ipsius officinâ ann. 1498. emissus est, *Romano* charactere excudit. Hoc opus iterum recognovit *Paulus* MALLEOLUS in Universitate *Parisiensi* Regentis & in Eloquentiâ Professoris muneribus functus. Quam enim antea hujus editionem fecerat, ob characteris deformitatem & immensam erratorum copiam pro suâ agnoscere noluit. [3] In Epistolâ dedicatoriâ dolet *rei-pubicæ & calamitatem & ruinam cominus ingruentem ob Impressorum incuriam, ignorantiam, vecordiam atque execrabilem congerendi & accumulandi libidinem.* Queritur insuper, quòd, siquem Librum bonum & utilem diligenti opera magnísque sumptibus à quovis impressum viderint, *ii mox arrepto exemplari, non tam spe quæstûs quàm æmulatione ducti, ab archetypo usque adeò exorbitantes, inconcinnè ac miserè illud opus imprimant, imò opprimant.* Incusat *temerarios quosdam, ne dicam falsarios, qui audent aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum,* Urbis scilicet ob Artem typographicam claræ nomen suis turpissimis impressionibus, [4] pretii augendi gratiâ, affigentes. Aliis porrò [5] *prævaricatoribus Chalcogra-*

1 CHEVILL. p. 104. 105. 106. recenset nomina Typographorum tum *Parisiensium*, cùm aliorum, qui iis usi fuerunt.

2 CHEVILL. p. 109. 120. 205. 206. 207. 210. 211.

3 CHEVILL. p. 206. 207.

4 CHEVILL. pag. 207.] „ Il apporte „ l'exemple d'une Impression des Decretales, dont la plus grande partie des Exemplaires coutoient beaucoup plus que les „ autres sous une fausse souscription qu'on „ y mettoit, qu'elles étoient imprimées à „ *Venise. Benoist Hector*, bon Imprimeur „ de la Ville de *Boulogne* en *Italie*, & qui „ faisoit de très-belles Editions, voyant „ qu'on mettoit son nom à des Impressions fort imparfaites & peu correctes, „ pour les mieux vendre aux dépens de sa „ reputation, qu'on lui faisoit perdre par „ cette fausseté, fut contraint de prendre „ un chiffre par où l'on pût connoître „ certainement ses Editions. Il le dit dans „ celle qu'il fit *in fol.* du *Justin* & du *Florus* l'année 1505. *Emptor attende quando vis emere Libros formatos in Officinâ* „ *meâ excusoriâ. Inspice Signum, quod in* „ *Liminari paginâ est, ità numquam falleris. Nam quidam malevoli Impressores* „ *Libris suis inemendatis & maculosis apponunt nomen meum, ut fiant vendibiliores.* „ *Quo pacto & mihi, & nomini doctissimi* „ Philippi Beroaldi *derogant, vel potiùs* „ *derogare intendunt.*

5 CHEVILL. p. 210. 211. *Cet Auteur n'auroit point approuvé ce qu'on appelle les* Variorum *d'Hollande.* Equidem ut verum fatear, pace clariss. virorum, qui his [Variorum] Libris manus admoverunt; illa miscellanea panniculorum hinc indè assutorum farrago non mihi magìs placet, quam Horatiana *membris undique collatis tabula.* Id scilicet sibi impensè plaudunt hujusmodi consarcinatores, quòd aliorum labori sumptibusque levandis consuluerint, dum operosas veterum Scriprorum lucubrationes mutilant; criticâque quâdam licentiâ ex multis paucula, quasi sola aut potissima lectu digna, seligunt, suóque calculo comprobant; reliqua omnia, tanquam inutilia, censoriâ suâ falce amputant, ac tenebris dam-

cographis, *imò veriùs* κακογράφοις crimen intentat; qui, *ut numerum augerent Interpretum*, *nec tamen plus assumerent papyri*, Ant. Mancinellum *in Bucolica Georgicáque adjicientes*, *&* Servium *&* Donatum *&* Landinum *probatissimos Interpretes per universum opus laceros*, *mancos & exanimes reddiderunt*. —— *Quorundam præterea eò malignitatis & impudentiæ processit avaritia*, *ut*, *dum suæ utilitati consulant*, *aliorum & dignitati & famæ insidiari non vereantur*; *qui*, *ut imprimenda per eos venaliora pretiosiorâque efficiantur*, *ineptissimos quosque Libellos &* [1] *Commentaria eloquentissimorum nominibus titulisque insigniunt*. Hactenus *Paulus* MALLEOLUS; cujus in eos, qui Artem optimam ad vilem usum & sordidum lucrum pessimè convertentes corruperunt, querelæ eò sunt justiores, quòd juxta Adagium *corruptio optimi sit pessima*.

[2] *Ulricus* GERING, cujus industriâ Typographiam *Parisienses* primùm didicerunt, characteres ab initio non nisi *Latinos* habuit; deinceps *Græcos*, sicubi foret necessarium, (& id quidem parcè neque nisi in nonnullis vocibus aut lineis solitariis) introduxit: utì in [4] VIRGILIO & [4] PEROTTI *Cornu-copiæ* passim occurrere observatur.

Corpus

damnant. At certè delectus, ubicunque instituendus est, nemini vix omni ex parte satis placet, nisi quem suo quisque judicio habuerit: quíque mihi quid placere aut displicere oporteat, pro suo arbitrio dictandi jus sibi insolenter arrogaverit, haud minùs ridiculè agere videtur, quàm qui ex suo gustu, quid mihi sapiat, æstimans, quem ex variis ferculis appositis cibum sumam, imperare voluerit. Sua cuique est faciendæ optionis libertas, quâ qui cedant, rarissimos invenies.

1 CHEVILL. pag. 211.] „ Il apporte „ l'exemple des Commentaires qu'ils mirent au *Salluste* sous le nom de *Laurent Valle:* au *Valere Maxime*, & au CICERON *de Amicitiâ*, sous le nom de *Omnibonus Leonicenus*; qu'il appelle *Commentarios nugacissimos falsò inscriptos*. Il „ n'oublie point de dire ce qu'on a fait à „ lui-même, & qu'on a mis sous son nom „ une fort méchante Edition du *Virgile*. „ Et puis il se récrie; *Proh Jupiter! itâ-ne invertemus* Horatianum *illud: Pressoribus atque Poëtis quodlibet audendi semper manet æqua potestas*.

2 CHEVILL. p. 146.

3 CHEVILL. Ibid.

4 Hujus Editio lucem vidit ann. 1500. pulcherrima certè, sed abbreviaturis sæpius in Commentariis occurrentibus paulò refertior (CHEVILL. p. 114.) In illâ duplex est characterum genus: *Gothico* titulus Libri, superníque singularum paginarum tituli; *Romano* reliqua omnia exhibentur. Epigrammatum sive MARTIALIS textus litteris largioribus, commentarii minutioribus; in commentariis voces è textu desumptæ, & Authorum, quos citat PEROTTUS, nomina majusculis exprimuntur. Epigrammatis cujuslibet, & in idem commentariorum initialis littera capitalis est, florida, & icunculis plerumque insculptis decorata. Pagina quælibet duabus expanditur columnis: anteriori folii cujuslibet paginæ ciphra superior imprimitur; litterali inferiùs signaturâ singuli distinguuntur quaterniones. Voculæ *reclamantes* nullæ, quarum usus jamdiu inter *Venetos* (ann. circiter 1468. CHEVILL. p. 39.) notus nonnisi serò ad *Parisienses* descenderat; vix ante ann. 1520. (juxta CHEVILL. p. 38.) Has tamen *Ulricus* GERING ann. 1508.) in HUGON. *Exposit. in quat. Evang.*) adhibuit. Usus signaturæ *Parisiis* ann 1476. (PLATEA *de Usur.* Lege CHEVILL. p. 38.) & 1477. (*Sopholog.*): ciphrarum ann. 1477. (*Sermon.* LEONARD. *de Utin.* Lege CHEVILL. p. 38.) institui cœperat. *Græcum* Alphabetum præfixit *Ulricus* suæ PEROTTI commentariorum editioni, in quâ plurima leguntur *Græcis* litteris excusa; neque tantùm

Corpus Juris Canonici, licèt antea variis in Locis & olim [1] *Moguntiæ* (quod notat RHENANUS) *procusum, cùm impressoria Ars id loci felicissimis Germanorum auspiciis primùm exerceri cœpisset, per annos jam multos* (utì ex *Joannis* [2] CHAPPUIS Epistolâ discimus) *frequentissimis omnium votis desiderabatur*. Opus hoc haud exiguis sumptibus nec minori labore peragendum *Ulricus* noster, adjutore socio *Bertholdo* REMBOLT, adnitentibus unà & notulas quasdam tabulásque adjicientibus viris duobus in hâc scientiâ exercitatis *Joanne* CHAPPUIS & VITALI *de Thebis*, ad exitum tribus Voluminibus feliciſſimè tandem perduxit. Paginam unamquamque quinque séxve onerant columnæ, distinguit duplex litterarum color, [3] ruber & niger. [4] Epistolam in Typographorum laudem conscripsit *Joannes* GAISSER; necnon [5] Epigrammata addidit *Joannes* CHAPPUIS, cujus labori in illâ editione corrigendâ & ornandâ plurimum debetur. [6] Quamvis tamen Opus

vox passim una aut altera, sed plures interdum lineæ ex ARISTOPHANE (fol. 19.) HOMERO (fol. 48. 106. 202.) GALENO (fol. 81.) PHILOSTRATO (fol. 115.) &c. allatæ; in quibus excudendis majorem desiderarem diligentiam nisi in primis rudimentis erranti faciliùs impetraretur venia.

1 CHEVILL. p. 116.

2 CHEVILL. Ibid.

3 Quid *Angel.* ROCCHA in *Biblioth.* Vatican. (p. 117.) de rubricis scripserit, omittere hìc nolui. *Phœnix Cadmi frater Phœnicibus litteras tradidisse fertur. Phœnix rubedo seu purpura interpretatur: & ob hanc causam (ut ait Isidor. Lib. I. Etymolog.) in librorum vel capitum fronte littera rubea scribi & imprimi solent, ut hòc commento Phœnices litterarum authores ostendantur. Hinc Ovid. Nec titulus minio &c.*

4 CHEVILL. pag. 117. „Elle est imprimée dans le Sexte. (Joan. Gaisser socius Sorbon & in sacrâ paginâ Baccalaur. formatus, clarissimis solertissimísque viris Udalrico Gering & Bertholdo Rembolt, artis Impressoriæ Architectis primariis felicitatem.„ *Il dit dans cette Epître*: „ Ego verò cum Volumen Decretalium superiore anno à vobis impressum diligenter revolverem, eximiâ illius pulchritudine, rectissimo ordine, & totius operis integerrimâ veritate mirificè delectatus, arbitrabar nullum unquam opus consummatius imprimi posse. Sed vicistis, fateor, Amantissimi Viri, judicium meum hujus Sexti & Clementinarum diligentissimâ Impressione „. *Il conclud sa Lettre par ces termes :* „ Simul ut Literati intelligant omnes, quantum vobis debeant, quorum gratiâ præclarissimum illud opus, nec laboribus, nec impensis parcentes, absolutissimè impressistis. Valete felices. Ex famosissimo Collegio Sorbonæ 13. Calend. Decemb. anno 1500.]

5 On lit dans le Decret de 1501.

Ante hac tam nitidum Pressorum secula nullum,
Hoc ut Opus cernis, expoliere manus.
Praclarum torvâ non spectes fronte Volumen,
Lumina ne tollat sanguinolenta Deus.

On lit dans les Decretales de 1504.

Hellespontiacis mergi deberet in undis
Ausus tam nitidum carpere livor opus.
Nil facit ad tersos cumulata pecunia libros;
Nulla tenet similes Bibliotheca notas.

On lit dans le Sexte de 1500.

Exuet antè suos Juris studiosus amictus,
Quàm tam praclarum non sibi quarat opus.
En age rumpe moras primævo flore Juventus,
Vertice cum cano turba senilis ades.

6 CHEVILL. p. 110. & 111. „Le Jurisconsulte Chappuis, qui travailla à l'Edition du Code Justinien, que l'on voit dans la Liste, devoit le faire imprimer de belles lettres & sans abbreviations, „ s'il

Opus hoc tanti constiterit, plausûque publico exceptus fuerit, eviluit denique aut periit cum hujusmodi Libris *Gothico* charactere impressis, cujus deformior figura & βραχυγραφία lectoribus temporum recentiorum infrequens & ingrata obstiterunt, quominus ad nostra usque tempora Codices illi suam tuerentur dignitatem, ullúmque vel locum, nisi in obscurioribus Bibliothecarum veterum angulis, haberent.

Ulricus tandem noster, postquam annos quadraginta rebus litterariis promovendis sedulò invigilâsset; nec tantùm libris sed litteratis etiam, illis lucem donando, horum inopiam sublevando, optimè consuluisset; 23. *Aug.* 1510. *Parisiis* decessit; suíque nominis memoriam intercidere vetuit, suas facultates universas inter *Sorbonæ* & *Montis-acuti* Collegia tabulis supremis partitus. [1] Horum legatorum inscriptiones in Collegii utriusque ædibus pendent affixæ, hujus *Latino*, illius vernaculo sermone nuncupatæ.

„ Udelricus Guerincg natione Germanus, unus ex primis Typo„ graphis, qui adhuc vivus multas eleemosynas hujus domûs pauperi„ bus erogaverat, tandem suo Testamento legavit ipsi Pauperum „ communitati, anno Domini 1510. mediam suorum bonorum par„ tem, & debitorum tertiam; ex quâ pecuniâ empta est Villa d'An„ net sita juxta fluvium Matronam. Emptæ sunt quoque domus de „ Vesceley, quæ pars est hujus Collegii protensa à mediâ Areæ parte „ ad Collegium Divi Michaelis usque, & ædificatæ sunt Grammati„ corum Classes.

„ Ce College de Sorbonne pour le grand Legs Testamentaire, qu'il „ a accepté & receu, à lui fait par feu de bonne memoire Maître Ul„ ric Gering, en son vivant Imprimeur de Livres en cette Ville de „ Paris, où il trépassa le 23. Août 1510. est tenu & obligé de mettre „ & entretenir audit College, aux dépens d'icelui par chacun an à tou„ jours, quatre Bourses & Boursiers, de la qualité d'autres jadis fon„ dez par Maître Robert de Sorbonne, & outre le nombre d'icilui.

„ Item,

„ s'il vouloit que les Vœux, qu'il fait „ pour la durée de son Ouvrage, fussent „ accomplis quand il dit:

Iste recens duret nullo violabilis ævo,
Nec ruat in cineres aut cava busta Liber.
Et licèt omne rogus vel Templa sacrata prophanet,
Non rapiat tamen hoc flamma rogalis opus.

„ Et il est arrivé de son Edition Gothique „ du Gratien tout le contraire de ce qu'il „ s'étoit flatté, lors qu'il écrit en sa ma„ niere; qu'on ne la sçauroit payer de „ l'or; que son Livre demeurera toû„ jours, & que l'or prendra fin. Car les „ copies de son Edition ont été presque „ toutes les matieres des flammes, & „ il en reste peu aujourd'hui dans les „ Bibliotheques, pendant que l'or demeu„ re toûjours fort précieux & très-bien „ conservé.

Non posset Liber hic fulvo mercarier auro.
Hoc perit, hic numquam deperiturus erit.

1 CHEVILL. p. 89, 90, 91. CAILL. p. 58, 59. MENTEL. p. 16, 17, 18.

„ Item, plus de mettre & entretenir audit College, deux Docteurs „ ou Licentièz en Théologie, qui seront tenus chacun jour ordinai- „ rement à toûjours, lire publiquement és Ecoles dudit College la „ Sainte Bible, l'un le matin du Viel Testament, l'autre après midi „ du Nouvel. Lesquels Lecteurs auront pour ce dudit College, le „ salaire & profit chacun par moitié de quatre autres Bourses. Le „ tout selon qu'il est plus a plein contenu en l'Accord & Contract „ sur ce fait & passé, multiplié audit College par devant deux Notai- „ res du Châtelet de Paris le dixiéme jour de Mars 1532. entre les „ Prieur, Compagnons & Boursiers dudit College, d'une part; & „ Maitre Jean Coignet Prêtre, seul survivant Executeur dudit Tes- „ tament, d'autre.

„ *Laus Deo. Pax vivis. Requies defunctis. Amen.*

[1] Huic in extremo vitæ discrimine laboranti adfuerunt *Sorbonæ* Doctores, quorum hospes jam annis plùs tredecim vixerat; nec quicquam auxilii, quo viri tam munifici corpus ægrum animámque recedentem solari possent, in se claudi passi sunt. [2] De sepulturæ loco inter Historicos ambigitur; in Collegio *Sorbonæ* alii, alii *Montis-acuti* humatum tradunt. [3] CHEVILLERIUS ex conjecturâ putat ejus cadaver in Sti. COSMI Æde, quæ ipsius erat parœcia, terræ fuisse mandatum, cujus rationes lectori discutiendas relinquo. Ubicunque tam insignis Typographi reliquiæ conquiescant; hujus certè [4] animæ requiem precandi ex solenni statuto 23. *Aug.* quotannis Sodalitium *Sorbonicum* religione perpetuâ tenetur.

Post exequias præclaro huic *Germano* Artifici, qui primus *Parisienses* Typographicen docuit, solutas, altiùs paulò regrediendum est, & ad alia loca transeundum, ubi primùm emicuit Typographia : Anno 1493. ANGOLISMI, THESSALONICÆ, BURGIS; FRIBURGI, per KILIANUM; LUNEBURGI, per JOHANNEM LUCE: Anno 1494. PISAURI, LEIRIÆ, COMPLUTI, & MATRITI.

Jam antea observavi in *Italiâ* primùm *Græcorum* Librorum Typographiam floruisse, *Mediolanúm*que, *Venetiam*, ac *Florentiam* in eâ reliquis præcurrisse. Laudem illam, quam meruerunt, quomodo sibi asserere, & viam, quam instituetunt, tenere perrexerint, superest inquirendum.

Florentiæ Poetarum Princeps revixerat: [5] *Mediolani* anno 1493. ISO-

CRA-

1 CHEVILL. p. 95.
2 Id. p. 95, 96.
3 Id. p. 96, 97.
4 Id. pag. 97.
5 Ad calcem : ἐν Μεδιολάνῳ διορθωθὲν ὑπὸ Δημητρίου Χαλκονδύλου· τυπωθὲν δὲ ὑπὸ Ἑρρίκου τοῦ Γερμανοῦ καὶ Σεβαστιανοῦ τοῦ Ἐκποντρεμούλου. Τὸ δ' ἀνάλωμα πεποιήκασιν οἱ τοῦ ἡγεμόνος Μεδιολάνου Βαρθολομαῖος Σκύασος, Βικέντιος Ἀλίπραντος, Βαρθολομαῖος Ῥόζωνος ἔτει χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἐνενηκοστῷ τρίτῳ, Ἰανουαρίου εἰκοστῇ τετάρτῃ.

CRATES in Oratorum veterum decuriâ clarissimus diligentiâ *Demetrii* CHALCONDYLÆ; [1] *Florentiæ* anno 1496. LUCIANUS inter Sophistas & Declamatores vario & docto pariter acutóque progymnasmatum genere præcipuus, in publicum prodierunt.

Typographiæ *Græcæ* multum hactenus debebant Grammatica, Poësis & Rhetorica. Neque habebat Historia, cur se prorsus neglectam quereretur, cùm HERODOTI inter Historicos antesignani Opusculum *Florentinæ* HOMERI editioni præfixum fuisset. Theologiæ etiam in Psalterio *Mediolanensi* fuerat litatum. Philosophia una restabat, in quâ illustrandâ nullus adhuc sese exercuerat Typographus. Exortus est tandem, qui & hanc hactenus intactam aggrederetur, & illas omnes alias Artes ac Scientias typis suis è tenebris Manuscriptorum, in quibus paucioribus notæ latitabant, in lucem protraheret, *Aldus* MANUTIUS; qui *Romam* & *Venetiam* Urbes *Europæ* celeberrimas, suis illam Natalibus, hanc Arte, celebriores reddidit. Vir ille Typographorum omnium, qui *Græcis* editionibus inclaruerunt, coryphæus, in commune bonarum litterarum commodum natus, cujus [2] *quis industriam, patientiam, vigilias æquet?* qui non unam aut alteram litteraturæ partem, non hunc illúmve in hâc aut illâ Linguâ Authorem, sed universam penè disciplinæ ἐγκυκλοπαιδείαν, cunctos penè in illo orbe egregios Scriptores ornavit; vir, inquam, ille dignus est, in cujus vitâ perlustrandâ diutius & attentiùs moremur.

Aldus MANUTIUS *Romanus* [3] anno circiter 1445. natus est; non longo pòst tempore quàm excogitata fuerat Ars Typographica. Commodùm sanè evenit, quòd tam peritus Artifex illi Arti, cujus ali-

1 Ad calcem: Φλωρεντίᾳ ἔτει χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἐνενηκοστῷ ἕκτῳ· Nullum comparet Typographi nomen. Forsan ex *Juntino* prælo prodiit. Character tamen alius mihi videtur, ac ille, quo *Philippus* JUNTA in ORPHEO 1500. usus est. Conjecturæ nihilominus meæ causam juvat, quòd illa, quæ titulum gerit, pagina non eodem tempore (nam [AI] primus signaturæ numerus non illam, at sequentis folii primam afficit) sed multis post annis excusa & addita fuerit. Fidem ipse faciet titulus. Τὰ δὲ ἔνεστιν ἐντῷδε τῷ βιβλίῳ. ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ. Φιλοστράτου εἰκόνες. Φιλοστράτου νεωτέρου εἰκόνες. Τοῦ αὐτοῦ Ἡρωϊκά. Καλλιστράτου ἐκφράσεις. Τοῦ αὐτοῦ βίοι σοφιστῶν. In illâ primâ editione LUCIANI solius continentur Opera. PHILOSTRATI autem utriusque imagines & reliqua prodierunt (uti ad horum finem legitur) *Florentiæ sumptu Philippi Juntæ Florentini, anno à Nativitate Domini XVII. supra mille* (centenariis neglectis) *mense Octob. Leone X. Pontif.* Character utriusque editionis non unus est; LUCIANI major, qui ad eum propè accedit, quo SUIDAS 1499. excuditur; reliquorum minor, qualem in Libris post 1500. à JUNTA editis cernimus. Utramque tamen, diversis quidem temporibus at ex eâdem officinâ profectam puto; ut eodem (quod & titulus suprà memoratus faciendum indicat) volumine observavi plerumque compactam.

2 Lege Epistol. *Baptist. Egnat.* ad *Erasm.* in Editione Epistol. *Erasm.* 1706. col. 1608.

3 *Aldum* haud multò minorem annis septuaginta decessisse testatur *Erasmus* in Epistol. col. 788. Lege & col. 507. ubi *Erasmus* affirmat se *Aldum* plus minùs annis viginti grandiorem: eum obiisse anno 1515. ex *Musuri* Epistolâ Grammaticæ *Græcæ* præfixâ, datâ Idib. *Nov.* 1515.

aliquando futurus erat studiosissimus cultor, ferè coætaneus nasceretur. Educatione doctrinâque puerili liberaliter institutus est; in quibus [1] *se multum debere Veronensibus* agnoscit; *nam à Gaspare Veronensi peregregio Grammatico didicit Romæ Latinas litteras, à Baptistâ Guarino Veronensi Ferrariæ & Latinas & Græcas.* Operæ pretium est audire, quid consilii det ludi-magistris suâ ipsius experientiâ edoctus. [2] *Alterum est* (affatur Magistros) *quod meminisse vos velim, nequid nisi doctissimorum Authorum ediscere cogatis adolescentulos; imò ne grammaticas quidem regulas, ni compendia quædam brevissima, quæ teneri facilè memoriâ queant. Laudo eos ediscere, sed tantùm ut illas assiduè, accuratéque legant, nomindque & verba declinare optimè sciant. Nam dum lucubrationes nostras vel carmine, vel prosâ oratione, etiam de arte, commendare memoriæ eos cogimus, erramus (ut mihi quidem videtur) multis modis. Primum quòd quæ summo labore edidicerunt, dediscunt paucis diebus: quod ego & puer olim, & juvenis, compositis etiam à me regulis, sum sæpe expertus. Nam cùm generum regulas, præteritorúmve summâ curâ memoriæ mandâssem, perbrevì obliviscebar. Idem cæteris quoque evenire existimo. Præterea difficultate tum materiæ, tum styli, eò desperationis veniunt, ut & Scholas, & literas fugiant, & studia, quæ amare nondum possunt, maximè oderint. Tum eo ipso tempore, quo nostra ediscunt, faciliùs, meliúsque vel Ciceronis aliquid, vel Virgilii, aliorúmve illustrium possent ediscere, olim & decori, & commodo illis non mediocri futurum. Equidem puero mihi, cùm Alexandri carmen ineptum de arte grammaticâ, præceptore cogente, memoriæ mandabam, non ita contigisse, plurimum doleo. Addite quòd cùm incultos, & barbaros discimus, tales, ac potiùs incultiores & ipsi evadimus. Solemus enim iis, quos imitamur, plerunque esse deteriores. Quapropter optimos, & statim & semper legendos putat Quintilianus, atque eorum candidissimum quemque, & maximè expolitum. Tum de Cicerone sic inquit. Cicero (ut mihi quidem videtur) & iocundus incipientibus quoque, & apertus est satìs: nec prodesse tantùm, sed etiam amari potest: tum (quemadmodum Plinius præcipit) ut quisque erit Ciceroni simillimus.* ALDUS noster sub præceptoribus suis eos fecit profectus, ut ipse etiam præceptor celebris evaserit, & [3] *Albertum* PIUM *Carpensium* Principem *à teneris unguiculis educaverit & instituerit.* Sua enim ei doctrina consuetudinem virorum illâ tempestate insignium pepererat. En speciminis loco [4] Litteras binas inter ipsum & POLITIANUM mutuas.

A L-

1 Lege Epistolam *Theocrito*, *Hesiodo*, &c. ann. 1495. præfixam.

2 Lege Præfationem ejus Grammatic. *Latin.*

3 Lege Epistolam ARISTOTEL. *Physic.* ann. 1497. præfixam.

4 Lege POLITIAN. Epistol. Lib. 7.

ALDUS MANUTIUS Romanus Angelo Politiano, S. D.

Annum abhinc tertium, quo Veneti Ferrariam oppugnabant, me, ut vel Dei (ut aiunt) nedum hominum bellum fugerem, ex urbe Ferrariâ Mirandulam contuli ad Joannem Picum, Principem ætatis nostræ doctissimum, quòd & amaret literatos viros, & faveret ingeniis. Ibi Emanuel Adramyttenus, familiarissimus meus, tuam mihi Græcam, quam ad se dederas, ostendit Epistolam, ornatè quidem & doctè, atque copiosè scriptam: quæ non à Romano viro, sed à mero Attico, qui Athenis semper fuisset, elucubrata videbatur. Quamobrem cœpi, mi Angele, amare te vehementer, doctrinam tuam, atque ingenium non mediocriter admiratus. Deinde Emanuel suo cum Principe Ticinum profectus est, ubi paucis antè mensibus, quàm ad te scriberem, excessit è vitâ. Cujus interitu ita quidem moveor, ut multis annis gravius nihil & molestius tulerim. Erat enim homo & moribus apprime ornatus, & græcis literis sanè quàm doctus, meique amantissimus. Non possum igitur non mœrere, tali amico orbatus, quamquam meo magis ipsius incommodo, quàm illius. Nam illi ad superos facillimum fuisse cursum, quoniam & bene, & beate semper vixit, non sum nescius. Quapropter malum si quod accidit, meum est. Ivit, inquam, ille Ticinum, ego verò Mirandulâ Carpum perrexi: quò cùm aliquot post mensibus venisset & Picus noster, Rusticum mihi ostendit tuam, quæ, mi Angele, mirifice auxit amorem erga te meum. Ibi enim perspici facile potest, quantum abundes ingenio, quanti homo sis studii, quanta tibi bonarum literarum sit copia. Nec vereor tibi me adulari ducas, εἰ σαυτὸν γινώσκεις. Scis enim quàm ipse scripserim esse impendio plura. Taceo autem & quæ de te mihi dixit is ipse Picus, & dicit quoties in tui incidimus sermonem (nactus es enim dignum præconem laudum tuarum) & quæ retulit mihi Alexander Sarcius Bononiensis, homo verus, ac integer vitæ, scelerisque purus, necnon, quantum ex ipsius sermone colligere potui, tui studiosissimus. Quid plura? Hisce tuis impulsus laudibus, nec potui ad te non aliquid literarum dare, ut posses omnia de me tibi constantissimè polliceri. Incredibilis enim erga doctissimum quemque meus est amor, qui me etiam coëgit, ut ad te scriberem, peterémque, ut me, pro tuâ erga studiosos viros humanitate, inter tuos, mi Angele, connumerares: quod ut facias, te, quantum possum rogare, rogo. Quod profectò feceris, si me uteris familiarissimè, mihique, quoties usu venerit, non secus jusseris, ac cuivis ex domesticis tuis. Sic enim tua virtus postulat, facitque, ut sim tuus, quoad vivam. Vale. Carpi. V. Calend. Novembr.

ANGELUS POLITIANUS
Aldo Manutio Romano suo, S. D.

Redditæ mihi fuerunt literæ tuæ, quæ perspicuè declarant, non modò quàm sis homo doctus, verùm etiam quàm mei studiosus. Est enim scribendi genus illud tuum minimè triviale, cultum quinimmo, subactúmque velut exercitatione multâ, sparsúmque denique fruge bonâ veterum lectionum. Tum epistolam sic laudas nostram, Græcè scriptam quippe ad Græcum hominem, magìs ut amorem videaris habuisse in consilio, quàm judicium. Sed tamen utcunque sit, equidem tibi vel ob id placuisse eam lætor, quòd quanto ego tibi fuero doctior, tanto minùs fortasse pœnitebit amicitiam te nostram tam cupidè, tam vehementer expetîsse. Facit autem, ut in eâ mihi epistolâ faveam, nonnihil Emanuel ipse Adramyttenus, qui respondens ita prorsus ultra modum laudavit, ut omnibus me suis Græcis, quicunque aliquot antè seculis scripserunt, hominem citra mare natum, non dubitaverit anteferre. Jurare illum solitum quoque Picus meus literis significat, dum legeret hanc epistolam, ne ipsas quidem tam esse Athenas Atticas. Quare placerem profectò mihi Græci hominis testimonio, nisi Cretensis fuisset Emanuel. Etenim hoc genus ut mendaces notavit Epimenides: qui tamen & ipse Cretensis, ut mentiri non minùs potuerit: ideóque non mendaces illi. Sic ergo verus Epimenides, atque ita rursus illi mendaces. Vides hunc dialecticorum ψευδόμενον. Mihi tamen extra jocum veros esse omnino Cretenses libet. Jam quoniam de epistolâ me amo, ne palpum quidem rejiciam, quod obtrudis Rustici nomine: monstrum enim prorsus, immo autem scelus inexpiabile, si laudatori suo Poëta non crederet. Sed cupio præsens te præsente frui aliquando, si quidem absens ita delectas. Accipio verò jam nunc inter amicos, & quidem primi ordinis. Nec enim explorandus ultra, quem Picus noster receperit. Ille, inquam, Picus, cujus nunquam nec cessavit ingenium, nec erravit judicium. Alexandro Sartio quotidie plus debeo, tibíque esse eum familiarem summopere gratulor. Vir est profectò syncerus, candidus, amœnus, idem fidus, acer, ingeniosus, experiens. Hunc velim meo nomine plurimâ salute impertias, quando me assiduè laudat, éstque non inter postremos Pici nostri familiares. Vale.

[1] Quibus præterea familiariter innotuerit, partim discimus ex variis Epistolis, quas plerisque Libris à se editis præfixit, & de quibus postea suo loco sigillatim dicetur. Nemo mihi videtur ad Typographiam exercendam accessisse *Aldo* meliùs instructus; cùm præter bonam disciplinæ frugem, quam ex privatis hactenus studiis collegerat, virorum, in quorum amicitiam se insinuaverat, cùm scientiâ tum dignitate

1 *Petrus* CRINITIUS eum *Aldum* SARTIUM. Lege POLITIAN. Epis*nostrum* vocat in Epistol. ad *Alexand.* tol. Lib. 12.

nitate clarorum, auxilium ſperare poſſet. Eo potiſſimùm tempore in *Italiâ* vigebat litterarum præcipuè *Græcarum* ſtudium; quod & ab ipſo [1] *Aldo* legimus obſervatum. *Neceſſarium* (ait) *eſſe Græcarum litterarum cognitionem hominibus noſtris ita jam omnes exiſtimant, ut non modò adoleſcentuli, quorum jam maximus numerus, verùm & ſenes ætate noſtrâ Græcè condiſcant. Olim apud Romanos Catonem unum accepimus didiciſſe Græcas Litteras in ſenectute. Noſtris verò temporibus multos licet videre Catones, hoc eſt ſenes in ſenectute Græcè diſcere. Nam adoleſcentulorum ac juvenum Græcis incumbentium litteris jam tantus ferè eſt numerus, quantus eorum qui Latinis. Et propterea Libri Græci vehementer ab omnibus inquiruntur; quorum quia mira paucitas eſt, ego adjuvante Chriſto Jeſu ſpero me brevì effecturum, ut conſulam tantæ inopiæ; nec tamen ſinè meo magno incommodo & labore & jacturâ temporis. Sed ſuccurrendum eſt ſtudioſis bonarum litterarum. Et quanquam incidimus in turbulenta tempora & tumultuoſa ac miſera, quibus magìs Arma quàm Libri tractantur, tamen niſi factâ bonorum Librorum copiâ non conquieſcam.* Hinc poſſumus intelligere, quo animo ſeſe huic Arti excolendæ dederit. Jam quo primùm anno ad id ſtudii ſe adjungere incœperat, anno ſcilicet circiter 1490. ex ipſius [2] verbis clarè indicatur. *Duræ quidem* (inquit) *provincia eſt, bonarum litterarum ſtudioſis, emendatè imprimere Latinos Libros; durior accuratè Græcos: duriſſima non depravatè vel hos vel illos duris temporibus. Quânam Linguâ curem ipſe imprimendos Libros: & quo tempore, videtis. Poſtquam ſuſcepi hanc duram provinciam (annus enim agitur jam ſeptimus) poſſem jurejurando affirmare me tot annos ne horam quidem ſolidæ habuiſſe quietis. Pulcherrimum, utiliſſimúmque eſſe inventum noſtrum, omnes uno ore dicunt, laudant, prædicant. Sit ita certè. Inveni tamen ipſe, quo excrucier modo, dum vobis prodeſſe cupio; bonóſque Libros ſuppeditare. Quare qui me viſunt, amicis ſoleo dicere modò Græcum illud proverbium,* Κίχλα χέζει αὐτῇ κακὸν, *hoc eſt, Turdella ſibi malum cacat: quod honeſtiùs*

1 Lege ejus Epiſtolam ARISTOTELIS *Organo* an. 1495. præfixam.

2 Lege Præfationem *Theſauri Cornu-copiæ* excuſi anno 1496. ALDUS in Epiſtolâ ad *Joannem* TABERIUM in ſuâ editione STEPHANI *de Urbibus* ann. 1502. hæc habet; *Eodem anno, quo vexari bello cœpit* Italia, *difficillimam hanc ego imprimendorum Librorum provinciam accepi.* Hinc CHEVILLERIUS conjectat ALDUM *Græcè* imprimendi cepiſſe initium (p. 235.) — *l'année que commença la guerre d'*Italie, *qui fut celle de* 1494. *en laquell* Charles *VIII.* *Roi de* France *paſſa les Alpes pour aller conquerir le Royaume de* Naples. *Et ce fut par* l'Ariſtote *qu'il commança.* At certè verum eſt nullos ab ALDO excuſos Libros (quantum ſciam) ante annum 1494. Sed nihilominus certum eſt eum antea, quicquid ad Artem neceſſarium eſſet ſuppellectilis comparando, tempus aliquod poſuiſſe; neque veriſimile eſt eodem anno incepta fuiſſe & finita, quæ annis 1494. & 1495. prodierunt Volumina. Itaque duplicem illam Epocham ſic concilio. ALDUS officinam inſtruere omnémque typographicam ſuppellectilem comparare incepit anno 1490. Liber autem ex ejus prelo primùm exivit impreſſus anno 1494. Hunc mox Librum proferam, quem puro ARISTOTELIS *Organo* (quod ann. 1495. lucem aſpexit) præiviſſe.

tius Plautus; *Ipsa sibi avis mortem creat. Aiunt enim non nisi per avium alvum redditum nasci viscum, maximè palumbis & turdis : hæc enim est natura (inquit* PLINIUS *in naturali historiâ) ut nisi maturatum in ventre avium non proveniat. Modò illud,* Κακὰ ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκων ὡς ὁ καικίας νέφας. *Nam ita flare Cæciam scribit* ARISTOTELES, *ut non propellat nubes, ut alii venti, sed, ut ad sese vocet, ac trahat. Sic mihi evenit : mihi ipse malum peperi*; *immensa mihi paravi incommoda, immensos labores. Sed me ipse consolor : vel quòd gratissimas esse video lucubrationes meas, ac plurimum prodesse omnibus, majorique in dies emolumento futurum : vel quòd multi ἐκ τῶν βιβλιοτάφων jam liberant è carceribus Libros, venalésque exponunt. Quod ego brevì futurum interminatus sum, cùm nullam à quoquam commodo vel horam accipere librum possem. Sum equidem voti compos. Jam passim offeruntur ultro Græca volumina : mittuntúrque venalia ad Bibliopolas. Ad me quoque plurima missa sunt.*

Quod ALDUS primum emisit suorum in Typographiâ laborum specimen, fuit *Poëmation* MUSÆI *de* Herone & Leandro, [1] *Græcè* & *Latinè* in 4[to]. Huic quidem annus non adjicitur; sed dubitare, quin ARISTOTELI (cujus volumen primum anno 1495. excusum est) præiverit, non patitur ALDI Epistola, quam hìc adjicere non pigebit.

Ἄλδος ὁ Ῥωμαῖος τοῖς σπουδαίοις εὖ πράττειν.

Μουσαῖον τὸν παλαιότατον ποιητὴν ἠθέλησα προοιμιάζειν τῷτε Ἀριστοτέλει καὶ τῶν σοφῶν τοῖς ἑτέροις αὐτίκα δι᾽ ἐμοῦ ἐντυπησομένοις, τῷτε εἶναι αὐτὸν ἥδιστον ἅμα καὶ λογιώτατον, καὶ μάλιστα ὡς ἂν εἰδῆτε τὰ παρὰ τούτου τῷ Οὐιδίῳ δανεισθέντα δαιμονίως τῷ ὄντι καὶ εὐφυῶς, καὶ ὅπως αὐτὸν ἐμιμήσατο ἐν ταῖς Ἡροῦς καὶ Λεάνδρου πρὸς ἀλλήλους ἐπιστολαῖς. Λαμβάνετ᾽ οὖν τουτὶ τὸ βιβλίδιον, οὐ προῖκα μέντοι, δότε δὲ τὰ χρήματα, ἵν᾽ ἔχω καὶ αὐτὸς πορίζεσθαι ὑμῖν πάσας τὰς τῶν Ἑλλήνων ἀρίστας βίβλους. Καὶ ὄντως εἰ δώσετε, δώσω· ὅτι οὐκ ἔχω ἐντυποῦν ἄνευ χρημάτων πολλῶν. Πιστεύετε τοῖς οὐκ ἀκινδύνως ἐμπειρατοῦσι, καὶ πάντων μάλιστα οὑτωσὶ λέγοντι Δημοσθένει· Δεῖ δὲ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὴν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων· οὐ μὲν φιλοχρημάτως ἔχων, μᾶλλον δὲ τοῖς τοιούτοις ἀπεχθανόμενος ταῦτάγε εἴρηκα. Καίτοι χρημάτων ἄνευ ἀδυνατὸν εὐπορεῖν ὧν ὑμεῖς ὑπερβαλλόντως ἐφίεσθε· αὐτοὶ πολλῷ μόχθῳ καὶ δαπάνῃ πεπονηκότες διατελοῦμεν. Ἔρρωσθε.

Ἐγράφη ἐν Ἐνετίαις δαπάνῃ καὶ δεξιότητι Ἄλδου τοῦ Φιλέλληνος καὶ Ῥωμαίου.

De Constantini Lascaris Erotematibus Græcè cum Latinâ versione Aldo interprete & impressore anno 1494. excusis lege Catalogum.

Non-

[1] CHEVILLERIUS p. 236. 237. mentionem nullius Libri *Græcè* & *Latinè* excusi facit ante PROCLI *Sphæram* ann. 1499.

* Nonnulli ALDUM putaverunt Libros *Græcos* primum excudisse, cum tamen *Græca* Typographia [2] *Mediolani* jam octodecim antea annis innotuerit. Ea tamen ALDO laus debetur, quòd licèt ante ipsum *Mediolani*, *Florentiæ* & *Venetiis Græcè* excudi cœptum fuerit, ipse unus Editionum numero omnes priores vicerit Typographos. Urbs *Veneta* Typographorum numero hactenus à primâ usque Artis origine alias omnes superavit. Tandem effecit ALDUS, ut sese ipsa superaverit, & quicquid antè præstitum fuerat, minimum sit, si ad *Herculeos* ALDI & *Aldinæ* per multos postea annos familiæ labores conferatur.

Vir ille, quàm Linguæ *Græcæ Latinæque* peritus fuerit, [3] variis, quæ in utrâque scripsit, Opusculis (viz. Epistolis, Epigrammatibus, Grammaticis, Librorum Præfatiunculis, Commentariis, Interpretationibus) testatus est. Peritiæ adeò universæ indefessam conjunxerat [4] industriam ac diligentiam; de quâ audiendus est * M. MUSURUS. *Quòd*

1 *Angel.* ROCCHA in *Biblioth.* Vatican. pag. 412. quem citatum lego in *Jugement des Sçavans Tom. I. Part. I. pag.* 3. *&* 4. Et *Henr.* STEPHAN. in *Querimon. Typograph.* Et ALDI Epitaph.

Tam clarum quòd nomen habent, totúmque per orbem
Sunt vaga Graiorum tot monimenta virûm,
Hoc debent Aldo Musarum quotquot alumni,
Qui graphicis primus tradidit illa typis.

GESNER. *Pandect.* Lib. II. in Epistol. ad *Paul.* MANUT. *Exemplaria Græca ante Patrem tuum aut nulla, nî fallor, aut pauca, nec eâ industriâ typis publicata sunt.* Pauca quidem ante ALDUM excusa sunt; attamen in quibus industria & typorum elegantia desiderari neutiquam mihi videtur: Intuere, Lector, HOMERI *Florentinam* 1488 & ISOCRATIS *Mediolanensem* 1493. Editiones.

2 Ann. 1476. LASCARIS *Grammatica* Græcè excusa est.

3 Horum plerorumque deinceps passim habebitur mentio.

4 CHEVILL. pag. 126. „*Alde Manuce* fut si curieux de la réputation d'être „ connu non-seulement pour sçavant „ homme, comme il étoit dans la verité, „ mais aussi pour excellent Imprimeur, & „ tré-correct dans ses impressions“. *Angel.* ROCCH. *Biblioth.* Vatican. pag. 110. *Aldus enim senior publicæ consuluit utilitati, dum impressoriam Artem miro excoluit studio, ut Latinam Linguam & Græcam, quas optimè callebat, in pristinum splendorem à Joanne Baptistâ Alberto, Nicolao Peroto Episcopo Sipontino, Francisco Philelpho, Jo. Jucundo, Theodoro Gazâ, Trapezuntio, Lascare, Chrysolorâ, Musuro, Urbano & Bessarione ad eandem rem præstandam in scribendo adlaborantibus typis perpulchris restitueret.* Et pag. 412 *Quamvis autem hæc Ars à prissino illo splendore degenerârit; characteribus exceptis, qui nunc pulchriores sunt, & in majori extant varietate, addito item multarum rerum ornatu; non defuerunt tamen nostrâ ætate Viri eruditissimi, publicam utilitatem adamantes, & honorem magis quàm quæstum sectantes, qui ipsam diligenter excoluerunt, & in maximâ conservârunt existimatione. Quos inter, Aldus Pius Manutius senior primum hâc en re locum occupavit, atque ita, ut omnibus in rebus quicquid exacti, quicquid pulchri, quicquid denique boni appareat, id ipsum Typographia Aldina nomine ex proverbio nuncupari soleat: fuit enim doctissimus, ac non minùs re, quàm cognomine, Pius, omnique laude dignus. Audivi enim ab eis, qui cum eo diu versati sunt, duo ad summum folia singulâ quâque hebdomadâ imprimi solere, cùm hodie totidem ferè in singulo quoque prælo quotidie cudantur, nullâ præstitâ multis in locis accuratione, quin etiam (proh scelestum ac nefarium facinus) posthabito correctore. Hinc fieri non potest, quin Libri multis consperst mendis atque hæresibus imprimantur. Hinc sanè rei* Prin-

Quòd ego nunc in hâc almâ civitate, in hôc totius Italiæ firmamento, singularíque virtutum ac laudatarum Artium domicilio Græciæ priscos Autores enarrem

Principes Civitatum non solùm privatæ sed publicæ etiam utilitati consulentes, toto conatu invigilare deberent. — Artis enim typographicæ usus si sit bonus, quantum indè boni nascatur, vix unquam dici posse: si autem sit malus, alterum tantum mali ex eo oriri necesse est. Studendum igitur est, ut Ars typographica rectè & cum splendore tractetur, non secus atque Aldus fecit, quem magnâ ex parte imitati sunt Badius Ascensius, Frobenius, Juncta, Sebastianus Gryphius, Christophorus Plantinus, & alii perpauci: sed, ut verum dicam, nunc à splendore illo desciverunt. De *Pii* cognomine postea dicetur. De duobus tantùm foliis singulâ quâque hebdomadâ impressis hæc scribit CHEVILLERIUS pag. 126. „ Il est difficile d'accorder ce fait avec le grand nombre „ d'Impressions qui sont sorties des Presses „ de cet Illustre Imprimeur, & particulierement avec ce qu'il dit dans la Préface „ à l'*Euripide Grec* de 1503. *in* 8°. où il „ assure *Demetrius Chalcondylas*, à qui il „ dédie ce Livre, qu'il imprimoit chaque „ mois un bon Auteur, dont il donnoit plus „ de mille exemplaires, *quandoquidem mille & amplius boni alicujus Auctoris volumina singulo quoque mense emittimus.* Ce „ qui donna sujet à *Erasme* d'écrire dans ses „ *Proverbes*, qu'*Alde* faisoit une plus vaste „ Bibliotheque que celle du Roi *Ptolomée-Philadelphe*, dont toute l'étenduë, si „ grande qu'elle fut, étoit bornée par les „ murailles du Palais d'*Alexandrie*; au lieu „ que celle de *Manuce* n'avoit point de „ bornes, & s'étendoit jusqu'au bout du „ monde: ALDUS *Bibliothecam molitur, cujus non alia septa sunt quàm ipsius Orbis. Chil.* 2. *Centur.* 1. *Prov.* 1. Sans nous arrêter à ce que dit *Roccha*, l'exactitude de „ ce docte Imprimeur de *Venise*, & la correction de ses Impressions, est connuë „ de tous les Sçavans. Il dit lui même „ dans sa supplique au Pape *Leon X.* qui „ est au *Platon Grec* de 1513. que sa plus „ grande passion étoit d'imprimer les Auteurs très-corrects, & de ne mettre entre „ les mains des gens de lettres, que de „ beaux Livres; qu'il avoit un si grand „ regret, quand il voyoit des fautes dans „ ses Editions, que s'il avoit pû, il les auroit rachetées d'autant d'écus d'or, qu'il „ y en restoit; *sic doleo, ut, si possem, mutarem singula errata nummo aureo.* Et „ dans sa Préface sur la Logique de son „ *Aristote Grec*, il assure qu'il avoit avec „ lui plusieurs gens de lettres très-habiles, „ pour l'aider à rendre ses Editions fort „ correctes. Dans celle qui est aux Livres „ de Physique de ce même Philosophe, il „ ajoûte, qu'il pouvoit se vanter, que ses „ Impressions étoient plus correctes que les „ Originaux, sur qui elles étoient faites: „ *Dicere queo, quidquid meo labore formis excuditur, ipsis Exemplaribus longè correctius ac magis perfectum exire ex ædibus nostris.*

„ Mais c'est de ce dernier fait dont il „ n'est pas loüé universellement de tous les „ gens de lettres. Par où il a prétendu relever quelques-unes de ses Editions, c'est „ par cela même qu'il les a renduës suspectes & moins estimables; ou en ne les „ rendant point conformes aux bons Manuscrits, & les corrigeant selon ses propres conjectures; ou en copiant trop „ scrupuleusement ceux qui étoient fautifs. „ C'est pourquoi *Erasme* dans sa Lettre à „ *Goclenius* se plaignoit de *Michel Bentius*, „ qu'il avoit fait imprimer ses Proverbes avec les Citations d'*Homere* & de *Ciceron*, „ prises des Editions corrompuës d'*Alde*: „ *Nam* Michaël Bentius *contulit quædam loca à me citata ex Græco* Homero *ab* „ Aldo *excuso, item ex* Cicerone Aldino, „ *cum* Aldina *sint depravatissima.* Et dans „ la Lettre qu'il écrit au Chanoine de „ *Constance Jean Betzemius*, en lui envoyant le Catalogue de ses Ouvrages, „ il parle de quelques Livres de *Plutarque*, „ dont il dit: *Hoc unum erat incommodi, quòd* Aldus *hoc Opus excudit sequutus Exemplar multis locis depravatum.* To. „ I. *Oper.* ERASM. Néanmoins dans une „ autre Lettre à la page 148. de l'Edition „ citée de *Leyden*, il excuse *Alde*, & fait „ tomber tout le blâme sur quelques Precepteurs, dont il dit qu'il se servoit le „ plus souvent pour donner au Public les „ anciens Auteurs: *Officina* Veneta *dedit nobis* Festum Pompejum *egregiè depravatum: non insimulo* Aldum, *solet ille tales*

enarrem illustri frequentíque auditorio juvenum nobilissimorum; quòd à probis omnibus diligar & commender: quòd denique mei voti compos effectus sim (nihil enim mihi fuit unquam optabilius, quàm ut Græcæ Linguæ propaginem, quæ Turcarum crudelibus lacertis excisa radicitus, solo in patrio misere jacebat, apud Italos redivivo germine pullulare viderem) id totum non solùm Illustrissimo Senatui Veneto, qui bonarum literarum cultores amplissimis præmiis semper fovit, ac liberaliter evexit: Verùm etiam Aldo Manutio, qui libros studiosæ juventuti suppeditavit, à me referri debet acceptum. Cùm enim admirandus ille vir publicas rationes privatis anteponeret, nulli sumptui parcens, nullum prorsus laborem detrectans, propriæ tam pecuniæ profusus, quàm vitæ prodigus extitit: ut communi studiosorum [1] *utilitati prospiceret.*

Hæ fuerunt egregiæ *Aldi* MANUTII dotes; quibus quàm bene usus sit, meliùs videbimus, dum singula ejus Opera typographica ordine persequimur.

ALDUS, postquam in MUSÆI poematio & Constantini LASCARIS Erotematibus prælusisset, & egregium virium suarum specimen dedisset, ingens opus, quale nullum antea prodierat, Philosophica ARISTOTELIS & THEOPHRASTI scripta, quinque voluminibus, produxit. Hunc ingentem fœtum, non uno partu, sed intrà annorum quatuor intervalla, *Aldinum* edidit prælum. [2] *Concessum est eidem* ALDO *inventori ab illustrissimo Senatu* Veneto, *nequis queat imprimere neque hunc Librum neque cæteros, quos is ipse impresserit, neque ejus uti invento.*

Cha-

„ *tales operas alicui Pædagogo committere.* „ C'est peut-être pour cette raison que ce „ grand homme, à qui la Republique des „ Lettres a tant d'obligation, a témoigné „ quelquefois du chagrin sur ses Editions, „ & qu'il a fait paroître qu'il n'en étoit „ pas tout-à-fait content. Il écrit dans sa „ supplique au Pape, que nous avons citée, „ qu'il n'écoutoit point les flatteries qu'on „ lui disoit sur ses Impressions: *Sed ego* „ *non credulus illis, nullum enim adhuc* „ *dedi Librum, in quo mihi satisfecerim.* „ CHEVILL. p. 234. „ Nous devons re- „ marquer ce qu'a écrit de ce grand hom- „ me, *Jacques Zuinger* dans le *Theatrum* „ *Vitæ humanæ* de *Basle* 1604. p. 3713. où „ il dit, qu'il étoit si appliqué à son Im- „ primerie, qu'après avoir donné le tems „ necessaire à ses affaires domestiques, il „ se renfermoit aussi-tôt pour voir les Ma- „ nuscrits *Grecs* & *Latins*, lire les Lettres „ que les Sçavans lui écrivoient de tous les „ Royaumes, & faire les Réponses; que „ rien ne lui étoit plus à charge, que les „ visites inutiles, qui lui faisoient perdre son „ tems; que pour s'en délivrer honneste- „ ment il avoit fait écrire sur la porte de „ son Cabinet, ces paroles: *Quisquis es, ro-* „ *gat te* Aldus *etiam atque etiam, ut si quid* „ *est quod à se velis, perpaucis agas, deinde* „ *actutum abeas, nisi tamquam* Hercules „ *veneris suppositurus humeros: semper enim* „ *erit quod & tu agas, & quotquot huc at-* „ *tulerint pedes.* Paroles, qu'emprunta de „ lui cet habile Professeur en Langue *Grec-* „ *que*, & depuis Imprimeur à *Basle*, *Jean* „ *Oporin*, pour les mettre aussi sur le „ sien.

1 Lege ejus Epistolam ad *Grolierium* Græcæ *Aldi* Grammaticæ præfixam, ann. 1515. datam.

2 Hæc formula legitur ad calcem ARISTOT. *Logic.* 1495.

Characteres, quorum [1] inventor dicitur, & quibus in PSALTERIO, MUSÆO, LASCARIS Erotematibus, ARISTOTELE, ARISTOPHANE, HESIODO, THEOCRITO, & Grammaticis primus & solus usus est, sunt facie paulò grandiore, rotundiore formâ, cultu eleganti & luculento; variis & frequentissimis litterarum compendiis ornati. Venustatem certè quandam *Græcis* editionibus afferre easque quasi flosculis multiplicibus inspergere mihi videntur hujusmodi compendia.

Psalterium Græcum (cui primum modò, religionis gratiâ, locum dedi) ordine impressionis si non primum, at sanè inter primos ALDI Libros fuisse affirmabo. Anni indicio destituitur; opus est igitur conjecturâ. Eodem, quo ARISTOTELES, aliique suprà memorati, charactere excuditur. Paginis subsunt [2] *signaturæ*, & voculæ [3] *reclamantes*; nullæ autem paginarum numerum indicant [4] *ciphræ*. In ARISTOTELIS *Organo*, quod 1495. prodiit, signaturis solis ALDUS usus est; in *Cornu-copiæ*, quod 1496. signaturas, reclamantes & ciphras adhibuit. Istius ergo *Psalterii* editio, hôc forsan prior, illo posterior fuerat. Hæc singulari opere artificióque ab ALDO, pro ut materiæ dignitas postulabat, perfecta est: in duas distributa partes, quarum prior Psalmos 76, posterior reliquos cum aliis Testamenti utriusque Hymnis continet. Pars utraque Iambis *Græcis* in DAVIDIS laudem clauditur. Primam utriusque paginam ornant marginales limbuli, quibus etiam singuli Psalmi distinguntur. Psalmi uniuscujusque litteræ initiales sunt (quas vulgò dicunt) *florentes*; titulos verò & primas omnium versuum litteras rubricæ insigniunt. Ad calcem, *nullum registrum*, *sed signaturarum ordo*. Ἅπαντα [5] τετράδια, πλὴν τοῦ

ι ἑνιαῖο

1 ALDUS majorum horum characterum inventor jure merito vocatur, cùm ab aliorum Typographorum & antiquiorum & coætaneorum typis discrepent. Amplâ suæ figuræ crassitudine ad eos, quibus HOMERI Βατραχομυομαχία 1486. excusa est, satìs accedunt. Formam autem referunt non adeò antiquam, sed tamen (nisi quòd tot vocum syllabarúmque compendiis abundent) lectu haud ita difficilem.

Typi Βατραχομυομαχίας iidem sunt cum litteris Manuscriptorum codicum in Clariss. MONTFAUC. *Palæograph.* p. 274. I. II. III. & p. 297. Τινῶν &c. & p. 324. Τῷ καιρῷ &c.

Typi LASCARIS *Grammat.* 1476. & HOMERI 1488. & ORPHEI 1500. (qui inter se similes prorsus mihi videntur) sunt *Aldinis* exiliores.

Typi, quibus *Joannes* BISSOLUS & *Benedictus* MANGIUS PHALARIDIS *Epistolas* 1489. & SUIDAM 1499. excuderunt, sunt propè pares illis minoribus, quibus ALDUS in imprimendis ARISTOPHANIS scholiis, ARATO, DIOSCORIDE, NICANDRO, & Epistolis diversorum usus est.

Zacharias CALLIERGUS in *Etymologico* & SIMPLICIO 1499. typorum figuram adhibuit *Aldinâ* non minorem, nec multùm illi abbreviationibus cedentem, variam tamen, pressiorem, nec omnino adeò nigram.

Litteræ majusculæ in Edition. LASCAR. 1476. HOMR. 1488. *Etymolog.* & SIMPLIC. 1499. & ORPH. 1500. sunt ejusdem figuræ, neque tam planæ, quàm illa, quam ALDUS, BISSOLUS & MANGIUS elegerunt.

2. 3. 4. 5 De technicis hisce vocibus typographicis [viz. signaturis, reclamantibus, ciphris, registro, quinternis &c.]: Et quo

tempore

ι ἐκεῖνο γὰρ τριάδιον. Ἐγράφη ἐν Ἐνετίαις ἐν ι οἰκείᾳ (repone potiùs οἰκίᾳ) Ἄλδυ τῦ ² Μανυτίυ. Psalterio ³ *Græcâ* JUSTINI *Decadyi* ad suos populares Epistola præfigitur.

Anno 1495. ex *Aldinâ* officinâ prodiit ARISTOTELIS *Organum*; cui tempore in *Græcas* Editiones earum usus introductus fuerit, postea dicetur.

1 Nam *οἰκεία patriam*, seu *solum patrium* significat, *οἰκία domum*. Vocem utramque, eodem tamen sensu, (si modò non sit is error præli) ALDUS usurpavit. Idem in hujusmodi subscriptionibus nomen loci, sæpius ἐν Ἐνετίαις, aliquando Ἐνετίῃσι, expressit. Has subscriptiones Linguâ, aut unâ tantùm, *Græcâ* vel *Latinâ*, aut utrâque efferebat. Annum impressionis Litteris numeralibus *Romanis*, aut etiam *Græcis* majusculis, aliquando & minusculis quoque declarabat.

2 Hujus sui nominis orthographiam variavit *Aldus*: *Μανύτιος Manutius*, *Μανύκιος Manucius*.

3 Ἰυςῖνος ὁ Δεκάδυος τοῖς ἐν Ἑλλάδι Γραικοῖς, εὖ πράττειν. ——— Ἄλδος τὴν ἐπίκλησιν Μανούττιος ἐκ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης ἕλκων τὸ γένος, ἀνὴρ βίῳ τε καὶ λόγῳ κεκοσμημένος. Οὗτος ἀρετῆς ζήλῳ καὶ τῇ πρὸς τὰ ἡμέτερα κηδεμονίᾳ τε καὶ στοργῇ, τὴν τῶν γραμμάτων τούτων ἐναρμοσίαν καὶ σύνθεσιν τῇ τοῦ οἰκείου νοὸς ἐφεῦρεν ὀξύτητι. Ἐᾶ γὰρ λέγειν τὸν χαρακτῆρα, ὅπερ οὐκ ἄν τις τῶν ἐπὶ τὸ καλλιγραφεῖν χειρισόφων ἐχάραξεν ὡραιότερον. Τούτῳ τἄγαρ οὖν περὶ τούτων κοινολογούμενος, οὐ μόνον ξυναινοῦντα καὶ προτρεπόμενον, ἀλλ' ἤδη καὶ αὐτὸν οἴκοθεν ὡρμημένον εὗρον εἰς ταῦτα, καὶ τὴν ἐμὴν ἐπὶ πλέον χρηστοῖς ἀγγελίαις ἐπιτείνοντα. Τὴν γὰρ Μωσέως Πεντάτευχον, σὺν τῇ τῆς παλαιᾶς Διαθήκης πάσῃ λοιπῇ πραγματείᾳ, Ἑβραϊστὶ, Ἑλληνιστὶ, Ῥωμαϊστὶ, οὐκ εἰς μακρὰν ἐκδώσειν εὐηγγελίσατο σὺν Θεῷ. Ὧν ἀκούσας, αὐτὸς μὲν ὥσπερ ἔνθους ὑφ' ἡδονῆς ἐγεγόνειν, εἴγε τὰ ἡμέτερα πεπαλαιωμένα τῷ χρόνῳ καὶ ταῖς τῶν πραγμάτων ἀνωμαλίαις ἤδη τυγχάνοντα, νῦν (ὡς ἀετοῦ νεότης) ἀνακαινίζεσθαι μέλλουσι. Ἐκεῖνον δὲ τοῦ τε τῶν καλῶν ἔρωτος καὶ τῆς χρηστῆς προαιρέσεως ἐμακάρισα. Οὐ γὰρ χρημάτων ἐπιθυμίᾳ (ἀνώτερον γὰρ ἀνελευθερίας ἁπάσης ἴσμεν οἱ πεπειραμένοι τὸν ἄνδρα) θείῳ δὲ μᾶλλον ζήλῳ πρὸς ταῦτα κεκίνηται. Τοῦτον τοίνυν συνεργὸν εὑρηκὼς πρὸς τὰ κάλλιστα, ἔδοξέ μοι τὴν θεόπνευστον βίβλον τῶν θείων πρῶτον ἐντυπῶσαι ψαλμῶν, τόντ' ἀρίστως ταύτην καὶ ἀξίως τοῦ ἐν αὐτῷ συνθέμενον πνεύματος προφήτην ἅμα καὶ βασιλέα, ὥσπερ τινὰ πρόδρομον καὶ κήρυκα διαπρύσιον τῶν μετ' οὐ πολὺ τυπωθησομένων ἡμῖν θείων προεκπέμψαι γραφῶν. Οὔτε εἰς μακρὰν γὰρ καὶ τὸ τριώδιον, καὶ ὃ καλεῖν ἡμῖν ἔθος πεντηκοστάριον, μεθ' ὃ τὴν παρακλητικὴν Θεοῦ συναιρομένου τυπώσομεν. Πολλήν τε καὶ μεγάλην τὴν χρείαν παρέχεται κατ' ἐξαίρετον δ' ἡ θεία τῶν Ψαλμῶν αὕτη βίβλος· περὶ ἧς φησιν ὁ θεῖος Χρυσόστομος, μᾶλλον συμφέρειν τῷ κοσμῷ σβεσθῆναι τὸν ἥλιον, ἤπερ τῇ ἐκκλησίᾳ ταύτην ὁσημέραι μὴ ψάλλεσθαι. —— Ὑμεῖς δ' ἀνὰ χεῖρας λαβόντες —— τὴν τῶν εὐχῶν χορηγίαν ἀντίδοτε, Ἄλδῳ μὲν τῷ φιλέλληνι, ὡς δεξιότητι φύσεως ἐφευρετῇ τούτων γραμμάτων γεγενημένῳ χαρακτῆρος (ὡς εἴρηται) ἐμοὶ δ' ὡς οὕτω θερμῶς προθυμησαμένῳ τε τυπωθῆναι, καὶ μηδενὸς ἀμελήσαντι τῶν συντελούντων πρὸς τὴν ὀρθότητα· ὑγιέστατα γὰρ ἐντετύπωται καὶ ὀρθότατα. Ἔῤῥωσθε.

In hâc Epistolâ laus *Aldi* celebratur, qui vocatur φιλέλλην ab illo, quo ardebat, *Græcarum* litterarum studio. Ipse etiam suo nomini hunc titulum adjicere gaudebat. (lege postea anno 1497.) Quod in Epistolâ suprà allatâ promittitur de Pentateucho & Vetere Testamento *Hebraicè*, *Græcè* & *Latinè* ab *Aldo* imprimendis, uti & de τριωδίῳ & πεντηκοσταρίῳ & παρακλητικῇ, fuisse unquam præstitum non novi. Sed multa & magna animo capace vir ille vitâ vel longissimâ dignus agitabat, quæ non licuit exequi. Miremur potiùs eis, quæ executus est, tempus suffecisse. Minimum est prorsus, quod *Aldus Hebraicè* excudit. Occurrit (inter POLITIANI Opera ann. 1498. Lib. *Miscellan.* cap. 83.) pars versiculi initio Psalmi 65. Habemus præterea quædam lineolas in *Hypnerotomachia* (ann. 1499.) quaternionis b paginis penultimâ & ultimâ *Hebraicè* impressas. Characteris figura hic minor est, illic major; utraque verò optima, quâ equidem meliorem ullibi vix vidi. In eâdem *Hypnerotomachiâ* (quaternionis h pagin. penult.) nonnihil legitur *Arabicis* litteris, quæ autem non excusæ sunt, sed in tabulâ incisæ.

cui præeunt [1] *Aldi* MANUTII *Romani* dedicatoria ad *Albertum* PIUM Principem *Carpensem* Epistola *Latinè*, & duæ *Græcè* ad Lectorem Præfationes, hæc [2] *Scipionis* CARTEROMACHI *Pistoriensis*, illa [3] *Alexandri* BONDINI; cum *Græcis* Epigrammatibus, altero CARTEROMACHI tetrasticho, altero *Aldi* hexasticho. Huic volumini apponuntur signaturæ, infra paginas quaternionum indices. Ad calcem PORPHYRII, Ἔπαινος, τιμὴ καὶ δόξα χριστῷ Ἰησοῦ τῷ λυτρωτῇ ἡμῶν. Ad calcem ARISTOTELIS *Categoriarum*, δόξα Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ Ἁγίῳ Πνεύματι. Ἀμήν. & ad calcem totius libri τῷ Θεῷ δόξα τὲ καὶ χάρις. Ἀμήν. *Registrum Operis. Impressum Venetiis dexteritate Aldi Manucii Romani. Calendis Novembris.* M. CCCC. LXXXXV.

Hôc anno imprimi cœptum SALAMANCÆ; HOLMIÆ per *Johannem Fabrum*; SCANDIANI, per *Peregrin. Pasqual.* Proximo, GRANATÆ; MIRANDULÆ; & in OFFENBACH; item PAMPELUNÆ, per GULIELMUM *de* BROCARIO; ORTHONÆ, *per* JUDÆOS SONCINATES: Deinde 1497. LEYDÆ; PROVINI, per GULIELMUM TAVERNIER; AVENIONE, impensis NICOLAI LEPE.

Anno 1497. ab Aldo prodierunt ARISTOTELIS libri novem de historiâ, quatuor de partibus, unus de incessu, unus de motu, quinque de generatione Animalium; tres de Animâ; Parva (quæ vocant) Naturalia; de spiritu; coloribus; physiognomicis; mirabilibus; dogmatibus XENOPHANIS, ZENONIS & GORGIÆ; atomis lineis; THEO-

1 *Aldus* in illâ Epistolâ laudat PICUM *Mirandulam Alberti* PII avunculum nuper defunctum, & *Pici* comites *Hermolaum* BARBARUM ac *Angelum* POLITIANUM. Celebrat *Alberti* PII in *Græcas* litteras studium, ingenium, eloquentiam; ejus curam in Libris *Latina*, *Græca* & *Hebraïca* disciplinæ perquirendis, doctissimisque præceptoribus multâ pecuniâ conducendis. Promittit à se imprimendos fore Commentatores ARITOTELIS, AMMONIUM, SIMPLICIUM, PORPHYRIUM, ALEXANDRUM, PHILOPONUM, & THEMISTIUM paraphrasten; item Grammaticos, Poëtas, Oratores, Historicos, & quicunque profuturi studiosis videbuntur. Scribit se habere complures coadjutores viros doctissimos: quorum auxilio libri ipsius exirent in manus hominum quàm emendatissimi: in quibus erat *Alexander* BONDINUS Artium & Medicinæ Doctor egregius, ac *Græcarum* litterarum doctissimus.

2 CARTEROMACHUS commendat Logicæ studium. De eo ERASMUM audiamus (Epistol. col. 788. Epistolâ datâ *Basil.* 1. *Mart.* 1524.) Bononiæ *primum videre contigit* Scipionem Carteromachum, *reconditæ & absolutæ eruditionis hominem, sed usque adeò alienum ab ostentatione, ut, ni provocâsses, jurâsses esse litterarum ignarum. Cum eo post Romæ fuit mihi propior familiaritas. Et decessit haud multò major annis quadraginta duobus.*

3 Ἀλέξανδρος Ἀγαθήμερος (sic enim *Græcè* vertit nomen BONDINUS) Φυσικὸς τῷ τοῦ ὄντως φιλοσοφεῖν ἐραστῇ, εὖ πράττει.

Χρόνος ἦν, ὅτε μόνον περὶ ποιητικήν τε καὶ ῥητορικὴν τέχνην κατιγενόμην, ἡγούμενος δήπου ταύτην τῶν ὄντων εἶναι τὸ ἄκρον, οὔπω φιλοσοφίας ἐπιγευσάμενος. Νυνὶ δὲ &c. Λοιπὸν ἂν οὖν εἴη γέ σοι ἔργον τόγε νῦν εἶναι, τῷ μὲν Ἄλδῳ τῷ φιλέλληνι, τῷ τὰ γράμματα ἐξευρηκότι, ταύτην τὲ τὴν βίβλον ἐπιμελῶς τε καὶ ὀρθογράφως ἐντυπωθεῖσαν παρισχηκότι πλείστην, ἐμοὶ δὲ τῷ ταύτην διορθώσαντι, εἰ μὲν οὐ πλείστην; ἀλλ' ἱκανὴν τὴν χάριν ἔχειν. Ἔῤῥωσο.

THEOPHRASTI libri de piscibus; vertiginibus; lassitudinibus; odoribus; sudoribus. Hoc secundum volumen eidem [1] *Alberto*, cui etiam tria proxima, dedicatur. Huic apponuntur non tantùm signaturæ, sed & Ciphræ in adversâ quâque foliorum paginâ supernæ, & Reclamantes (utì vulgò appellantur) voculæ. Ad calcem, *Registrum quinterniorum.* Ἅπαντά εἰσι πεντάδια πλὴν τῶ XX. τελευταίε, ὅπέρ ἐςι τετράδιον. *Omnes sunt quinterni præter XX. quaternum.* Ἐν Ἐνετίαις, ἐν οἰκίᾳ Ἄλδε τοῦ Μανετίε. X. HHHH. [2] ΔΔΔΔΠΙΙ. γαμηλιῶνος Φθίνοντος τρίτῃ. *Venetiis in domo Aldi mense Januario.* M. III. D. Hìc in fine voluminis seorsim imprimitur ARISTOTELIS liber decimus de Animalium historiâ, cùm hâc monitione; *En tibi, lector carissime, fragmenta ea, quæ* [3] *Gaza in procemio de Animalibus in nonnullis codicibus tum Græcis tum Latinis inveniri ait; quæ suo fortasse loco impressa legeres, si suo tempore in manus nostras venissent. Nunc verò hôc loco adjecta maluimus, quàm te iisdem qualibuscunque fraudari. Vale.*

Eodem anno paulò post subsecuti sunt [4] Libri ARISTOTELIS octo

1 In *Aldi* Epistolâ leguntur hæc. *Quòd si hos de animalibus libros cum iis conferes, quos miro successu Theodorus Gaza, licèt Græcus homo, tamen & Latinè & Græcè eruditorum omnium ætatis suæ facilè Princeps, fecit Latinos, brevì quantum profeceris non pœnitebit. Ibi enim utriusque linguæ proprietatem licet cognoscere: quod & nobis & Græcis est apprime necessarium. Nullus est (mihi crede) Græcus liber, in quo faciliùs disci Græca Lingua possit ab hominibus nostris præter Theodorum. Sic Græcè didicit Hermolaus Barbarus, sic Picus Mirandula avunculus tuus, sic Hieronymus Donatus, sic Angelus Politianus, summo viri judicio, summo ingenio, ac undecumque doctissimi; Sic denique quicunque Græcas literas callet temporibus nostris. Idem & tibi, mi Alberte, censeo faciendum, ut cùm, & tu non mediocri sis ingenio, iis, quos prædixi & eloquio par fias, & scientiâ. —— Consuluit labori nostro Franciscus Caballus multi homo studii, philosophúsque doctissimus, ac excellens Venetiis medicus. Is enim libellum de ordine librorum Aristotelis in philosophiâ accuratè quidem, & eruditè composuit, quem ipsi brevi excusum formis publicabimus.* Hunc Librum CABALLI nondum vidi. Vidit autem & legit Gesnerus excusum fol. utì me monuit vir doctus *de la Monnoye.*

2 Hic omittitur ΙΔΙ

3 *Theodor.* GAZ. in Epistol. ad XYST. IV. ante libros de Animal. *Latinè* versos & excusos 1492. sic scribit. *Sunt exemplaria tum Græca tum Latina, quæ habeant fragmentum quoddam historiis additum: sed id causas quasdam materiales agentésque generationis humanæ exponit, non historiam complectitur. Itaque non inter historiæ libros hoc ego ponendum duxi; sed si collocandum uspiam est, libris de Generatione, meo quidem judicio, conjungendum est.*

4 *Aldus Manutius Bassianâs Romanus Alberto Pio Principi Carpensi. S. P. D.*

Pisistratus tyrannus, vir multâ doctrinâ & eloquentiâ, liberalium disciplinarum libros Athenis publicè ad legendum præbuisse primus dicitur, ac duosdequinquaginta libros Homeri Iliada & Odysseam, dispersos, ac confusos, ut qui variis locis & temporibus à Poetâ recitati, effusique, cùm vagaretur, fuerant; in eum, qui nunc est, ordinem redegisse, & quodammodo consuisse. Unde ῥαψῳδία *& singulis libris & universo operi (ut quidam volunt) est inditum nomen* παρὰ τὸ ῥάπτειν καὶ τὴν ᾠδὴν *Proposuerat enim vir ille de re litterariâ optimè meritus dignum præmium iis, qui Homeri carmen aliquod attulissent. Quâ re facile fuit dispersum*

octo de Physico auditu, quatuor de Cœlo, duo de generatione & corruptione, quatuor de Meteorologicis, unus de Mundo ad ALEXANDRUM;

*persum carmen colligere aurum promittenti. Quin imò (tanta est vis nummorum) majoris spe muneris quamplurimi dati sunt subdititii versus: quos postea Aristarchus gravi judicio grammaticus notavit, atque obelisco transfixit. Utinam mihi idem liceret, jucundissime Princeps. Colligendis enim corrigendisque accuratè omnibus Aristotelis & Theophrasti operibus parcerem certè nulli impensæ. Non me voluntate & studio superavit Pisistratus, sed divitiis. Verùm, quia labor omnia vincit improbus, brevì spero futurum, ut pleraque omnia Aristotelis & Theophrasti veniant in manus studiosorum excusa typis nostris, quatuor voluminibus. En primum absolvimus: & quod etiam in Logicis fecimus, in tuo nomine publicamus, ut intelligant studiosi tibi etiam se debere, si mihi debent. Nam non modò assiduè adjuvas provinciam nostram opibus tuis, sed agros quoque fertilissimos, amplissimósque te mihi donaturum palàm dicis. Immo oppidum amœnum ex tuis ita meum futurum polliceris, ut in eo æquè ac tu jubere possim. Quod facis, ut bonorum librorum & Latinè & Græcè commodiùs faciliúsque à me ibi fiat omnibus copia, constituatur etiam academia: in quâ relictâ barbarie bonis litteris, bonisque artibus studeatur; ac tandem, sexcentos annos & plus eo glandem depasti homines, vescantur frugibus.—— Utinam viveret ille Joannes Picus avunculus tuus, quem immaturâ morte raptum semper deflebimus. Nam cùm suâ, quamvis magnâ, tamen adhuc crescente doctrinâ; tum te sororis & Joanne Francisco Pico Galeoti fratris filio, acerrimè (ut facitis) philosophantibus superaret omnium fortunam. —— Illud vehementer dolendum ex tot, quæ composuit Theophrastus (non pauciora enim quàm Aristoteles scripsit, quod in ejus vitâ licet videre) hos tantummodo, eósque non integros & correctos, sed mutilatos, ac mendosos, cùm inscitiâ librariorum, hominúmque incuriâ, tum præcipuè durâ, graviique offensâ temporum inveniri, atque adeò raros, ut eorum, quæ legis, unum duntaxat exemplar habere potuerim in totâ Italiâ. Qualescunque igitur habere potui, imprimendos curavi, sperans, sicubi latent, meliores in lucem aliquando exituros à studiosis qui mendosos hos legerint, quæsitos perdiligenter. Aristotelis vero & quæ nunc legenda damus, & quæ mox Deo favente daturi sumus, multum certè elaboravi, ut, tum quærendis optimis & antiquis libris; atque eâdem in re multiplicibus, tum conferendis, castigandisque exemplaribus, quæ dilaceranda impressoribus traderentur, perirentque ut pariens vipera, in manus hominum venirent emendatissima. Id ita sit nécne, sunt mihi gravissimi testes in totâ ferè Italiâ, & præcipuè Venetiis Thomas Anglicus homo & Græcè & Latinè peritissimus, præcellénsque in doctrinarum omnium disciplinis; Et Gabriel meus, Brassicellæ natus, vir impensè doctus, ac rei litterariæ censor acerrimus, altérque Quintilius * Justinus etiam Corcyræus miro ingenio adolescens, Græcéque sanè quàm eruditus. Ferrariæ verò Nicolaus Leonicenus & Laurentius Maiolus Genuensis, quorum alter philosophorum ætatis nostræ, medicorúmque omnium facilè princeps, librorum omnium Aristotelis, quos ipse haberet, mihi copiam humanissimè fecit: alter præstanti vir ingenio, & maturo judicio, ac omnibus bonis artibus præditus, omnes propè Aristotelis libros summâ curâ summóque studio contulit cum libris Leoniceni nostri meo rogatu. Idem & ipse Venetiis accuratissimè feci, non sinè adjumento virorum doctorum, qui & Venetiis sunt & Patavii. Quamquam minus fieri potuit: nequid his libris desideraretur. Quod non meâ quidem culpâ factum est (nam hoc verò queo dicere, quicquid meo labore formis excuditur, ipsis exemplaribus longè correctius, ac magis perfectum exire ex ædibus nostris) verùm tum hominum, qui ante nos fuerunt, tum edacium temporum, quæ tandem cuncta immutant, consumunt. —— Non multò post publicabimus cætera Aristotelis, & Theophrasti in tuo nomine. Hinc omnes commentarios in Aristotelem dabimus: præterea divini Platonis omnia opera, & quotquot in illum extant commentaria. Dabimus etiam & Hippocratis &*

* Nescio, an fortè is sit JUSTINUS *Decadyus*, cujus antea memoratam habemus Epistolam *Græco Psalterio* præfixam.

DRUM; PHILONIS, de mundo; THEOPHRASTI de igne, ventis, lapidibus; Anonymi, de signis aquarum & ventorum. His præmittuntur Vita ARISTOTELIS ex LAERTIO & *Joanne* PHILOPONO, THEOPHRASTI ex LAERTIO, & Historia GALENI de philosopho. Ad calcem; Ἅπαντα Τετράδοιά ἐςιν πλὴν τοῦ * καὶ CΓ καὶ K. ἐκεῖνα γὰρ τριάδοια. *Sunt omnes Quaterni exceptis* * *&* CΓ *&* K. *illi enim terni.* Ἐγράφη ἐν Ἐνετίαις τῇ καττιτερίνῃ χειρὶ ἐν οἰκείᾳ (repone οἰκίᾳ) Ἄλδυ τοῦ Μανετίυ Ῥωμαίου καὶ Φιλέλληνος. Θαργηλιῶνος Φθίνοντος. X. HHHH. ⊡ ΔΔΔΔΠΙΙ. α. υ. ςζ. *Excriptum Venetiis manu stanneâ in domo Aldi Manutii Romani & Græcorum studiosi Mense Februario.* M. III. D.

Eodem anno post spatium trimestre editi sunt [1] Libri THEOPHRASTI decem de plantis, & quatuor de plantarum causis; ARISTOTELIS & ALEXANDRI *Aphrodisiensis* Problemata; ARISTOTELIS Libri de Mechanicis; ejusdem & THEOPHRASTI de Metaphysicis. Ad calcem tabula quinternorum, quaternorum & ternorum. Ἐγράφη ἐν Ἐνετίαις ἐν οἰκείᾳ (repone, uti prius, οἰκίᾳ) Ἄλδου τοῦ Μανουτίου. Ἑκατομβαιῶνος νουμηνίᾳ. X. HHHH. ⊡: ΔΔΔΔΠΙΙ. α. υ. ςζ. *Excriptum Venetiis in domo Aldi Manutii. Calendis Junii.* M. III. D.

Anno demum 1498. finitum est ARISTOTELIS quintum & ultimum [2] Volumen Libros ejus Ethicos, Politicos, & Oeconomicos com-

& Galeni omnia & cæterorum illustrium, qui in medicinâ scripserint. Condonabimus deinceps mathematicos omnis. Quid quæris? Efficiam profectò (si diu vixero) ne desint boni libri bonarum litterarum & liberalium artium studiosis. Vale.

1 *Aldus* in Epistolâ ad ALBER. PIUM habet hæc. *In his imprimendis eâ usus sum curâ, ut si cui alius atque ego feci, constituendus ordo videbitur, facilè id queat pro arbitrio suo. Quare autem nos hôc ordine usi sumus, alibi cognosces. Illud certò scias cum cæteris studiosis, omnia à nobis in durâ hâc, & sumptuosâ provinciâ fieri accuratissimè. Quod sicubi non factum videbitur, quòd quædam dari meliora potuerint, videte ne sitis ingrati, cùm noctè, dieque, vel supra vires vobis laborem. Quod tamen facio perlibenter. Nec ab incœpto unquam desistam, nisi effecero, quod sum pollicitus. Nullis profectò parcam sumptibus quamvìs magnis. Parvifaciam labores omnis, etiam si in voluptate vivere, & in ocio esse semper possim. Es enim tu mihi optimus testis, an potiores Herculis ærumnas credam, sævósque labores, & Venere, & cœnis, & plumis Sardanapali. Natus enim homo est ad laborem, & ad agendùm semper aliquid viro dignum, non ad voluptatem, quæ belluarum est, ac pecudum.* Cura ea, quam *Aldus* se in hôc volumine adhibuisse scribit, est hæc, ut suo quique novo signaturarum & ciphrarum ordine incipiant.

2 *Ald.* in Epistol. ad *Albert.* PIUM.—— —— *Oeconomica potiùs fragmenta quædam, quàm liber integer & absolutus videbuntur. Atque utinam id omne, quod est à Leonardo Aretino in Latinum traductum, dare potuissem. Quod ut haberemus, Romam, Florentiam, Mediolanum, in Græciam, ad ipsos quoque divisos toto orbe Britannos, & quò non? misimus, nec nisi, quod etiam Venetiis habebatur, accepimus. Atque hic est sextus mensis, ex quo penè absolutos hos libros, dum id, quid deerat, expectaremus, non sinè magno incommodo intermisimus: hoc est secundum à Leonardo tralatum librum, qui Latinè incipit, Probam mulierem. Qui cùm à nobis nusquam inveniretur, in ejus locum aliud quoddam, etsi ad politica magis,*

f. Errata

complectens. Ad calcem, *Registrum.* Ἅπαντα πεντάδια, πλὴν κκκκ δυαδίου, xxxx καὶ ΓΓΓΓ τριαδίων. ΨΨΨΨ. καὶ KKKK. ἑξαδίων. *Omnes quinterni præter* κκκκ *duernum.* xxxx. & ΓΓΓΓ *ternos.* ΨΨΨΨ. & KKKK. *sexternos. Venetiis.* M. II. D. *Mense Junio. apud Aldum.*

Dum larga horum Philosophorum volumina sub prælo sudabant, *Aldus* nullis laboribus fractus, ut lectoris tædium levaret, ejúsque animum continuâ lectione Philosophicâ fortasse fessum materiâ subinde variâ reficeret, Poetarum quorundam & Grammaticorum Opera interjecit.

Anno itaque 1495. THEOCRITI Idyllia triginta, HESIODI Opera, THEOGNIDIS sententias, PYTHAGORÆ Carmina aurea, & PHOCYLIDÆ Poëma cum aliis ejusdem materiæ Opusculis emisit, & [1] *Baptistæ* GUARINO præceptori suo dicavit. Ad calcem; *Im-*

magis, quam ad œconomica spectare videtur, studiosis damus, daturi & id parum, quod deest, cùm primum haberi poterit. Videant igitur quidam vel ingrati, vel invidi, vel malevoli, quàm sit difficile qualescunque, nedum emendatos imprimendos curare Aristotelis libros, cæterorúmque illustrium perraros inventu. —— Mihi in tanto odio & invidiâ improborum hominum, id valde gaudendum est, quòd industriâ nostrâ potissimùm, maximísque laboribus effectum est, quod maximè cupiebamus. Ut scilicet rejiciendas ineptias, & barbariem, Græcísque auctoribus, & bonis artibus dandam operam, jam omnes, qui recto sunt judicio, censeant, cœperintque plurimi exemplaria Græca nocturnâ versare manu, versare diurnâ.

[1] *Aldus Manucius Romanus Baptistæ Guarino præceptori suo S. P. D.*

En tibi, Magister doctissime, Theogonia Hesiodi, quam petis à nobis, interpretaturus publicè discipulis tuis. Addidimus ejusdem Poetæ Scutum, ac Georgicorum libros: nec non Theocriti Idyllia seu opuscula triginta; Item moralia versu elego Theognidis poetæ antiquissimi; cujus & Plato in legibus, & Isocrates meminit in orationibus. Nec deest Phocylides: quem antiquis ethographis annumerat Isocrates ad Demonicum. Operæpretium etiam visum est addere interpretationem maximi Planudii ejus libelli, qui incipit: Cùm ego animadverterem. Quem fama est fuisse Catonis cujusdam. Sed quicunque fuit, doctus fuit & lectu dignus. Cujus sententiæ cùm esset Planudius Græcis quoque legendum tradidit versu hexametro & doctè quidem & eleganter. Hanc interpretationem in membranâ abhinc trecentis annis & plus eo scriptam litteris propè exesis, ut vix dignosci possent, vidisse se retulit mihi Franciscus Roscius juvenis plenus fide; & Græcè & Latinè apprime doctus. Nec mirum est; nam & ipse ex tuâ fœlici Veronâ oriundus, quæ mater & alumna est & semper fuit doctissimorum hominum. Inseruimus & alia quædam profutura studiosis, quæ in fronte libri impressa licet videre. Siqua tamen leges incastigata, magister doctissime, tam hìc quàm in cæteris libris: quos ego ad communem studiosorum omnium utilitatem curo imprimendos (nam esse aliqua non eo inficias) non mihi imputes: sed exemplaribus. Non enim recipio me emendaturum libros: nam in quibusdam Oedipo conjectore opus esset. Ita enim mutilati quidam sunt & inversi, ut ne ille quidem, qui composuit, si revivisceret, emendare posset. Sed curaturum summo studio, ut vel ipso exemplari imprimantur correctiores. Sic in Apollonio grammatico fecimus, sic in hôc libro in iis, quas addidimus, eclogis, rati satius esse aliquid habere quàm nihil. Quod incorrectum est, si lateat, raró vel potiùs nunquam emendatur. Si verò prodit in publicum, erunt multi, qui castigent saltem

Impressum Venetiis characteribus ac studio Aldi Manutii Romani cum gratiâ &c. M. CCCC. XCV. *Mense Februario.*

Anno

saltem longa die. Sic in Fabio Quintiliano: sic in C. Pl nio nepote: sic in nonnullis aliis factum videmus, qui quotidie emendantur, quotidie pristinæ elegantiæ & candori propius accedunt. Sed periniqui sunt & ingrati, siqui sunt, qui me accusent. His ego nihil imprecarer, nisi ut quemadmodum ego ita & ipsi curarent aliquando imprimendos Græcos libros. Sentirent certè longè aliter, sed hæc satis. Hunc verò librum tibi dicamus Præceptor Excel. &c. FABRIC. in *Biblioth. Græc.* lib. 3. pag. 436. Exemplo hujus editionis, quod apud me est, *Dan.* HEINSIUS manu suâ adscripsit: *Ex hac Theocriti editione videntur quædam non vulgaria in reliquis recentioribus posse emendari.*

Nonnulla sunt, in hæc THEOCRITI Idylliorum triginta editione, quæ scire lectorem non pœnitebit. Quædam his admiscentur, quæ & MOSCHO & BIONI adscribuntur. Post Idyllia 18. priora, sic se habet reliquorum ordo.

Ἐπιτάφιος Βίωνος.
Εὐρώπη.
Μόσχου Ἔρως δραπέτης.
Κηριοκλέπτης.
Ἐπιτάφιος Ἀδώνιδος.
Βουκολίσκος.
Θεοκρίτου Ἁλιεῖς.
Μεγάρα γυνὴ Ἡρακλέους.
Θεοκρίτου Διόσκουροι.
Θεοκρίτου Ἐραστής.
Σύριγξ.
Εἰς νεκρὸν Ἄδωνιν.

Præterea hujus ejusdem editionis duo diversa vidi Exemplaria; quæ in quibus invicem discrepant, indicandum est.

In Idyllio, quod inscribitur Μέγαρα, alterum horum duorum Exemplar post versum 13. Σχέτλιος, ὃς τόξοισιν &c. statim subjungit finales Idyllii, quod inscribitur Ἐπιτάφιος Βίωνος, versus, incipiens à versu 35. τῶ μέλιτος τῶ σῶ &c. Porrò in Idyllio, cui titulus Διόσκουροι, idem post vers. 184. Ὡδ᾽ αὔτως Κάστωρ &c. statim subjicit octo versus finales ex HELENÆ Epithalamio, Εὐτεκνίην Κύπρις &c. usque ad Ὑμὰν ὦ Ὑμέναιε &c. Magnam quoque in ipsis versibus discrepantiam lector inveniet. Idem Exemplar post ultimum Idyllium addit duos breves tractatus, Γένος Θεοκρίτου, & Περὶ εὑρέσεως τῶν βουκολικῶν, qui licèt in Libri fronte promittantur, in altero tamen Exemplari deficiunt, cujus scilicet ternio Θ post versus in locum aliorum mendosè repetitorum restitutos duobus his tractatibus spatium non reliquerat. Tamen in utroque, cùm ternionis hujus paginæ dissentiant, idem est Registrum. Denique in utroque συρίγγος figura est dispar, & Idylliorum quorundam tituli diversi.

Μέγαρα γυνὴ Ἡρακλέους.
Διόσκουροι, κοινῇ Ἰάδι.

Μισῶν φιλέοντα.

Ἤχημα Μουσῶν, ἢ Θεοκρίτου
Σύριγξ. Τῷ Πανί.

Μέγαρα γυνὴ Ἡρακλέους, Δωρίδι.
Θεοκρίτου Διόσκουροι, κοινῇ Ἰάδι, ἐγκωμιαστικόν.
Θεοκρίτου Ἐραστής, Δωρίδι διηγήμαται. (Repono ex aliis editionibus διηγηματικόν.)
Τῷ Πανί.

Anno eodem ¹ THEODORI Grammaticam, & Opusculum de mensibus, APOLLONII Syntaxin, & HERODIANI tractatum de numeris vulgavit. Ad calcem Grammaticæ THEODORI, Τέλος τȣ̃ (repone τοῦ) τετάρτου τῶν εἰς τέσσαρα τοῦ Θεοδώρου γράμματικῆς εἰσαγωγῆς. Καὶ Ἰησοῦ χριστῷ πλείστη χάρις. Postea *Registrum præcedentium quaternionum.* Ἐτυπώθη ἐν Ἐνετίαις δεξιότητι Ἄλδου Μανουκίου τοῦ Βασιανέως. Ad calcem APOLLONII, *Registrum tantùm Apollonii. Impressum Venetiis in ædibus Aldi Romani octavo Calendas Januarias.* M. CCCC. LXXXXV.

Anno 1496. *Thesaurum Cornu-copiæ* & *Hortos* ADONIDIS, i. e. variorum de re Grammaticâ opusculorum syllogen, luce donavit. Huic præmittuntur Præfationes quatuor, duæ * *Aldi* & ¹ POLI-

¹ *Aldus Manucius Romanus Lectori. S. D.*

Non sum nescius, studiose lector, hanc Apollonii Theodorique grammaticen visum iri tibi primò duriusculam atque insuavem: deinde cùm eàm accuratè relegeris, & facilem & jucundam. Nam Theodorus (si dictionem attenderis) videbitur tibi dulcis, eloquens, & planè Atticus, nihilque prætermisisse, quod sit necessarium volenti Græcè discere. Si verò doctrinam atque ordinem (Pace aliorum dixerim) solus docere bonas litteras cæterorúmque grammaticorum facilè princeps. —— *Apollonio, si eum tibi legendo feceris familiarem, magnopere delectaberis ac proficies. Est enim doctus, elegans, varius & peracutus; hic est, de quo sic in proœmio meminit Priscianus. Quid enim Herodiani artibus certius? Quid Apollonii scrupulosis quæstionibus enucleatius inveniri queat? Et in eodem. Quamvis ad Herodiani scriptorum pelagus & ad ejus patris Apollonii spaciosa volumina, compendiosa existimanda sint scripta librorum meorum. Eum verò esse, de quo Priscianus, potes ex ejus vitâ colligere, quæ impressa est in principio ipsius libri de constructione, in qua filii quoque Herodiani fit mentio. Edidit uterque de arte grammaticâ immensa volumina, quæ legisse videtur Priscianus. Nos autem ut aliis plurimis in quavis scientia, pretiosissimis libris vel hominum incuriâ, vel infœlicitate temporum, his quoque caremus. Vix extant Apollonii quatuor libri de constructione, qui quales sint studendo tu ipse cognosces. Illud non te fugiat, exemplaria habuisse me quamplurima curasséque ut quàm emendatissimè imprimerentur, neque quicquam ausum aut addere aut diminuere. Sperabam enim cùm cæteros Apollonii libros, tum hos quoque de constructione habiturum nos aliquando correctiores, & quotcunque etiam scripsit Herodianus filius, si quo in carcere indignè & miserabiliter detenti latent squallidi fuliginosique & corrosi blattis.* Miror obiter *Aldum* in suâ superiore epistolâ, ubi leguntur hæc [*Item quæ Græci: passiones nos dicimus*] spatiolum illud vacuum reliquisse, quasi typorum Græcorum, quibus vox πάθη imprimeretur, penuriâ laborasset.

* *Aldus Manucius Basianâs Romanus studiosis omnibus S. P. D.*

—— *Spero fore illud, ut siqui sunt tam pravo ingenio, ut communi omnium bono mœreant, aut rumpantur invidiâ: aut succumbentes mœrori miserè conficiantur, & denique suspendant se, quandoquidem quæcunque extant Aristotelis volumina, videbunt brevì nostris excusa formis. Imprimentur propèdiem & commentarii. Jam ferè omnes coegi. Incumbite vos, quæso, incumbite bonis litteris: quando ego vobis adjuvante Christo IESU Deo optimo maximo optimum quenque librum suppeditabo. Ecce habetis opus oppidò quàm utile & necessarium quem* κέρας *'*Αμαλθείας*, quem* κῆπος Ἀδώνιδος*, quem jure Thesaurum appellaverim. In eo enim ferè omnia reposita sunt, quæ desiderare quis possit ad perfectam absolutámque cognitionem litterarum Græcarum & eorum præcipuè quæ leguntur apud poetas, qui verba variis figuris, ac linguis, ita sæpe immutant, ut facilius sit* Nihi

[1] POLITIANI *Latinè*, totidem [2] CARTEROMACHI & [3] CAMERTIS,

Nili caput, quàm alicujus temporis thema, aut principium invenire, &c. —— *librum Copiæ-cornu hortósque Adonidis, & thesaurum dicimus propter summam, quæ in eo est, rerum bonarum copiam. Primus labor in eo fuit Guarini Camertis, & Caroli Antenorei Florentini hominum multi studii, ac in Græcarum litterarum lectione frequentium. Hi simul ex Eustathio, Etymologico, & aliis dignis grammaticis accepere hæc canonismata: digesseréque per ordinem litterarum: nec sine adjumento, & consilio Angeli Politiani, viri summo ingenio, ac impensè docti. Secundus verò labor meus fuit: qui ea omnia recognovi non parvo labore, cum iis conferens, unde excerpta voluminibus fuerant. Multa enim addidi, plurima immutavi adjuvante interdum Urbano divi Francisci fratre optimo: à quo brevi habebitis quas summâ curâ, ac doctissimè composuit in Græcam Linguam introductiones.* —— *Postremò illud nolo vos ignorare, bonarum litterarum amantissimi, notasse me asteriscis, quæ obscura, concisa & depravata visa sunt, obeliscis verò, quæ superflua judicavi. Cur autem aliqua signo alterutro annotanda, prætermiserim, habuit multas causas. Sed præcipua fuit angustia temporis. Peto igitur à vobis, si qua in tanto opere non placuerint, quòd vel reprehendenda vel non plana videantur, ne mihi succenseatis, sed iis, si audebitis, unde accepta sunt: vel bellis potiùs exterarum gentium: quibus & Græcia & Italia semper obnoxia fuit. Mendosorum enim est exemplarium culpa, non mea. Nihil magìs depravatum grammaticis; fragmentata omnia; nihil absolutum, nihil integrum. Quanquam hic liber (ut dixi) thesaurus est,* [illegible]ερας τε 'Αμα[illegible]τειας καὶ κῆποι 'Αδώνιδος, *quoniam in eo uno ferè omnia congesta sunt, quæ digna scitu in aliis leguntur. Itaque si inter tot laudanda aliquid minùs probandum legeritis, mementote illius Horatiani præcepti: Verùm ubi plura nitent in carmine, non ego paucis offendar maculis: quas aut incuria fudit, aut humana parum cavit natura. Estote igitur impressionis nostræ æqui judices, affectique beneficio minimè ingrati: & misereminí laborum nostrorum. Valete.* Ut lector specimen habeat horum, quorum hic mentio fit, Asteriscorum & Obeliscorum, consulere poterit sequentes locos hujus *Thesauri*, viz. fol. 6. pag. 2. in voce Ἄϊδι. fol 62. pag. 2. in voce Ἐγκοροδισμένος. fol. 95. p. 1. in voce Κρήγυον. fol. *76. p. 1. in voce Ἠσθῆσθαι.

1 *Angelus Politianus Varino Camerti suo S. D.*

Consulis me, Varine, de novi operis editione, quo tu videlicet inclinationes omnes paulò remotiores Græcæ Linguæ breviter ac dilucidè pérque ordinem litterarum complexus es. Ego vero te, ut edas, quàm maximè adhortor: quippe usui magno futurum Græca discere cupientibus tibique immortalem gloriam pariturum. Mihi certè (quid enim dissimulem?) gratissimum facies; nam cùm te semper habuerim quasi eximium inter discipulos utriusque linguæ, meáque tibi in litteris etiam arcana retexerim: quod tu homo gratissimus libenter & profiteris & prædicas: nimirum scilicet ad me quoque portio aliqua tuæ tantæ laudis redundat. Hoc idem (puto) & Carolus ipse tuus Antenoreus honestus adolescens exoptat, ejusdem tecum laboris particeps. Quid autem dixi, tuus, ac non potiùs noster, quando utrique pariter operam dedit?

2 CARTEROMACHUS laudat *Varini* CAMERTIS in *Græcis* litteris peritiam. CAMERTEM in loco suprà citato non *Varinum* sed *Guarinum* ALDUS appellat. Sic ARISTOBULUS in Epigrammate huic libro præfixo Γυάρινος. Ipse se in suâ Epistolâ dicit Βαρῖνος.

3 Suam Epistolam scribit ad *Petrum* MEDICEM, quem laudat ob magnos ipsius in Linguâ *Græcâ* progressus πολλά (inquit) εἰσι καὶ ἄλλα, ὦ χαριέστατε, ἅμε προὔτρεψαν πρὸς σὲ γράφειν· ἀλλὰ τὸ μέγιστον ἡ εὔνοια, ἣν πόλλα ἔτη πρὸς σε ἔχων διατελῶ. Πῶς γὰρ οὐκ ἀνόητος καὶ οὐδενὸς λόγου ἄξιος οὐκ εἰκότως δόξαιμι, ὃς ἤδη δέκα καὶ δύο ἔτη ὅλα παρὰ τῷ Θωμᾷ τῷ 'Αντηνορίῳ καὶ τοῖς αὐτοῦ υἱοῖς πολίταις βελτίστοις καὶ σοὶ εὐνουστάτοις καὶ πιστοτάτοις βιώσας, εἰ μή σε μεγάλως καὶ ὑπερφυῶς ἀγαπῴην. Ἔτι καὶ ἄλλο κατὰ πολὺ προὐκαλέσατό με· Ἄγγελος γὰρ ὁ Πωλιτιανὸς, ὃς ἐμὲ Λατινιστὶ καὶ Ἑλληνιστὶ μονονουχὶ ἐκ τῶν ἀπαλῶν ὀνύχων ἐπαίδευσε, σὸς γέγονε διδάσκαλος. Εἰ οὖν, ὦ Πέτρε, σοὶ μὴ ἀνατιθείην πάσας ἐμοῦ τὰς ἀγρυπνίας

καὶ

MERTIS *Græcè*; cum *Græcis* POLITIANI, ARISTOBULI, GARTEROMACHI & [1] ALDI Epigrammatibus. Ad calcem, *Registrum Quaternionum. Venetiis in domo Aldi Romani summâ curâ laboréque præmagno. Mense Augusto.* M. IIII. D.

Anno 1497. edidit URBANI Grammaticam *Græcæ* Linguæ; & Lexicon *Græco-Latinum* cum AMMONII catalogo vocum similium & dissimilium, & indice nominum tacticorum; alíisque hujusmodi brevibus tractatibus; adjecto ad finem *Latino* alphabeto; quod ut in gratiam eorum, qui Græcas litteras discere concupiscunt, componeret, nec impensæ, nec labori se pepercisse testatur.

Anno 1498. ad *Græcæ* Poeseos genus adhuc apud Typographos intentatum & novum, nempe scenicum, ALDUS se convertit: & novem ARISTOPHANIS Comœdias *Græcis* scholiis illustratas excudit, *Danieli* CLARIO *Parmensi* * nuncupatas, cum Græcis *Marci* MUSURI

καὶ τοὺς πόνους, πῶς αὐτῷ τὰ δίδακτρα ἀποδιδοίην; Ἰδοὺ οὖν πρῶτον τῶν πολλῶν καὶ θαυμαστῶν σου ἀρετῶν ἕνεκα &c. —— μάλιστα συναιροῦντος καὶ βοηθοῦντος τοῦ Καρίλου τοῦ Ἀντηνορόου νεανίσκου οὐ μετρίως ἐν ἑκατέρᾳ τῇ γλώττῃ πεπαιδευμένου πολὺν χρόνον πονήσας ταῦτα τὰ κανονίσματα περὶ τῶν ῥημάτων —— —— συνείλοχα &c. —— διεξελήλυθα οὖν μετὰ πάσης σπουδῆς ὅλον τὸν Εὐστάθιον, γραμματικὸν δηλαδὴ ἔνδοξον, καὶ τοῦ Ὁμήρου ἐξηγητὴν χρησιμώτατον. Ἀνέγνωκα δὲ καὶ τὸ μέγα Ἐτυμολογικὸν, καὶ ἄλλους τινὰς ἐξηγητὰς, κἀκ τούτων ἁπάντων ταῦτα τὰ καλὰ καὶ πάνυ ἀναγκαῖα σπουδαίων χάριν περὶ τὰ Ἑλληνικὰ ἐξελεξάμην. &c.

[1] En *Aldi* Epigramma Dialecto Doricâ conscriptum:

Αἷς γνῶν Ἡσίοδον, καὶ Σιμιχίδαν, καὶ Ὅμηρον,
Ποιητάς τ᾽ ἄλλως; τὰν λαβὲ πραξομέναν.
Κ᾽εἰς γὰρ Λατοΐδα γλυκερὸν δᾶ, κ᾽εἰς τε πόρευσεῖ
Μωσά ρ᾽ ἀηδονέων ἄλσεα Πιερίδων.

In nullis ferè Libris impressis frequentiores, quàm in duobus his Grammaticorum voluminibus, abbreviationes vidi, quas à manuscriptis codicibus traxerunt Typographi. De quibus abbreviationibus scripsi pluscula in Annal. Typogr. Tom. I. p. 247. 248.

* ALDUS in suâ Epistolâ sic: *Perbeati illi mihi videntur*, Clari *vir doctissime, qui hôc tempore in summâ bonorum Librorum copiâ liberalibus disciplinis operam daturi Græcè discunt: facilè enim ac brevì Græcam Linguam, nisi ipsi sibi defuerint, consequentur; in quâ multis sæculis nullus ferè ex Latinis, culpâ magis temporum quàm ingeniorum, excelluit: facillimè Græcis literis adjutricibus omnium laudatarum artium procreatricem philosophiam callebunt, nec medicinam minùs. Errant meo judicio multùm, qui se bonos Philosophos Medicósque evasuros hôc tempore existimant, si expertes fuerint literarum Græcarum. Quibus &* Aristoteles, *quicquid ad Dialecticen, ad Philosophiam & naturalem, & transnaturalem, & moralem, quicquid ad Rhetoricen & Poeticen pertinet, doctissimè scripsit.* ALDUS igitur noverat ARISTOTELEM de Rhetoricâ & Poëticâ scripsisse. Hos tamen Philosophi Tractatus nondum viderat, quos nequaquam inter reliqua, quæ excudit, illius Opera omisisset. Redeo ad supradictam ALDI Epistolam. —— *Optimè igitur tu, mi* Clari, *in præstanti istâ & opulentâ urbe* Ragusio *juventuti consulis, qui eam & Græcè & Latinè simul, ut præcipit* Quintilianus, *summo studio, ac fide jam multos annos publico conductus stipendio doces; quod ut tibi factu facilius est, mitto ad te* Aristophanem, *ut illum non modo legendum, sed ediscendum quoque discipulis præbeas tuis; quem in tuo nomine publicare voluimus, ut conjunctionem studiorum, amorisque nostri, quo possem munere, declararem, & præsertim cùm tu, etsi de facie non novimus, assiduis tamen*

SURI [1] Præfatione & *Scipionis* CARTEROMACHI [2] Epigrammate. Ad calcem, *Registrum.* Ἅπαντά ἐςι τετράδια, πλὴν τῶν δ. ο. Π. πενταδίων, καὶ τῶν Φ. Ζ. Τ. τριαδίων, καὶ τοῦ Μ. διαδίου. *Omnes sunt quaterni, exceptis* δ. ο. Π. *quinternis, & Φ. Ζ. Τ. ternis, & M. duerno. Venetiis apud Aldum. M. II. D. Idibus Quintilis.* In ARISTOPHANIS Textu specimen Græcorum suorum majorum (quantum adhuc videre contigit) ultimum; in scholiis minorum, sed elegantiâ illis majoribus non absimilium, primum dedit; quibus uti in reliquis deinceps Libris usque ad hujus centuriæ finem maluit.

Eodem anno, POLITIANI non multò antè morte præmaturâ erepti Operibus omnibus vitam reddidit longiorem, his præmissa ad *Marinum* SANNUTUM *Leonardi* filium patritium *Venetum* [3] Epistolâ.

tamen me afficias beneficiis. Essem profectò ingratissimus, si te valdè amantem, non redamarem. Accipe igitur novem Aristophanis *Fabulas; nam decimam* Lysistraten *ideo prætermisimus, quia vix dimidiata haberi à nobis potuit. Sint satis hæ novem cum optimis & antiquis (ut vides) commentariis, quibus Græcè discere cupientibus nihil aptius, nihil melius legi potest, non meo solùm judicio, quod non magnifacio, sed etiam* Theodori Gazæ *viri undecunque doctissimi, qui interrogatus quis ex Græcis Auctoribus assiduè legendus foret Græcas literas discere volentibus, Respondit, solus* Aristophanes, *quòd esset sanè quàm acutus, copiosus, doctus, & merus Atticus. Hunc item* Joannes Chrysostomus *tanti fecisse dicitur, ut duodetriginta Comœdias* Aristophanis *semper haberet in manibus, adeò ut pro pulvillo dormiens uteretur. Hinc itaque & eloquentiam & severitatem, quibus est mirabilis, didicisse dicitur. Ego sic assiduè legendum à Græcis censeo* Aristophanem, *ut à nostris* Terentium; *quem quòd semper legeret,* M. Tullius *familiarem suum appellabat. Vale.* Venetiis *tertio Idus* Julias. M. II. D.

1 Μάρκος Μουσοῦρος ὁ Κρὴς τοῖς ἐντευξομένοις εὖ πράττειν.

Ἄχρι μὲν τοῦ παρόντος, ὦ φιλέλληνες, Ἄλδος ἔπραξεν ἡμῖν Ἑλληνικῶν εὐπορεῖν βιβλίων, ἀφ' ὧν ἐςι τὴν μὲν φύσιν τῶν ὄντων κατανοεῖν, τὰς δὲ περὶ τὸ ἦθος ἀρετὰς καὶ κακίας διαιρεῖν, καὶ τίνι συλλογιζομένους μεθόδῳ τ' ἀληθὲς μετιέναι προσήκει, μανθάνειν. Ἃ γὰρ τῶν Ἀριςοτέλους συγγραμμάτων καὶ ἐς ἡμᾶς σωθέντα διατελεῖ, δαπάνης φεισάμενος οὐδεμιᾶς ἐνετύπωσεν, ἐφ' ᾧτε δεξιὸς τοῖς εἰλικρινοῦς παιδείας ἐφιεμένοις τόγε ἐς αὐτὸν ἧκον γενέσθαι. Νῦν δὲ θεωρῶν καὶ σκοπῶν τοῖς φιλοσοφοῦσι μετὰ τὴν τῶν λεπτῶν καὶ μετεώρων ἀνάγνωσιν ἐνδεῖν τινα καὶ ψυχαγωγίαν, δι' ἧς τὴν διάνοιαν ἔχοιεν ἂν ἀπειρηκυῖαν ἀνεῖναι, παιδιὰν ἡμῖν οὐ πάντως ἀσπούδαστον ἐπενόησε, μηδοτιοῦν προϊεμένοις καιροῦ, τὰς Ἀριςοφάνους θυμέλας οὐ μόνον ἀγομένων Διονυσίων Ἀθήνησιν, ἀλλ' αἰεὶ προχείρους καὶ πανταχοῦ θεᾶσθαι παρασκευάσας. —— Οὐ μόνον τὰς ἐξηγήσεις συνείρειν ἠργολαβήσαμεν πεφυρμένας τέως, ὡς ἴσασι καὶ αὐτοί, ἀλλὰ καὶ τυπωθείσας ἤδη ἐπιτετράμμεθα διορθοῦν. Αἱ δὲ τῶν χαλκογράφων ἁμαρτίαι κάρηνά εἰσι Λερναῖα τῆς παλιμφυοῦς Ὕδρας πολυπλοκώτερα, καὶ τῆς Ἰόλεω ἐπικουρίας δεόμενα. Ὅσῳ γὰρ ἐξεκόπτομεν, τοσῷδε πλείους ἡμῖν ἀνεφύοντο, τοῦ τὸ μὲν μεταβάλλειν, τὸ δὲ προστιθέναι, τὸ δ' ἀφαιρεῖσθαι τῶν ςοιχείων ἀφορμαί. &c.

2 Σκιπίωνος Καρτερομάχου τοῦ Πιςοριέως.

Ὅσσῳ τῶν προτέρων πλείους ποτὲ τ' ἀνδρὸς ἐφεῖντο,
Τόσσῳ παυρότεροι εἶχον Ἀριςοφάνην.
Νῦν δ' ὀλίγου, πάρα μὲν πᾶσιν, καὶ πᾶσιν ὀπηδεῖ.
Μηδένα τῶν πάντων, πᾶς γὰρ, ἀναινόμενος.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πάντες τὸν ἐρώμενον ἔσχετ' ἑταῖροι,
Χρήν' Ἄλδῳ πολλὰς εὐθὺς ἔχειν χάριτας.
Ἄγνωςον δ' αὐτῷ καὶ πλείονας ὅςις ὀφείλει,
Ἢ ὑμεῖς, ἢ καὶ αὐτὸς Ἀριςοφάνης.

3 In quâ sic ALDUS: —— *quanquam es doctissimus, semper tamen cùm veterum tum neotericorum legis aliquid, memor* Pliniani *illius,*

lâ. *Venetiis in ædibus Aldi Romani mense Julio. M. II. D. cum Registro.*

Hoc anno, impressum est BERGOMI, SCIEDAMI, UTINI, & OPPENHEIMII; item ANDEGAVIS, a JOHANNE ALEXANDRO: Proximo, BAMBERGÆ, à JOHANNE PFEIL; LANTRIGUIERI à Joanne CASNEZ: Anno demum 1500. PERPINIANI, à JOHANNE ROSEMBACH; AURELIANI, à PETRO ASSELINO; CRACOVIÆ; SCHONHOVENIÆ, in Regularium Conventu.

Anno 1499. Aldus duos Epistolarum à variis Authoribus Græcè scriptarum libros *Antonio Codro* URCEO dedicavit. Ad calcem Libri primi, *Græca Marci* MUSURI *Epistola, Registrum & signaturarum ordo; Venetiis apud* ALDUM. *Mense Martio* (die 29. uti ex Epistolâ * Mu-

illius, nullum esse tam malum librum, qui aliquâ in parte prodesse non possit. Ex quo itaque accepisti Angeli Politiani *summo viri ingenio & singulari doctrinâ lucubrationes excudi formis in ædibus nostris, me, ut editionem accelerem, hortari non desinis, quòd summi ingenii labores præstanti ipse ingenio legere concupiscas, addito tamen Græco adagio* σπεῦδε βραδέως. *Quare tibi* Politiani *quæcunque habere potuimus* Opera, Marine *suavissime, dicata muneri mittimus. Quæ verò ea sint, in Indice, qui statim post Epistolam legitur, licet videre. Quòd si quid doctas aures tuas offendet tanquam parum elaboratum & cultum, scito non esse hæc edita ab ipso, sed ab amicis, & præcipuè ab* Alexandro SARTIO Bononiensi *litteratis omnibus pergrato viro, qui amicissimi viri quæcunque habere potuit Opera multùm ac diù & accuratè quæsita imprimenda curavit. Et igitur dignissimus venia* Politianus *noster, siquid in ejus scriptis deprehendetur vitii; quandoquidem emendaturus, si licuisset, erat: immo si annos suos vixisset, & Leges ex Pandectis, quæ olim* Pisanæ *fuerunt, in pristinam, quod cœperat facere, lectionem restituisset, commentariósque in illas, quod prædicabat non barbarè sed more Romano & doctissimè confecisset. Cœperat etiam fœliciter & miro successu à barbaris Philosophiam ipsam asserere. Pollicebatur quoque intrà decennium liberalissimas artes omnes & vivâ voce & scriptis se luculentissimè enarraturum.* O *immaturam & crudelem mortem, quæ maximè sævit in summa ingenia!* O *jacturam semper dolendam! Quàm multa vir ille scitu dignissima posteris reliquisset, quæ fortasse nunquam scientur! Sed utinam & secundam centuriam Miscellaneorum & Epiphyllidas & in* Tranquillum, *in* Terentium, *in* Statium, *in* Quintilianum *ingeniosas & doctas annotationes & alia quàm plurima, ex quibus vel centum facere centurias potuisset, habuissemus! Prodiissent & illa in publicum profutura hominibus; quæ (ut audio) quidam* Florentiæ *occultant, ut edant pro suis.* Ante Græca *Politiani* Epigrammata habemus hanc *Zenobii Acciaioli* Epistolam. *Angeli* POLITIANI *Græca Epigrammata, sicut in archetypo volumine scripta erant, publicanda curavi. Non quòd ea censerem judicio auctoris ad æternitatem probata; sed ut bonis adolescentibus ad certam spem profectus extarent; cùm* Politianum *viderent in hoc quoque genere scriptionis, in quo Latini pantummodo mussitantes gloriari solemus, eo tamen studio ac diligentiâ processisse, ut horum permulta penè puer conscripserit. Quædam verò inambulanti etiam aut cœnanti veluti repentino calore fusa ipsi sciamus. In quis tamen ipsis (ut mihi quidem videtur) ejusmodi multa sunt, quorum si facilitatem ac copiam reputàris, magni quidem ingenii* Politianum *sed & multæ lectionis fuisse ostendant; planéque indicent, quantum vir ille opera pretium facere potuerit, si perficere, quæ cogitabat, per importunum obitum licuisset: Ut quòd effecit, laude dignissimus, quòd non potuit, veniâ ac commiseratione censendus sit.* Florentiæ *Kal.* Decemb. 1495. Epigrammatibus plerisque annum æræ Christianæ aut suæ ætatis (primo 1471. ætatis 17. ultimo 1493.) adjunxit *Politianus.*

* Ὠς

* MUSURI liquet) *M. ID.* Ad initium secundi, *Aldi* [1] *Epistola ad Urceum quinto decimo calendas Maias M. ID. data.* Ad calcem, *Registrum cum signaturis.* Ἐνετίῃσι καὶ τῦτο παρ᾽ Ἄλδῳ τοῖς Φθάσασιν ὁμοιοτρόπως. *Venetiis apud Aldum, eâdem, quâ cætera, conditione.*

Eodem Anno in Medicorum gratiam DIOSCORIDEM & NICANDRUM in [2] *Hieronymi* DONATI patritii *Veneti* nomine suo ære excusos publicavit, scholiis in hunc veteribus adjectis. Ad calcem DIOS-

* Ὡς μὲν Ἐνετίῃσι τὸ παρὸν ἐνετυπώθη βιβλίον, καὶ ὅτι παρ᾽ Ἄλδῳ, καὶ ὡς ὐκ ἄνευ προνομίυ, καὶ ὅτι μυτυχιῶνος φθένοντος τρίτῃ χιλιοσῷ υ̃ ἐνενηκοσῷ θ᾽ ἀπὸ τῆς θεογονίας ἔτει, ταῦτα δὴ οὔτε πρὸς ἐμῦ λέγειν, ὔτε τῶν φιλολόγων ὐδεὶς ἄνποτε τῆς τοιαύτης ἀπειροκαλίας ὐδὲν ἀπόναιτ᾽ ἂν ἀγαθόν. —— Ἔτι κἀκεῖνο πάντας εἰδέναι βυλοίμην, μάλιστα μὲν ἡμῖν τῦ ἄριστα διορθώσεως τὴν πραγματείαν ἕξειν μελῆσαι. Εἰδέτι πυ παρέδραμεν, ἢ διεστραμμένον εἶναι γράμμα, ἤτι τοιῦτον, οἷον ὐδὲ τοῖς ἄκρῳ φασὶ δακτύλῳ τῆς Ἑλληνικῆς γευσαμένοις φωνῆς, ἐμποδὼν ἂν πρὸς τὴν ἔννοιαν τῦ κειμένυ γενέσθαι. Ἐν μέντοι τοῖς Ἀλκίφρονος ἔστιν ὑ τὰ τῆς ἐννοίας διημαρτῆσθαι, μηδὲν ἡμῶν παρὰ τὰ ἐν ἀντιγράφοις ἀτηκέστως ὖσι διεφθαρμένοις ῥιψοκινδύνως καινοτομεῖν τολμησάντων. Ὅθεν ὐδ᾽ ἐκεῖνό γ᾽ ἂν εἰ καὶ μάλα φορτικὸν εἰπεῖν ὑποστειλαίμην, μηδένα τῶν καθ᾽ ἡμᾶς τὰ τοιάδε μεταχειριζομένων, ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς, οἷς ἡμεῖς ἐνετύχομεν, ἀντιγράφοις, ὑγιέστερον ἂν ταύτην ἐπανορθῶσαι τὴν βίβλον &c.

1 *Aldus Manutius Romanus Antonio Codro Urceo S. P. D.*

Collegimus nuper, Codre doctissime, quotquot habere potuimus Græcas epistolas, easque typis nostris excusas, duobus libris publicamus, præter multas illas Basilii, Gregorii, & Libanii, quas, cùm primùm fuerit facultas, imprimendas domi servamus. Auctores verò, quorum Epistolas damus, sunt numero circiter quinque & triginta, ut in ipsis libris licet videre. Has ad te, qui & Latinas & Græcas litteras in celeberrimo Bononiensi gymnasio publicè profiteris, muneri mittimus, tum ut à te discipulis ostendantur tuis, quò ad cultiores litteras capessendas incendantur magis, tum ut apud te sint Aldi tui μνημόσυνον & pignus amoris. Vale Venetiis quintodecimo calendas maias M. ID.

2 Quem sic in Epistolâ ALDUS alloquitur. *Nescio quid sit,* Donate *Vir integerrime, addo etiam doctissime, quòd ex eo tempore, quo non parvo meo incommodo, & labore renascentibus in* Italiâ *bonis litteris, quocunque potui modo, cœpi opem afferre, omnia mihi adversa, nunc hominum perfidiâ, nunc temporum infelicitate, contigerint. Nisi id* Græcorum *infortunio adscribendum est. Quòd ærumnosi futuri sint, quicunque ex nostris* Græcitati *opitulantur, quod etsi quidam joco solent dicere, multis tamen id ita esse probari exemplis potest. Quòd verò majore in dies animo perstiterim in proposito, & nunc maximè perstem, illud sæpe commemorans,* Tu ne cede malis, sed contra audentior ito, *mecum ipse demiror, atque eò magis, cùm excrucier, ac penè opprimar laboribus, & juvet opprimi, juvet esse miserum.* Video meliora, proboque, deteriora sequor: *nam tempus rem quàm carissimam perdens, mihi obsum, ut aliis prosim. Sed feram æquo animo mea damna, dum prosim; nec si vixero, ab inceptis unquam desistam, donec quod semel statutum mihi est, perfecero. Et quanquam majora viribus aggressi sumus, cùm domi nostræ ea ad Latinam, Græcámque & Hebraicam Linguam formis publicandam summo studio, assiduòque labore cudantur, quæ admirationi omnibus futura speremus, tamen (faveat Deus) bene ac pulchre omnia perficientur. Interea* Dioscoridem, *ac* Nicandrum *damus, rati gratissimos, atque utilissimos fore studiosis omnibus, atque iis maximè, qui sunt in* Plinianâ *lectione versati. Scis enim plurima esse in* Dioscoride, *quæ mutuatus videtur* Plinius: *quòd utrumque sæpe legeris, alterúmque cum altero accuratè contuleris. Hunc igitur librum, quò plus auctoritatis foret hisce laboribus nostris, in tuo nomine ære nostro excusum publicare voluimus: quòd tibi humanissimo omnium non ingratum fore existimabamus. Quare velim hunc etiam benignâ fronte suscipias, méque de hôc quoque labore ut facis ames. Quanquam illud fortasse in* Dioscoride *displicebit, simplicia quædam, quæ aliis quàm Græcis appel-*

DIOSCORIDIS, post alphabeticas, quæ signaturis inserviunt, litteras, Ἅπαντά ἐςι τετράδια πλὴν τῦ τελευταίϐ, τῦτο γὰρ πεντάδιον. *Omnes sunt quaterni, præter novissimum; is enim quinternus.* Ad calcem NICANDRI, A. B. Γ. Δ. τετράδια. Ε δὲ τριάδιον. *Venetiis apud Aldum. Mense Julio. M. ID.* Sequuntur deinde Scholia in NICANDRI *Alexipharmacorum* Librum ampliora cum ἐκθέσει Mensurarum & Characterum. Scholia hæc in binis paginarum singularum columnis disposita typis *Græcis* aliam formam, exiliorem nempe, nec adeò nigram, (qualis in Libris post 1500. ab ALDO impressis) referentibus excusa sunt.

Eodem anno, cùm omnes cujuslibet Artis & Scientiæ studiosos demerendi occasionem nullam omitteret, veteres ex *Græcis* & *Latinis* Astronomicos in corpus unum redactos, hos partim antè vulgatos, illos hactenus ineditos, typis elegantissimis publicavit. *Julium* MATERNUM ex *Scythicis* oris nuper allatum sub * *Guidi* PHERETRII *Urbini* Ducis nomine produxit. Ad calcem, *Venetiis in ædibus Aldi Romani mense Junio. M. ID. Nequis impune integros hos ac emendatos Materni libros, hinc ad annos decem, formis iterùm queat excudere, cautum est.* Signaturarum tabella. MATERNUM sequitur [1] MANILIUS; hunc ARATI Vita è *Græco* in *Latinum* versa *Aldo* MANUTIO interprete; dein *Arateæ* [2] GERMANICI, CICERONIS, [3] AVIENI trans-

pellantur nominibus, in contextu esse inserta, eáque in margine potiùs imprimenda fuisse censebis. Sed id nos idcirco fecimus, quoniam in contextu in omnibus ea legimus exemplaribus. Præterea quia non absurdum videbatur, etiam quo apud alias gentes nomine simplicia appellarentur, Dioscoridem *voluisse docere; & præsertim cùm ipse militem se fuisse, ac multam terram peragrasse dicat in proœmio: sed in contextúne, an in margine legantur, parvi referre existimo. Illud magis puto dolendum, nonnulla ex iis nominibus esse incorrecta: quæ tamen unusquisque sibi, correctius nactus exemplar, emendare poterit. Nos, quæ habere potuimus, dedimus Vale.* Venetiis *octavo Idus* Julias *M. ID.* Ex hâc Epistolâ constat ALDUM nil intentatum liquisse, ut omnibus litteratis in omni Linguâ prodesset; & *Hebraicæ* etiam Typographiæ non minùs quam *Latinæ* & *Græcæ* se accingere aliquando voluisse.

* *Operæ pretium mihi videtur*, Guide Pheretri *Dux ill. ut quæcunque volumina formis excudenda curamus, præfatione aliquâ veluti clypeo quodam munita exeant in manus hominum, &, quò sit illis plus auctoritatis, viris vel doctrinâ vel dignitate, vel utroque perinsignibus dedicentur. Quapropter* Julium Maternum *sub tuo fœlici nomine ære nostro excusum publicare voluimus, tibique dono mittere*, Guide *Princeps doctissime, rati fore tibi gratissimum, quòd integer & absolutus abusque* Getis *in* Italiam *redeat, suósque revisat, & patriam. Nam qui vagabatur priùs, valdequam depravatus erat, ac mutilus & fere dimidius.* —— Venetiis *decimo sexto Calendas* Novem. *M. ID.* Hanc Epistolam sequitur alia ad Cardinalem *Hyppolytum* ESTENSEM Epistola *Pescennii Francisci* NIGRI *Veneti* Doctoris anno 1497. (nam eo primùm editus est hic Author) data; in quâ scribit se *non parvo labore, operâ, industriâ, vaframento, periculo, lucubratione, ad superos deduxisse ab inferis* Firmicum *integrum, emendatum, tersum politum:* Et in eâdem præterea mentionem facit suæ *triplicis* Grammaticæ. *Latinam* tantùm ejus Grammaticam anno 1480. excusam vidi.

1 Excusus est antea anno 1474.

2 Hæc GERMANICI versio priùs prodiit ann. 1474. ALDUS (ut FABRICIUS observat in *biblioth. Lat.*) edidit hôc titulo; *Frag-*

translationes; ARATUS postea cum THEONIS scholiis, & PROCLI Sphæra, *Græcè*; Eadem *Latinè*, interprete *Thomâ* LINACRO, cum ejus dedicatoriâ [1] ad ARCTURUM *Cornubiæ Walliæ*que Principem præfatione, & * ALDI ad *Albertum* PIUM, *Gulielmi* GROCINI

Fragmenta ARATI Phænomenon *per* Germanicum *in Latinum versi cum commento in* Siciliâ *reperto. Propriè verò hoc quod vocat commentum non est commentarius in* Arati *Metaphrasin*, *unde* H. Grotius *illud tanquam alienum in* Arateis *suis prætermisit: sed ut* Jo. Fellus Oxoniensis *Episcopus in suâ* Eratosthenis *editione pulchre observavit; Latina Versio catasterismorum* Eratosthenis, *additis quibusdam excerptis* Nigidii Figuli *Sphæra Græcanica*, *& recentioribus quibusdam è* Plinio, Fulgentio Planciade *&* Isidoro *de naturâ rerum assumentis. Persuasit sibi nempe* Fellus *commentarium istum* (*quicquid* Scaliger *aliique viri docti aliter senserint*) Germanici *ipsius esse* (*quod &* Politiano *c.* 3. *Misc. &* Barthio *pridem visum*) *ab eóque non* Aratum *modò sed &* Eratosthenem *translatum esse Latinè.*

3 Antè prodiit ann. 1488.

1 BAYLE, Diction. dans les Notes B.] Cependant *Erasme* raconte, que cet Ouvrage fut dedié à *Henri* VII. &c. *Erasmi* verba in Epistolâ ad *Germanum Brixium* ann. 1530. 30. Jan. datâ [lege in Epistol. pag. 1263.] sunt hæc —— Thomam Linacrum, *qui Spheram* Procli, *ab alio nescio quo utcunque versam, exactiùs transtulit.* —— Thomæ Linacro *pessimè cessit, quòd* Proclum *à se denuo versum Regi hujus patri dicârat.* Andreas *quidam* Tolosates, *præceptor* Arcturi *Principis & in regnum paternum successuri, nisi mors antevertisset, cæcus adulator, nec adulator tantum, sed & delator pessimus, Regem admonuit hoc libelli jam olim fuisse versum à nescio quo; & erat, sed miserè. Hanc ob causam Rex & munus aspernatus est, & in* Linacrum *velut in impostorem inexpiabile concepit odium.* Hunc *Erasmi* locum citat *Albert. Fabric.* in *Biblioth. Græc.* p. 518. vol. 8. En tibi, Lector, ipsam *Linacri* Epistolam.

Ad Illustrissimum ARCTURUM Cornubiæ Valliæ*que Principem*, Thomæ LINACRI Britanni *in* Procli Diadochi *Spæram præfatio.*

Cùm statuissem, ARCTURE *Princeps Illustrissime*, *& totius ævi tui decus, pro meâ incredibili erga te pietate summâque observantiâ, mearum lucubrationum monumentum aliquod tibi nuncupare; succurrebat in primis* Procli *Sphæra, dignum* (*ni fallor*) *opus, cui tu præsertim aliquam partem studiorum tuorum impertias. Quippe qui secundus ex omni majorum numero extitisti, qui gentili syderis nomine vocarere. Huc accedit, quòd non parum adjumenti præstabit, vel ad Poëtarum lectionem* (*cui te incumbere miro jam successu cœpisse intelligo*) *vel ad celebrium locorum situs naturæque cognitionem: quæ reliquam quoque ætatem post publicas sollicitudines jucundissimâ voluptate recreet atque reficiat. Neque enim ea cognitio aliâ ratione parabilis est præsertim tibi, cui per occupationes regni peragrare orbem minimè licebit, quàm ex iis Libris, qui prorsus intelligi sinè Sphæræ notitiâ non possunt. Id quod firmissimis rationibus addicerem, nisi vererer, ne nimiùm longa præfatio operis compendio parum quadraret. Feci itaque tibi è Græco Latinum* Proclum *de Spherâ disserentem: non quòd antea Latinè de eâ proditum etiam ab homine nostrate non sit, sed quòd multo certè meliùs à* Proclo. *Ut taceam, siquid in nostrate requirimus, quod etiam per alium è nostris quoquo modo sarciri non fuerit fortassis alienum. Hanc, inclyte Princeps, tuâ occasione legent studiosi. Leges et tu, cùm tibi commodum videbitur, maximâ indidem* (*nisi nimiùm operis amore labor*) *cum spe fructûs. Simul illud interim admonitus, siquid ex eâ Linguâ desideras, in quâ omnis humanitatis monumenta sunt condita, sunt vel tuorum publicis studiis, vel tuis, quæ magis etiam publica sunt, conducere putâris, non deesse ex* Britannis *tuis, qui tibi nonnihil fortassis in eâ re gratificari possint. Utinam tam possint quàm velint! Sed nunc* Proclum *ipsum, si libet, loquentem audies, perinde tamen ac si in Græciâ esset: ad cujus certè horizonta Spheram pinxit. Quod ita statim in ingressu operis significâsse non fuerit fortassis ab re.*

* Duas has Epistolas hìc adjicere operæ pretium duxi.

CINI *Britanni* ad ALDUM Epistolis. Ad calcem, *Registrum quinternionum. Venetiis, curâ & diligentiâ Aldi Ro. Mense Octob. M. ID.* cui

Aldus MANUTIUS *Ro. Alberto* PIO *Carporum Principi S. P. D.*

Et si scio à plerisque me tarditatis crimine accusari, ALBERTE, *præsidium meum, quòd plurimum differre videar, quæ toties pollicitus sum studiosis dare, tamen has litteratorum querelas æquo animo ferendas ducimus, tum quia possum vel graviora perferre, dum prosum, tum etiam, quòd sum ipse mihi optimus testis, me semper habere comites (ut oportere aiunt) Delphinum & Ancoram. Nam & dedimus multa cunctando, & damus assiduè. Cùm igitur superioribus diebus curarem imprimenda* ARATI *Phænomena cum* THEONIS *enarratione, visum est illis adjungere* PROCLI *Sphæram, & eò magis quòd eam* Thomas LINACRUS Britannus *doctè & eleganter Latinam nuper fecerit, ad méque nostris excudendam formis miserit. Est enim opusculum ——— quod ipse* Linacrus *noster* ——— ARCTURO *Principi suo* ——— *nuncupavit* ——— *Et nos nostrâ curâ impressum ad te legendum mittimus* ——— *à* Thomâ Linacro *summâ tibi familiaritate conjuncto interpretatum. Qui utinam &* SIMPLICIUM *in* ARISTOTELIS *Physica, & in ejusdem Meteora* ALEXANDRUM, *quos nunc summâ curâ Latinos facit, ad me dedisset, ut & illos unà cum* PROCLO *ad te mitterem. Eósque & alios in Philosophiâ Medicinâque perutiles Libros aliquando dabit, ut ex eâdem* Britanniâ, *unde olim barbaræ & indoctæ literæ ad nos profectæ* Italiam *occuparunt, & adhuc arces tenent, Latinè & doctè loquentes bonas artes accipiamus, ac* Britannis *adjutoribus fugatâ barbarie arces nostras recipiamus, ut eâdem hastâ sanetur, à quâ illatum est, vulnus. Horum ego Latinitatem & eloquentiam admiratus,* Gulielmi Grocini *viri Græcè & nedum Latinè peritissimi atque undecunque doctissimi, quam ad me doctam quidem & elegantem dedit, Epistolam subjungere placuit, ut pudeat Philosophos nostros barbarè & ineptè scribere, æmulatique* Britannos, *non dico grandævi, γερόντιον γὰρ ψιττακὸς ἀμελεῖ σκυτάλην, sed cæteri omnes Latinè & doctè philosophentur. Sed quòd in eâ me plurimùm laudat, facit amicè.*

Vene. *Pridie idus* Octob. *M. ID.*

Gulielmus GROCINUS *Britannus Alde* MANUTIO *Romano S. P. D.*

Rediit in Britanniam *nuper amicus meus summus, idémque tuus,* Alde *humanissime,* Thomas Linacrus, *salvus (est Deo Gratia) & incolumis. Is cùm tua singularia in se merita abunde mihi exposuisset, facilè perfecit, ut te vel hôc solo nomine mirificè diligerem, perinde gratum existimans quicquid in eum contuleris officii, ac si in me ipsum contulisses. Debent enim esse τὰ τῶν φίλων κοινά. Quanquam (neque enim dissimulare fas est) nonnihil jam in me ipsum profiteor esse à te & privatim & publicè collatum. Adeò me tibi jam triplici nomine, vel amici, vel meo, vel (quod omnia complectitur) publico, debere præ me fero. Atque ut de publico in omnes beneficio pauca commemorem, id mihi videtur ejusmodi, ut haud sciam, quid potissimum mirer, aut laudem; ingenium an judicium; fiduciam an industriam; felicitatem an benignitatem. Non enim potuisses neque sine summo ingenio mirum illud artificium ad imprimendas præsertim Græcas litteras excogitatum assequi. Neque sine acerrimo judicio in deligendis Authoribus, quorum impressa volebas opera, idque contra* Ciceronis *censuram,* Aristotelem Platoni *anteponere. (In quo etiam ego tua nimirum accedo sententiæ, ut qui inter summos Philosophos* Aristotelem *&* Platonem *tantum interesse arbitrer, quantum (pace omnium dixerim) inter* πολυμαθῆ *&* πολυμυθῆ.) *Neque sine incredibili fiduciâ rem tantam præsertim in maximis difficultatibus temporum aggredi. Neque sine mirâ diligentia, inchoatam inter tot impedimenta persequi. Denique quid videri potest aut felicius quàm posse aut benignius quàm velle litteratissimos quosque tuo demereri obsequio? Quocirca cùm tuum istud tam latè pateat munus amplissimum, ut orbem terrarum propemodum obstrinxeris memoriâ beneficii sempiternâ; cùmque præterea huc accesserit tuum in nos, nos, inquam,* divisos toto orbe Britannos, *privatum munus, idémque cum ipso publico munere conjunctissimum; fatear necesse est nos*

si

cui concessum est ab Ill. S. V. ne hos quoque libros alii cuiquam impune formis excudere liceat.

Sub hujus anni finem prodiit scripta Italicè *Hypnerotomachia* POLIPHILI, *ubi humana omnia nonnisi somnium esse docet, atque obiter plurima scitu sane quàm digna commemorat. Cautum est, nequis in dominio Ill. S. V. impune hunc Librum queat imprimere.* Liber hic *Leonardi* CRASSI *Veronensis* (utì ex ejus Epistolâ ad GUIDONEM *Urbini* Ducem liquet) sumptibus impressus est, elegantissimo Romano charactere, eodem quo MATERNUS & MANILIUS, cum multis (quæ ligneis tabulis incisæ sunt) figuris. In fine sic, * *Tarvisii cùm decorissimis Poliæ amore lorulis distineretur misellus Polibilus. M. CCCC. LXVII. Kalendis Maii.* Noli verò, Lector, credere hunc esse impressionis annum; hunc enim scrupulum tibi eximet ultima (quæ erratorum lineas quinquaginta novem plenas complectitur) pagina. *Gli Errori del libro fatti stampando; liquali corrige cosi*; & ad calcem, *Ve-*

(*si modò grati esse volumus*) *non solùm cum cæteris omnibus, sed etiam plus quàm cæteros omnes tibi debere. Et quanquam major est magnitudo beneficii tui, quàm ut parem tibi pro eo gratiam referre possimus, nos tamen nunquam pudebit accepti, magìs quàm te pœnitebit collati; quod ne fiat, summopere curabimus. Noster item* Linacrus *nuntiavit mihi te rem multo magìs admirandam moliri, jámque statutum habere, ut Libros Sacros Veteris quidem Testamenti trifariàm, Latinè, Græcè & Hebraicè, Novi autem bifariam Græcè & Latinè imprimas: Opus planè arduum & Christiano viro dignissimum. In quo, si modò perficere licebit, modò cæteros omnes, qui unquam in hôc genere floruerunt, sed etiam te ipsum longo intervallo superabis. Age igitur, mi* Alde, *auspicare tandem opus, quod cogitas, & quod jamdiu parturis, aliquando parias. Non enim adduci possum, ut credam, posse opus tam Divinum secundis carere successibus. Nam quod ad nos attinet, nihil planè prætermittemus, quod huic rei futurum adjumento videbitur. De iis, quæ tibi à nobis privatim debentur, noli laborare. Curavimus, ut prope diem sàtis tibi fiat. Vale. ex urbe* Londino *VI. Calen. Septembr.* Hanc *Grocini* Epistolam Sphæræ *Procli* additam memorat *Erasmus* in Epistol. ad *Bud.* (vid. pag. 184.) *Erasmus Grocinum* ex animo venerari se scripsit (Epistol. pag. 136.) Hunc etiam *Latimerus* (Epistol. ad *Erasm.* pag. 294.) *meminit virum multifariâ doctrinâ, magno quoque & exercitato ingenio, duos continuos annos litteris solidam operam dedisse sub summis doctoribus*, Demetrio Chalcondyle & Angelo Politiano. *Grocinus* (utì *Erasmus* notat in Epistol. ad *Latimer.* (p. 379.) *primùm in* Angliâ *Græca Lingua rudimenta didicit. Pòst in* Italiam *profectus audivit summos viros; sed interim lucro fuit illa priùs à qualibuscunque didicisse.* Is (utì *Erasm.* ad *Gaverum* Epistol. p. 789.) *haud multò post* [Coletum] *periit, præter Theologiæ professionem, in omni genere disciplinarum usque ad morositatem exactè versatus. Is tamen ut ad multam vixit ætatem, ita nil scriptum reliquit.* (Eóque gratiorem lectori fore ejus, quam modò attuli, Epistolam judico.) *Attactus paralysi plùs minùs annum ipse sibi superstes fuit.* De *Coleti* vitâ & obitu lege *Erasmi* Epistolam ad *Jodocum Jonam* (pag. 451.) anno 1519. datam, item aliam ad *Gaverum.* (pag. 789.)

* Hic liber in Gruteri Inscriptionibus (inter Spur. Inscript.) dicitur prodiisse Tarvisii M. CCCC. LXVII. tam in posteriore quàm in priore illarum Inscriptionum editione. De Somnio Poliphili agitur in Menagian. Tom. IV. p. 248. usque ad p. 266.

Caille. p. 25.] Ce livre a cela de particulier, que l'on ne connoit son auteur que par les premieres lettres de chaque chapitre, lesquelles assemblées ensemble composent, M. POLIAM FRATER FRANCISCUS COLVMNA PERAMAVIT.

Venetiis mense Decembri M. ID. in ædibus Aldi Manutii accuratissimè.

Typographicos jam tandem *Aldi* labores † præcipuos ad annum 1500. deduximus. Quos per reliquum deinceps suæ vitæ spatium exsudaverit, in proximo horum Annalium volumine dicetur. Nec (ut puto) mihi succensebit lector, quòd in singulis *Aldinarum* Editionum Epistolis, Præfationibus, Epigrammatibus evolvendis & examinandis nimium operæ consumpserim: cùm ex nihilo fere meliùs deprehendi possit & *Aldi* ingenium & rei Litterariæ illis temporibus status; quibus & quorum auspiciis hæc creverit; quàm ille fuerit, utì in prælo, ità & in stylo, emendatus; quàm in studiorum suorum sociis & adjutoribus æquè ac patronis deligendis peritus; quantum denique fuisse illum oporteat, quem docti in universo orbe viri propè omnes tanti fecerunt.

Veterum, qui de *Græcis* litteris optimè meruerunt, Typographorum *Aldus* fuit præcipuus, non tamen solus.

Anno 1497. *Rhegii* selectas ÆSOPI Fabulas impressit *Dionysius* BERTOCHUS *Græcè* & *Latinè*, cum *Boni* ACCURSII *Pisani* ad Ducalem Quæstorem *Johannem Franciscum* TURRIANUM * Epistolâ: *Florentiæ*, anno eodem, TARRÆI & DIDYMI parœmiarum *Græcam* Authore ZENOBIO Epitomen *Philippus* JUNTA.

Anno proximo, *Mediolani* prodierunt PHALARIDIS, APOLLONII & BRUTI Epistolæ *Græcæ*, cum *Latinâ* interpretatione, ex ædibus [1] BARTHOLOMÆI *Justinopolitani*, [2] GABRIELIS *Braschel-*

† Aliæ enim aliquod *Aldi* editiones occurrent in Catalogis sequentibus, ad quos remitto lectorem; præsertim ann. 1494. & 1495.

* Epistola hæc est: *In superiore codice, ut nôsti, imprimi curavimus* Æsopi *Fabulas Græcis & litteris & verbis; subdidimúsque earum interpretationem secundùm* Rynucium Thettalum *virum meâ sententiâ & doctum & disertum. Nunc verò, quo major liberis tuis ac facilior aditus sit ad utramque Linguam & Græcam & Latinam, quasdam electiores Fabulas, quæ in communi sunt nostrorum hominum usu, ita singulatim in eisdem paginis informari curavimus, ut in eodem latere habeatur ex dexterâ parte Græcus, ex sinistrâ autem Latinus sermo. Hôc enim pacto verbum quasi verbo respondebit sinè longâ inquisitione &c.*

1 Libro hæc ejus Epistola præfigitur:

Bartholomæus Justinopolitanus Petro CONTARENO *patritio Veneto S.*

Cùm omnium atque adeò quotidianis querelis rei litterariæ calamitas deploretur, quæ Librariorum Impressorúmque incuriâ in dies diffunditur latiùs, incredibile dictu, nèc minùs fœdum, nullos tam diu bonarum artium cultores extitisse, qui sacratissimum litterarum numen velut à profanis assererent, mysteriúmque hoc (ut ita dicam) imprimendorum librorum, si non studiorum antistites, at initiati vel cum sordium suspicione susciperent. Hôc verò tempore non desunt, qui hoc verè publicum negotium privato otio libentissimè præferant, hôc maximè freti, quòd invidorum impetus, quos non defuturos jam nunc satìs perspectum est, te patrono facilè sustinere posse confidant. Suscipe per Deos, vir clarissime, jacentium litterarum clientelam te dignam. —— Illud verò non dissimulandum putavi, non deesse, qui quæ Phalaridis *feruntur, eas à* Luciano *scriptas suspicentur. Has tantùm verbum verbo Latinas reddemus disjunctisque voluminibus ita collocabimus, ut pagina paginæ, & versus versui fidelissimè respondeant; cui adminiculo studiorum velut infantia innitatur, & in cæteris, quas intactas hôc consilio reliquimus, profectus vires experiri.*

ſiebellenſis, *Joannis* BISSOLI & *Benedicti* MANGII *Carpenſium*: item anno 1499. SUIDÆ Lexicon *Græcè*, impenſâ & dexteritate D. *Demetrii* CHALCONDYLI, *Joannis* BISSOLI, *Benedicti* MANGII *Carpenſium*; cui præfiguntur [3] *Græcus Stephani* [4] NIGRI inter Bibliopolam & ſtudioſum Dialogus, * Latina *Antonii* MOTTÆ Epigrammata, [5] Epiſtola *Joannis* MARIÆ *Catanei* ad *Albertum* PIUM Latina,

riri poſſit. Vale. Ad calcem libri, *Privilegio multâ indictâ vetatur, nequis ad decem annos imprimere poſſit, nec alìubi impreſſa vendere usquam locorum ditionis inclyti & feliciſſimi S. Veneti.*

2 Hunc eundem puto eſſe GABRIELEM *Braſſicellæ* natum, quem antea ab *Aldo* (in Epiſtol. præfix. *Ariſtotel.* 3 vol. ann. 1497.) laudatum legimus.

3 Hunc Græcum dialogum, Latinúmque hujusmodi alium à Joanne Frobenio Concordantiis Bibliorum præfixum lege in Annal. Typogr. Tom. I. p. 256. 257. 258.

4 Hic *Niger* eſt ex *Caſali majore Cremonenſis* agri, cujus Dialogum habemus eruditiſſimum (*Mediolan.* 1517.) ubi (pag. 42.) comperimus ipſum *conſueviſſe quatuor viros quàm ſæpiſſime ſuâ oratione celebrare, quos inter utriusque literaturæ peritiſſimos principatum facilè obtinere ingenuè fatebatur,* Demetrium *ſcilicet* Chalcondylem *præceptorem ſuum qui jamdiu in hâc noſtrâ inclytâ civitate publico conductus ſtipendio Græcas docet literas;* Joannem Laſcarum, *qui nunc* Venetiis *honorificentiſſimè Regium agit legatum;* Marcum Muſurum Cretem, *qui* Patavii *publicè profitetur;* Aldum Romanum, *cujus operâ ac ſtudio respublica literaria plurimum adaucta eſt;* Demetrium *tamen* Chalcondylem *cæteris, cùm ætate ac rerum uſu, tum vel maximè doctrinarum orbe præferre.* —— *Quid mihi* Demetrii *humanitatem memoras? quem omnes tam Latini quam Græci; qui ejus conſuetudine uſi ſunt, humaniſſimum, doctiſſimum, prudentiſſimum, continentiſſimúmque prædicare nunquam deſiſtunt? Nonne* Stephanus Niger *præceptor noſter, qui ei tot annos aſſiduam operam dedit, quique ſemper inter intimos ejus familiares extitit, tantam ait eſſe* Demetrii *integritatem, tantam eruditionem, tantam frugalitatem, tam candidos mores, ut ætatis noſtræ mortalium nemini poſtponendus videatur?* —— pag. 43. *Salvus ſis,* Demetri *præſtantiſſime, juventutis* Mediolanenſis *moderator.*

* En duo ejus Epigrammata:

Antonius MOTTA.

Demetri, *æternos debet tibi mundus honores,*
Quòd dignum quòd tam nobile tradis opus,
Debet Motta *magis, caro cui tanta reſultat*
Gloria diſcipulo, te duce quanta datur:

Antonius MOTTA.

Olim Phocis *erat doctis celebrata Poetis,*
Unde novum exhauſit funditus Aſcra *melos,*
Proximus huic Helicon, *rivo fortè æmulus illi*
In quo tam expreſſit nobile Smyrna *Sophos:*
Cadmeas Dircæus *olor volitare per arces*
Dictus & immenſo eſt perſtrepuiſſe ſono.
Dignius Inſubri Suidæ *decus exit ab urbe,*
In cujus lapſa eſt Græcia *tota ſinum.*

5 Sic ſcribit ille. —— *Quis poſt hanc divinam imprimendi Artem, Librum aliquem ſuis undique numeris abſolutum publicavit? niſi characteribus decoris inſignitum? emendatore optimo illuſtratum? utilitate publicâ neceſſarium? Ego autem non negaverim jam plurima utriusque Linguæ Volumina per eruditos in lucem veniſſe, quæ ſplendoris multum & utilitatis ſecum attulere; ſed qui eam, quam* Suidas *Græcus, abſolutionem ſit conſequutus, nullum facilè contenderim.* —— *Latebat in tenebris paucorum factus tam pretioſus Autor, & ab omnibus in dies deſiderabatur. Nullus opem ferebat, nec poterat. Tandem ad hanc provinciam reſervatur vir Atticæ facundiæ princeps* Demetrius Chalcondyles *præceptor noſter. Non ut cæteris Græcorum ſtudioſis tantam felicitatem invidit; ſed ducem ſe conſtituens egregios hujus Artis & induſtrios artifices* Joannem BISOLUM *&* Benedictum MANGIUM Carpenſes *accerſivit, per quos typis in melius reformatis, additis etiam pleriſque & magnæ, & admirandæ gratiæ, quippe qui in*

Latina, [1] *Demetrii* CHALCONDYLI Græca. Ad calcem, quaternionum tabella; & [2] Latini aliquot *Joannis* SALANDI ad CHALCON-

eo genere præstantissimi sint, & præter conditionem & ætatem suam pluribus multoties collatis Exemplaribus emendandum, imò excolendum, & renovandum Suidam *aggreditur; tanto studio & diligentiâ usus, ut obscura detexerit, inversa correxerit, manca suppleverit, & ut demum quod sentio dicam, in illo expoliendo Autorem ipsum superaverit. Debes itaque plurimum illis,* Alberte *vir Clarissime; nam post Græca tot tibi dicata Volumina, quibus enixè oblectaris, nullum, neque majus, neque utilius dicari potuit* &c.

1 Sic ille in Epistolâ: Τὸ παρὸν βιβλίον Σουΐδα τετύπωται μὲν ὑπὸ Βενεδίκτου Μαγγίου καὶ Ἰωάννου Βισόλου τῶν Καρπαίων. Ὧν ὁ μὲν εὐφυὴς ὢν καὶ πεῖραν οὐκ ὀλίγην ἐσχηκὼς ἐν τῇ τῶν Ἑλληνικῶν γραμμάτων εὐαρμόστῳ συνθέσει, σπουδῇ τε καὶ προθυμίᾳ χρησάμενος, οὐδὲν παρῆκεν ἐς δύναμιν τῶν εἰς ὀρθὴν σύνταξιν καὶ συμμετρίαν τῶν πρὸς ἄλληλα στοιχείων καὶ συλλαβῶν συντεινόντων· εἰ μή πού τι ἐν τοσούτῳ συντάγματι παρεώραται. Ἰωάννης δὲ ἄριστος ὢν γραμματογλύφος, καὶ τὰ κάλλιστα τῶν γραμμάτων, καθ᾽ ὅσον οἷόν τε ἦν, εἰς ἄκρον ἐκμιμησάμενος τοιοῦτον χαρακτῆρα γραμμάτων ἀποτελέσας ἔχει, οἷόν ἐστιν ὁρᾶν ἐν τῷ βιβλίῳ. Τοιοῦτοι μὲν οἱ τυπώσαντες. Ὁ δὲ τὴν διόρθωσιν τοῦ βιβλίου πεποιηκώς Δημήτριός ἐστιν ὁ Χαλκονδύλης. ὃς πλείοσιν ἀντιγράφοις χρησάμενος, κἀν τούτοις πᾶσιν οὐ σμικρ᾽ ἄττα ἁμαρτήματα εὑρηκὼς, ὧν τὰ πλείω ἐν ἅπασιν ὡσαύτως ἐτύγχανον ὄντα, πολλὰ μὲν φιλοπονήσας καὶ διασκεψάμενος ἐπηνώρθωσεν. Ἔστι δ᾽ ὧν οὐχ οἷός τ᾽ ἐγένετο τῆς προσηκούσης διορθώσεως τετυχηκέναι. Ἀλλὰ τὴν μὲν τῆς λέξεως ἐμμηνείαν διὰ σπουδῆς ἔσχε διαφυλάξαι. Τὴν μέντοι παρεισαγομένην ῥῆσιν πρὸς σαφήνειαν τῆς λέξεως ἡμαρτημένην οὖσαν, ὡς εἶχεν, ἀφῆκεν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ λέξεις ἐνίας, αἵτινες τὸ παράπαν οὐχ ὑπῆρχον ἐν Σουΐδᾳ, ἄλλοθέν ποθεν συλλέξας προσέθηκεν. —— Τὸ δε βιβλίον οὕτω τοι σπάνιον καὶ πολύτιμον ἦν ἔντε τῇ Ἑλλάδι καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, ὡς τὸν τοῦτο κεκτημένον μέγα φρονεῖν ἐπ᾽ αὐτῷ, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον κέρας Ἀμαλθείας καρποῦσθαι. Νῦν δὲ διὰ τῆς ἐντυπώσεως ἀφθονίας τοῦ βιβλίου γεγενημένης ἔξεστι τοῖς φιλομαθέσιν ὀλίγου κτωμένοις ἀπολαύειν. καὶ τῆς τε ποικιλίας καὶ τῆς ἐντεῦθεν πολυμαθίας γευσαμένοις χάριν εἰδέναι τοῖς μετὰ πόνου πολλοῦ καὶ δαπάνης τοιοῦτον καὶ τηλικοῦτον βιβλίον φροντίσασι γίνεσθαι.

2 *Joannes* SALANDUS, *D. Demetrio* CALCHONDILO.

Majestas, decus: & nitor vetustus,
Argoi eloquii perire visus:
Et torpere gravi priùs veterno,
Sermo Cecropius: Sophosque Achæum,
Nostrâ à cognitione jam remotum
Propter barbariem parum ferendam
A censoribus utriusque Linguæ,
Quum frustra appeteretur in Poetis,
Gressu liberiore concitatis:
Et campo uberiore devagatis,
Quùmque omnis quereretur ordo Phœbi,
Esse interprete nunc opus perito:
Et Musa Argolica locum rogarent
In terris Latii feracis atque
Scirent Hesperiæ sinum beatum;
Demetri, auspiciis bonis in oras
Venisti has Italas polúmque nostrum
Græcâ ut Pallade tunc parum vigente
Posses erigere, & juvare tristes,
Mœstas Pierides favore nullo
Graii nectaris, aut decore cultas;
Qui præter reliquos tuos honores
Et præconia multa, quæ mereris
Longis usibus, arte, vel lepore
Nobis Attica scripta quo resolvis
Tantâ cum gravitate, cum tenore
Constanti, ut videaris ore fari,
Quo priùs cecinere, qui hæc dederunt:
Sudam en multiplici vocabulorum,
Et rerum serie gravem, frequentem
Letheis in aquis latere suetum,
A nostris manibus malè evolutum,
Auras in superas redire cogis,
Accedente meo simul sodali,
Charo compatre tempus omne amando,
Non stulta ratione, sed peritâ
Mottâ cum Mariâ meo Joanne
Sed præstante operam, * *manum & artem*
Inter calchographos locum tenente
Primum nunc Benedicto in orbe nostro
Assumpto in socium suo Joanne,
Per quos historias vocabulique
Si quid quæsieras & aucuparis

* Repone forsan *manúmque.*

Hoc

CONDYLUM & Lectorem versus. Typographicum insigne duo rami cum litteris Typographorum initialibus I. B. & B. M. & lemmate [*sudavit & alsit*]: quo nullum sanè poterat commodius excogitari.

Eodem hôc anno, *Venetiis*, lucem aspexerunt *Etymologicum magnum*, & SIMPLICII Commentarius in ARISTOTELIS *Categorias*, Græcè, [1] sumptibus *Nicolai* BLASTI, labore & industriâ *Zachariæ* CALLIERGI *Cretensium*. Ad Libri utriusque calcem [2] Registrum quaternionum; cum insigni (quo plerumque usus est CALLIERGUS) typographico, aquilâ scilicet expansâ bicipite coronatâ, litteris ZK pectori adfixis. Exaratur etiam in utrôque symbolicum nominis [ΝΙΚΟΛΑΟΣ ΒΛΑΣΤΟΣ] compendium, uvarum palmitibus (alludendo ad vocis βλαςὸς etymon) incinctum; signo crucis cum litteris IC & XC sacri nominis indicibus superimposito. Rubricis tituli & initiales capitum litteræ fulgent, utì & superni paginarum capitalium margines vocibus [ΝΙΚΟΛΑΟΥ ΤΟΥ ΒΛΑΣΤΟΥ] hinc indè ad latera appositis. Etymologico præfiguntur [3] Græca *Marci*

Hoc Sudâ duce non potest latere.
Sic nostrâ in regione qui tenebat
Vix tectum breve seu larem pusillum,
Jam regnat ditione fretus amplâ,
*Lector candide * Valere jusse.*

Idem ad Lectorem.

Qui plenis monumenta soles haurire labellis,
Attica qui Græcis fontibus orsa trahis,
Huic Sudæ insudes, largo qui ut copia cornu
Fundit opes animi pabula magna tui.
Motta tibi Antoni, Maria en tibi amice Joannes,
Debebit Graia Pallados auctus honor.
Tantum opus aggressus per quos Demetrius edit,
Castigátque, operi quæ minùs apta putat,
Quod superest, lector, pretio haud absterrite magno,
Magnum opus illud emas, maxima messis inest.

1 *Etymologici* Exemplar est magnificentissimum; cujus singulæ paginæ binas columnas continent. Τὸ μέγα Ἐτυμολογικὸν ἐντυπωθὲν πέρας εἴληφεν ἤδη σὺν Θεῷ ἐν Ἐνετίαις· ἀναλώματι μὲν τοῦ εὐγενοῦς καὶ δοκίμου ἀνδρὸς Κυρίου Νικολάου Βλαστοῦ τοῦ Κρητός. παραινέσει δὲ τῆς λαμπροτάτης τε καὶ σωφρονεστάτης Κυρίας Ἄννης θυγατρὸς τοῦ πανσεβεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου Κυρίου Λουκᾶ νοταρᾶ ποτὲ μεγάλου Δουκὸς τῆς Κωνσταντινουπόλεως, πόνῳ δὲ καὶ δεξιότητι Ζαχαρίου Καλλιέργου τοῦ Κρητὸς, τῶν λογίων ἀνδρῶν χάριν καὶ λόγων Ἑλληνικῶν ἐφιεμένων. Ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἐνενηκοστῷ ἐνάτῳ. Μεταγειτνιῶνος ὀγδόῃ ἱσταμένου. Sic elegantissima hæc *Etymologici* editio conjunctis utriusque sexûs subsidiis peracta est. Rarum sanè ac laudabile litteraturæ illo tempore florentis argumentum!

Τὸ Σιμπλικίου ὑπόμνημα εἰς τὰς δὲ κατηγορίας τοῦ Ἀριστοτέλους ἐντυπωθὲν πέρας εἴληφεν ἤδη σὺν Θεῷ ἐν Ἐνετίαις· ἀναλώμασι μὲν τοῦ εὐγενοῦς καὶ δοκίμου ἀνδρὸς Κυρίου Νικολάου Βλαστοῦ τοῦ Κρητός· πόνῳ δὲ καὶ δεξιότητι Ζαχαρίου Καλλιέργου τοῦ Κρητὸς, τῶν λογίων ἀνδρῶν χάριν καὶ λόγων Ἑλληνικῶν ἐφιεμένων. Ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἐνενηκοστῷ ἐνάτῳ. Πυανεψιῶνος πέμπτῃ Φθίνοντος.

2 Ἡ τῶν τετραδίων ἰθυντής.

3 Μάρκου Μουσούρου τοῦ Κρητός.

Ἔκποθεν ἀφράστοιο φανεὶς φύγα δ' ἔτραπεν ἄφνω
Αἰετὸς οἰωνῶν ὑψιπέτης ἀγέλην.

Τῶ

* Vidi in exemplaribus quibusdam reponi ad marginem *jam*, in aliis legi scriptum, *te valere jusso*.

Latina, [1] *Demetrii* CHALCONDYLI Græca. Ad calcem, quaternionum tabella; & [2] Latini aliquot *Joannis* SALANDI ad CHALCON-

eo genere præstantissimi sint, & præter conditionem & ætatem suam pluribus multoties collatis Exemplaribus emendandum, imò excolendum, & renovandum Suidam *aggreditur; tanto studio & diligentiâ usus, ut obscura detexerit, inversa correxerit, manca suppleverit, & ut demum quod sentio dicam, in illo expoliendo Autorem ipsum superaverit. Debes itaque plurimum illis,* Alberte *vir Clarissime; nam post Græca tot tibi dicata Volumina, quibus enixè oblectaris, nullum, neque majus, neque utilius dicari potuit* &c.

1 Sic ille in Epistolâ: Τὸ παρὸν βιβλίον Σουΐδα τετύπωται μὲν ὑπὸ Βενεδίκτου Μαγγίου καὶ Ἰωάννου Βισόλου τῶν Καρπαίων. Ὧν ὁ μὲν εὐφυὴς ὢν καὶ πεῖραν οὐκ ὀλίγην ἐσχηκὼς ἐν τῇ τῶν Ἑλληνικῶν γραμμάτων εὐαρμόστῳ συνθέσει, σπουδῇ τε καὶ προθυμίᾳ χρησάμενος, οὐδὲν παρῆκεν ἐς δύναμιν τῶν εἰς ὀρθὴν σύνταξιν καὶ συμμετρίαν τῶν πρὸς ἄλληλα στοιχείων καὶ συλλαβῶν συντεινόντων· εἰ μή που τι ἐν τοσούτῳ συντάγματι παρεώραται. Ἰωάννης δὲ ἄριστος ὢν γραμματογλύφος, καὶ τὰ κάλλιστα τῶν γραμμάτων, καθ' ὅσον οἷόν τε ἦν, εἰς ἄκρον ἐκμιμησάμενος τοιοῦτον χαρακτῆρα γραμμάτων ἀποτελέσας ἔχει, οἷόν ἐστιν ὁρᾷν ἐν τῷ βιβλίῳ. Τοιοῦτοι μὲν οἱ τυπώσαντες. Ὁ δὲ τὴν διόρθωσιν τοῦ βιβλίου πεποιηκὼς Δημήτριός ἐστιν ὁ Χαλκονδύλης. ὃς πλείοσιν ἀντιγράφοις χρησάμενος, κἀν τούτοις πᾶσιν οὐ σμικρ' ἄττα ἁμαρτήματα εὑρηκὼς, ὧν τὰ πλείω ἐν ἅπασιν ὡσαύτως ἐτύγχανον ὄντα, πολλὰ μὲν φιλοπονήσας καὶ διασκεψάμενος ἐπηνόρθωσεν. Ἔστι δ' ὧν οὐχ οἷός τ' ἐγένετο τῆς προσηκούσης διορθώσεως τετυχηκέναι. Ἀλλὰ τὴν μὲν τῆς λέξεως ἐμμονὴν(?) διὰ σπουδῆς ἔσχε διαφυλάξαι. Τὴν μέντοι παρεισαγομένην ῥῆσιν πρὸς σαφήνειαν τῆς λέξεως ἡμαρτημένην οὖσαν, ὡς εἶχεν, ἀφῆκεν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ λέξεις ἐνίας, αἵτινες τὸ παράπαν οὐχ ὑπῆρχον ἐν Σουΐδᾳ, ἄλλοθέν ποθεν συλλέξας προστέθεικεν. —— Τὸ δὲ βιβλίον οὕτω τι σπάνιον καὶ πολύτιμον ἦν ἔν τε τῇ Ἑλλάδι καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, ὡς τὸν τοῦτο κεκτημένον μέγα φρονεῖν ἐπ' αὐτῷ, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον κέρας Ἀμαλθείας καρποῦσθαι. Νῦν δὲ διὰ τῆς ἐντυπώσεως ἀφθονίας τοῦ βιβλίου γεγονυίας ἔξεστι τοῖς φιλομαθέσιν ὀλίγου κτωμένοις ἀπολαύειν. καὶ τῆς τε ποικιλίας καὶ τῆς ἐντεῦθεν πολυμαθίας γευσαμένοις χάριν εἰδέναι τοῖς μετὰ πόνου πολλοῦ καὶ δαπάνης τοιοῦτον καὶ τηλικοῦτον βιβλίον φροντίσασι γενέσθαι.

2 *Joannes* SALANDUS, *D. Demetrio* CALCHONDILO.

Majestas, decus: & nitor vetustus,
Argoi eloquii perire visus:
Et torpere gravi priùs veterno,
Sermo Cecropius: Sophosque Achæum,
Nostrâ à cognitione jam remotum
Propter barbariem parum ferendam
A censoribus utriusque Linguæ,
Quum frustra appeteretur in Poetis,
Gressu liberiore concitatis:
Et campo uberiore devagatis,
Qùumque omnis quereretur ordo Phœbi,
Esse interprete nunc opus perito:
Et Musa Argolica locum rogarent
In terris Latii feracis atque
Scirent Hesperiæ sinum beatum;
Demetri, auspiciis bonis in oras
Venisti has Italas polúmque nostrum
Græcâ ut Pallade tunc parum vigente
Posses erigere, & juvare tristes,
Mœstas Pierides favore nullo
Graii nectaris, aut decore cultas;
Qui præter reliquos tuos honores
Et præconia multa, quæ mereris
Longis usibus, arte, vel lepore
Nobis Attica scripta quo resolvis
Tantâ cum gravitate, cum tenore
Constanti, ut videaris ore fari,
Quo priùs cecinere, qui hæc dederunt:
Sudam en multiplici vocabulorum,
Et rerum serie gravem, frequentem
Lethæis in aquis latere suetum,
A nostris manibus malè evolutum,
Auras in superas redire cogis,
Accedente meo simul sodali,
Charo compatre tempus omne amando,
Non stulta ratione, sed peritâ
Mottâ cum Mariâ meo Joanne
*Sed præstante operam, * manum & artem*
Inter calchographos locum tenente
Primum nunc Benedicto in orbe nostro
Assumpto in socium suo Joanne,
Per quos historias vocabulique
Si quid quæsieras & aucuparis

* Repone forsan *manúmque.*

Hoc

CONDYLUM & Lectorem verſus. Typographicum inſigne duo rami cum litteris Typographorum initialibus I. B. & B. M. & lemmate [*ſudavit & alſit*]: quo nullum ſanè poterat commodius excogitari.

Eodem hôc anno, *Venetiis*, lucem aſpexerunt *Etymologicum magnum*, & SIMPLICII Commentarius in ARISTOTELIS *Categorias*, Græcè, [1] ſumptibus *Nicolai* BLASTI, labore & induſtriâ *Zachariæ* CALLIERGI *Cretenſium*. Ad Libri utriuſque calcem [2] Regiſtrum quaternionum; cum inſigni (quo plerumque uſus eſt CALLIERGUS) typographico, aquilâ ſcilicet expanſâ bicipite coronatâ, litteris ZK pectori adfixis Exaratur etiam in utrôque ſymbolicum nominis [ΝΙΚΟΛΑΟΣ ΒΛΑΣΤΟΣ] compendium, uvarum palmitibus (alludendo ad vocis βλαςὸς etymon) incinctum; ſigno crucis cum litteris IC & XC ſacri nominis indicibus ſuperimpoſito. Rubricis tituli & initiales capitum litteræ fulgent, uti & ſuperni paginarum capitalium margines vocibus [ΝΙΚΟΛΑΟΥ ΤΟΥ ΒΛΑΣΤΟΥ] hinc indè ad latera appoſitis. Etymologico præfiguntur [3] Græca *Marci*

Hoc Sudâ duce non poteſt latere.
Sic noſtrâ in regione qui tenebat
Vix tectum breve ſeu larem puſillum,
Jam regnat ditione fretus amplâ,
*Lector candide * Valere juſſo.*

Idem ad Lectorem.

Qui plenis monumenta ſoles haurire labellis,
Attica qui Graiis fontibus orſa trahis,
Huic Sudæ inſudes; largo qui ut copia cornu
Fundit opes animi pabula magna tui.
Motta tibi Antoni, Maria en tibi amice Joannes,
Debebit Graia Pallados auctus honor.
Tantum opus aggreſſus per quos Demetrius edit,
Caſtigátque, operi quæ minùs apta putat,
Quod ſupereſt, lector, pretio haud abſterrite magno,
Magnum opus illud emas, maxima meſſis ineſt.

1 *Etymologici* Exemplar eſt magnificentiſſimum; cujus ſingulæ paginæ binas columnas continent. Τὸ μέγα Ἐτυμολογικὸν ἐντυπωθὲν πέρας εἴληφεν ἤδη σὺν Θεῷ ἐν Ἐνετίαις· ἀναλώματι μὲν τοῦ εὐγενοῦς καὶ δοκίμου ἀνδρὸς Κυρίου Νικολάου Βλαστοῦ τοῦ Κρητός. παραινέσει δὲ τῆς λαμπροτάτης τε καὶ σωφρονεστάτης Κυρίας Ἄννης θυγατρὸς τοῦ πανσεβεστάτου καὶ ἐνδοξοτάτου Κυρίου Λουκᾶ νοταρᾶ ποτὲ μεγάλου Δουκὸς τῆς Κωνσταντινουπόλεως, πόνῳ δὲ καὶ δεξιότητι Ζαχαρίου Καλλιέργου τοῦ Κρητὸς, τῶν λογίων ἀνδρῶν χάριν καὶ λόγων Ἑλληνικῶν ἐφιεμένων. Ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἐνενηκοστῷ ἐνάτῳ. Μεταγειτνιῶνος ὀγδόῃ ἱσταμένου. Sic elegantiſſima hæc *Etymologici* editio conjunctis utriuſque ſexûs ſubſidiis peracta eſt. Rarum ſanè ac laudabile litteraturæ illo tempore florentis argumentum!

Τὸ Σιμπλικίου ὑπόμνημα εἰς τὰς δὲ κατηγορίας τοῦ Ἀριστοτέλους ἐντυπωθὲν πέρας εἴληφεν ἤδη σὺν Θεῷ ἐν Ἐνετίαις· ἀναλώμασι μὲν τοῦ εὐγενοῦς καὶ δοκίμου ἀνδρὸς Κυρίου Νικολάου Βλαστοῦ τοῦ Κρητὸς· πόνῳ δὲ καὶ δεξιότητι Ζαχαρίου Καλλιέργου τοῦ Κρητὸς, τῶν λογίων ἀνδρῶν χάριν καὶ λόγων Ἑλληνικῶν ἐφιεμένων. Ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἐνενηκοστῷ ἐνάτῳ. Πυανεψιῶνος πέμπτῃ Φθίνοντος.

2 Ἡ τῶν τετραδίων ἰθυτής.

3 Μάρκου Μουσούρου τοῦ Κρητός.

Ἔκποθεν ἀφράστοιο φανεὶς φύγα δ' ἔτραπεν ἄφνω
Αἰετὸς οἰωνῶν ὑψιπέτης ἀγέλην.

Τῇ

* Vidi in exemplaribus quibuſdam reponi ad marginem *jam*, in aliis legi ſcriptum, *te valere juſſo.*

Marci MUSURI & [1] *Joannis* GREGOROPULI *Cretensium* in suorum popularium artísque (quâ excelluerunt) typographicæ laudem Epigrammata, & [2] illius ad *Patavii* Scholasticos Epistola.

Anno 1500. Ejusdem BLASTI sumptibus, & (ut conjicio, nam hujus nomen non adjicitur) CALLIERGI industriâ prodiit Græcus *Ammonii* PARVI *Hermiæ* in quinque PORPHYRII voces [3] Commentarius: & GALENI * Therapeutica Græcè.

Eodem

Τεθρίππων ἐπιβὰς, σέλας ἠμάλδυνεν ὁμαίμου
 Ἥλιος, ἣ δ' ἄστρων φροῦδον ἔθηκε φάος.
Τὼς δὲ χαρακτήρων Ἀπεχάσσατο τῶνδε τὰ πρόσθεν
 Γράμματα καὶ ῥίνης ἔκγονα καὶ δονάκων.
Θηεῦμαι γλυφανῆς πῶς τις σμίλης κοπίδεσσι
 Ξέσσε περιπλέκτων ἔσχατον ὧδε τύπων.
Πῶς δὲ μεταξὺ τόνους γραμμῶν στήριξεν ἀάπτους
 Ἰθυτάτων, φθόγγοις πάντας ἐπικρέμασας.
Ἀλλὰ τί θαυμαίνω Κρητῶν φρένας; οὓς ποτ' ἐφετμαῖς
 Πατρὸς, Ἀθηνάιη δαίδαλα πολλὰ δάεν.
Κρὴς γὰρ ὁ τορνεύσας· τὰ δὲ χαλκία Κρὴς ὁ συνείρας·
 Κρὴς ὁ καθ' ἓν στίξας· Κρὴς ὁ μολυβδοχύτης.
Κρὴς δαπανᾷ νίκης ὁ φερώνυμος· αὐτὸς ὁ κλείων
 Κρὴς τάδε. Κρησὶν ὁ Κρὴς ἤπιος αἰγίοχος.
Τοὶ γὰρ ἄμ' ἐυχώμεσθα. πέλοι γενετῆρα χορηγοῦ
 Μὴ δίχα μαντοσύνης οὔνομα παιδὶ θέμεν·
Νικῷ δ' ἀντιπάλους. νεῦσε Ζεύς· οἱ γὰρ ἀφ' ἱρῆς
 Ἑλλάδος Ἑλλάνων παισὶ πρέπουσι τύποι.

1 Ἰωάννου Γρηγοροπούλου τοῦ Κρητός.

Ἄνθεα γραμματικῆς δρέψαι ποθέων ξένε, τάνδε
 Λάζευ ἀφειδήσας βύβλον ἐπωφέλιμον.
Τὰν πᾶσ' οὐκ ὀλίγων δαπάνης προὔθηκεν ἑτοίμην
 Νικόλεως ὁ Κρὴς, Βλαστὸς ἐπωνυμίην.

2 Μάρκος ὁ Μουσοῦρος τοῖς ἐν Παταβίῳ σχολαστικοῖς εὖ πράττειν.

Οἱ μὲν Ἑλληνικῶς ἐντυποῦν ἐγχειρήσαντες ἕκτον ἔτος ἤδη τουτὶ, οὐκ ἀπεικότως ηὐδοκιμήκασιν. —— [Hic annus, qui hìc designatur, est 1493, cùm typographia Græca maximè cœperit exerceri. Antea tamen, licet non ita frequenter, Græcæ occurrunt elegantissimæ editiones.] —— τὰ κυριώτατα τυγχάνει μέρη Νικόλεώς τε ὁ Βλαστὸς, καὶ Ζαχαρίας ὁ Καλλιέργης, ἄμφω Κρῆτε καὶ πολίτα ἐμώ. Ὧν ὁ μὲν οὕτως ἐναργῆ καὶ θαυμαστὰ σημεῖα τῆς ἰδίας ἐξήνεγκεν ἐλευθερίας, ὡς περιττὸν εἶναι ταύτην ἐυφημεῖν ὄψει κρίνεσθαι δυναμένην. Ὁ δὲ φιλοπόνως τὰ περὶ τὴν τέχνην, ἔιπέρ τις ἄλλος, ἐκμελετήσας, οὕτω τραχεῖαν τινα καὶ μεστὴν ἱδρῶτος ὡδοιπόρησεν, ὡς πολλοὺς ὑπάρξαι ποτὲ ἐλπίσαντας ἐκ μέσης αὐτὸν ἀναστρέψειν καμόντα. Ἀλλ' ὅμως ἤνυσε, καὶ πρὸς τὸ τέρμα χαίρων ἀφῖκται, καὶ μονονοὺ παρὰ τοῖς πλείοσιν ὑμῶν ἀνηγόρευται στεφανίτης· λέγω δὲ δι' οὓς ἐξεπόνησε τύπους μηδενὸς κατ' ἴχνη χωρῆσαι τολμήσας δίει τῆς παρανόμων γραφῆς. Ἐπὶ δὴ τούτοις οὐ κατεῤῥαθύμησεν, ἀλλὰ χρυσέας ὑποστήσας κατὰ Πίνδαρον (Olymp. Od. 6. V. 1.) εὐτυχεῖ θαλάμῳ κίονας τοὺς χαρακτῆρας, ἠπείχθη καὶ θεητὸν πῆξαι τάχιστα μέγαρον. Ἀρχὴν δὲ πασῶν ἐπικαιροτάτην ἐποίησε. καὶ πρὸς ἣν τὰ ἑκάστοτε τυπωθησόμενα καθιστάμενος, ἥκιστα ἂν ἁμάρτοι. Ἐκείνης γὰρ τῆς βίβλου κατήρξατο &c. —— Ἡ δὲ διόρθωσις, περὶ ἧς οὐ χεῖρον οὐδὲ τοῦ λόγου πάρεργον εἰπεῖν, ἐργώδης ὑπῆρξε καὶ χαλεπὴ διενεγκεῖν, κατ' ἔνδειαν ὑγιῶς ἐφ' ἅπασιν ἔχοντος ἀντιγράφου. Ὧν γὰρ ἦν εὐπορία, ταῦτ' εἰ καὶ ἄλλως παλαιὰ καὶ ἀξιόπιστα, ἀλλ' οὖν ἀσαφῆ καὶ γρίφων ἀνάμεστα, καὶ διὰ τοῦτό τινος εἰκαστοῦ Οἰδίποδι παραπλησίου δεόμενα. &c. —— Τοῖς δὲ νεωστὶ τουτοισὶ Γραικοτύποις οὐδὲν ἧττον καθ' ὁδὸν προχωρήσει τὰ τῆς εὐδοκιμήσεως. οἷς ἀπόχρη μόνον ὑμῶν, ὦ φιλέλληνες, ἐπιτυχεῖν εὐμενῶν. &c.

3 Ὑπόμνημα εἰς τὰς πέντε φωνὰς ἀπὸ φωνῆς Ἀμμωνίου Μίκρου τοῦ Ἑρμείου.. —— Ἐνετίῃσιν ἐτυπώθη δαπάνῃ τοῦ εὐγενοῦς καὶ δοκίμου ἀνδρὸς κυρίου Νικολάου Βλαστοῦ τοῦ Κρητὸς, οὐκ ἄνευ μέντοι προνομίου. Ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ, σκιροφοριῶνος ἐνάτῃ φθίνοντος. ἐπὶ ἄρχοντος Αὐγουστίνου Βαρβαδίκου τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων ταύτην εὐτυχῶς ἡνιοχοῦντος.

* Γε-

Eodem [1] anno, ex *Philippi* JUNTÆ officinâ ORPHEI *Argonautica* & hujus PROCLIque *Lycii* Hymni exierunt.

Nullum hi duo Libri in calce habent Registrum.

Compluribus jam tum *Aldinis* tum aliis *Græcorum* Librorum editionibus enumeratis & expositis; vocibus quibusdam Typographorum technicis locum hìc dabo.

Signaturarum, reclamantium, ciphrarum, registrorum nullus usus fuerat in primis, qui *Græcè* prodierunt, Libris L. G. in LASCARIS [2] Grammaticâ ann. 1476. in [3] ÆSOPI Vitâ & Fabulis sinè anni notâ.

Primæ usu venerunt Typographis signaturæ cum registro ad calcem posito; utì in *Batrachomuiomachiâ* anno 1486. ubi signaturæ sic exprimuntur Latinis figuris: .i. ii. | i. ii. | i. iii. | i. iiii. | in secundo quaternione, .ii. i. | ii. ii. | ii. iii. | ii. iiii. | in tertio, iii. i. | iii. ii. | iii. iii. | iii. iiii. || Et ad libri finem Registrum sic disponitur;

ἀρχόμενος

* Γαλήνου Θεραπευτικῆς μεθόδου βιβλία ιδ'. καὶ Θεραπευτικῶν πρὸς Γλαύκωνα βιβλία β'. ἐτυπώθη ἀναλώμασι Νικολάου Βλαςοῦ. Ἐνετίῃσιν ἐπὶ ἄρχοντος Αὐγούςου Βαρβαδίκου. ἔτει χιλιοςῷ πεντακοσιοςῷ πυανεψιῶνος πέμπτῃ ἱςαμένου. Nihil, quod sciam, antea in re medicâ, præter hunc Galeni tractatum, & Nicandrum Dioscoridémque anno præcedente memoratos, Græcè excusum fuerat.

1 *Anno ab incarnatione M. CCCCC. Die XIX. Septem. Impressum Florentiæ impensâ Philippi Juntæ bibliopolæ. Siquos errores in hôc opere, lector, invenies, qui properantes oculos nostros subterfugerint, eos pro judicio tuo emendabis. Vix fieri potest, ut non tales interveniant.*

2 Impressum *Græcè* integrum Codicem hôc antiquiorem non vidi; idémque innuit huic præfixa Græcè & Latinè DEMETRII *Cretensis* Epistola. —— *Quapropter cùm multùm mente plurimùm verò experientiâ laboravimus, vix tandem inveni, quonam modo libri quoque Græci imprimerentur, tum litterarum compositione, quæ varia & multiplex penès litteras Græcas existat, tum maximè locis accentuum servatis, quod profectò arduum erat, nec parvâ indigebat consideratione.* —— Postea docet, quàm necessarium fuerat à Grammaticis incipere. Vix dubium est, quin huic editioni corrigendæ *Demetrius*, qui scripsit Epistolam, præfuerit.

3 Huic præfigitur Latina *Accursii* Epistola.

Bonus ACCURSIUS Pisanus *doctissimo ac sapientissimo Ducali Quæstori* Joanni Francisco TURRIANO *salutem plurimam dicit.*

Cùm animadverterem quanto in pretio & apud Platonem *& apud universam vetustatem* Æsopus *habitus fuerit, existimavi me facturum rem non indignam, si Græcas ejus Fabellas & Vitam unà cum Latinâ interpretatione imprimi curarem: quo divulgarentur inter omnes, & eas ad te omnium primum, qui gravissimus & doctissimus sis, dono mitterem. —— Ex earum lectione consules liberis tuis, quò tibi sint, ut cæteris in rebus, tum in doctrinâ eloquentiâque simillimi. Non enim me latet non licere tibi per occupationes tuas harum rerum lectioni operam dare: at ne indiges quidem, qui & scribendo & loquendo ornatissimus sis & eruditissimus. Verùm liberi tui, si huic rei studuerint, reddentur propediem & docti & diserti in primis, quos tu plurimum cupis esse, excultâ quâdam ac perpolitâ litteraturâ, quam intelligis nemini posse è nostris hominibus absolutè contingere, ubi Græcarum litterarum omnino sint rudes.* Idem omnino hujus, qui præcedentis, Libri character; ambo forsan ab eodem Typographo excusi.

ἀρχόμενος
πάντα
τρωζάρταο
ἐυδέκοτ' ἐ
i &c.

In HOMERI Editione 1488, nullum registrum: sed signaturæ exprimuntur litteris Romanis majusculis; A, AII, AIII, AIIII. BI, BII, BIII, BIIII. CI, CII, CIII, CIIII. &c. Hæ signaturæ, quæ plerumque sub extremâ paginæ lineâ poni solent, aliquando reperiuntur ad extremæ lineæ latus locatæ, utì G III.

ISOCRATIS editio *Mediolanensis* ann. 1493. habet signaturas & registrum.

In *Anthologiâ* 1494, aliísque Libris, ubi [1] litteræ majusculæ solæ adhibentur, registrum non invenio. Signaturas indicant litteræ Græcæ majusculæ in *Anthologiâ* & CALLIMACHO; AI, AII, AIII, AIIII. BI &c. ΓI &c. aliquando ad ultimæ aut penultimæ lineæ latus positæ; utì in *Antholog.* AII, AIII. Latinæ minusculæ in *Gnomis* & MUSÆO; ai, aii, aiii, aiiii &c. ad ultimæ nonnunquam lineæ latus; utì biii, biiii. Græcæ minusculæ in APOLLON. *Argon.* 1496. αι, αιι, &c. βι, βιι, &c. etiam ad ultimæ lineæ [2] latus; utì ει, ειι, ειιι, ειιιι.

Signaturæ indigitantur per litteras Græcas aut Latinas, majusculas aut minusculas, aut seorsim aut conjunctas; quarum singularum in variis editionibus specimina antea [3] protuli.

[4] Bibliopegis plurimùm proderat * Registrum aut Regestum; quod etiam [5] series chartarum, & alicubi [6] Speculum, [7] Græcè Ἰθυντής vocabatur. Illud in Libri fine omnes suo ordine, quæ Signaturis serviebant, litteras, unà cum initialibus priorum [8] aliquot in unâquâque signaturâ foliorum vocibus, collectas exhibebat. Quoniam verò id sæpe in grandioribus Voluminibus adeò excrescebat, ut plures [9] paginas occuparet, visum est in compendium redigere.

Signaturis igitur solis in lineam unam plurésve aggregatis, subnotare

1 De his postea agam.
2 In aliis etiam Libris idem reperitur: utì *Orph.* 1500.
3 Lege Annal. Typogr. Tom. I. p. 263. 264.
4 CHEVILLER. pag. 39.
* De his vocibus lege DAUSQ. *Orthograph.* Vol. 2. ann. 1632. pag. 269.
5 JOSEPH. Gr. *Basil.* 1544. ALD. *Orthograph. Venet.* 1566.
6 Enarrat. JUVENAL. per *Georg.* MERUL. ann. 1478. *Junian.* MAI. *de priscor. proprietate verbor.* ann. 1480.
7 *Etymologic.* & SIMPLIC. ann. 1499.
8 Duorum in duernis, trium in ternis, quatuor in quaternis, quinque in quinternis, sex in sexternis. Vide ARISTOTEL. 1. vol. 1495. *Hort.* ADONID. 1496. ARISTOTEL. 5. vol. 1498.
9 ARISTOTEL. 2. vol. 1497.

tare mos erat, quoties ſingulæ multiplicabantur: ſi enim ſemel, vocabantur [1] *unerniones*; bis, [2] *duerni*, [3] διάδια vel (quod malim) [4] δυάδια, ter, [5] *terni*, [6] τριάδια vel [7] τριάδοια; quater, [8] *quaterni* [9] τετράδια vel [10] τετράδοια; quinquies, [11] *quinterni* [12] πεντάδια vel [13] πεντάδοια; ſexties, [14] *ſexterni* [15] εξάδια; ſive [16] *duernones*, *terniones*, *quaterniones*, *quinterniones*; vel [17] *quadernones*, *quinternones*.

Brevem hujusmodi ſignaturarum σύλλαβον in Græco Aldi *Pſalterio* habemus.

α, β, γ, δ, ε, ζ, η, θ, ι, κ, λ, μ, ν, ο, π, ρ, σ, τ, υ.

Ἄπαντα τετράδοια, πλὴν τοῦ ι, ἐκεῖνο γὰρ τριάδοιον. Eodem modo etiam in * aliis.

[18] In nonnullis Libris adduntur Registrum & Syllabus; [19] eſt, ubi, neglectis Registro & Syllabo, ſola fit mentio multiplicationum. Illìc aliquid abundare, hìc nimium deeſſe mihi videtur. [20] Alibi Registro ſubjicitur, non Syllabus ſignaturarum, ſed tantùm multiplicium ratio. [21] Registrum aliquando occurrit; ubi mendoſe deeſt aliquot foliorum ſignatura. Hactenus de Signaturis & earum Registris: jam de Reclamantibus & Ciphris dicendum. [22] Registrum recentiores omnino neglexerunt Typographi; nam Signaturæ, Reclamantes & Ciphræ Bibliopegis ſufficiunt.

Voces (quas dicunt) *Reclamantes* anno 1495. in [23] *Aldinis* Editionibus frequentari cœptæ; in Aristotelis Volumine primo nullæ. In *Hortis* Adonidis ann. 1496. infra ultimam ſignaturæ cujuslibet paginam, in *Pſalterio* infra alias etiam paginas, infra penè omnes in reliquis Aristotelis Voluminibus [24] alíisque ſitæ occurrunt. Hæ autem *Reclamantes* ſemper poſteriori paginæ, nunquam ante-

1 *Icones* Philostrat. &c. Ald. 1522.

2, 3, 5, 6, 8, 9, 11, 12. Aristophan. 1498.

4 Aristot. 5. vol. 1498. Epistol. varior. 1499.

7 Aristot. 3. vol. 1497.

10, 13. Aristot. 4. vol. 1497.

14, 15. Aristot. 5. vol. 1498.

16 Demosthen. apud. *Ald.* 1504. & Æsop. apud Eund. 1505.

17 *Jun.* Mai. *de propriet.* 1480.

* Aristotel. vol. 4. 1497. Dioscorid. & Nicand. 1499. Suid. 1499. Negligitur hic Syllabus in Æsop. 1497. *Etymologic.* & Simplic. 1499. uti & Registrum in Phalarid. *Epistol.* 1498.

18 *Lexic. Gr. Lat.* 1497. Aristot. 5. vol. 1498. Aristophan. 1498. Politian. 1498.

19 Aristotel. 3. vol. 1497. Ἅπαντα τετράδοιά ἐστιν πλὴν τοῦ * καὶ CΓ. καὶ K. ἐκεῖνα γὰρ τριάδοια.

20 Aristotel. 2. vol. 1497.

21 *Hort.* Adonid. 1496. ubi omittitur * primus quinternio.

22 Lege Cheviller. pag. 39. „Mais „ pour être tout-à-fait ſeur, il faut encore „ lire quelquefois les deux dernieres lignes „ d'un feuillet, & les deux premieres du „ ſuivant avec réflexion, s'il y a de la ſuite „ & du ſens.

23 Theodor. *de menſib. ann.* 1495. Theocrit. Hesiod. 1495.

24 Aristophan. 1498. Politian. 1498. Dioscorid. & Nicand. 1499. Arat. 1499. *Epistol. Varior.* 1499. &c.

anteriori, solebant supponi. Utrique has supponere mos erat paulò [1] recentior.

Ciphras superiori paginarum anteriorum oræ affixit ALDUS [2] anno 1496; easdem * aliquando fronti paginæ anterioris in margine sive orâ exteriore, posterioris in interiore, affixit: easdem postea [3] ipse & [4] alii neglexerunt. Has tandem [5] utrique foliorum paginæ cœperunt imprimere. *Thomas* ANSHELMUS (utì [6] observavit CHEVILLERIUS) in suâ [7] HESYCHII editione in binis columnis excusâ ciphras infrà in utrâque paginâ sub singulis columnis in parte mediâ disposuit.

Signaturas primùm & [8] *Ciphras* celebres centuriæ sequentis Typographi, priorum exemplo ducti, ac tandem (licèt aliquantulo parciùs seriùsque) [9] *Reclamantes* in suis Editionibus observârunt.

In

1 *Theodor.* GAZ. *Gramm. Gr.* lib. I. apud FROBEN. ann. 1516.

2 *Hort.* ADONID. Sic ARISTOTEL. vol. 2. 3. 4. 1497. 5. 1498.

* Pindar. Gr. 1513. 8.

3 *Dictionar. Gr. Lat.* 1497. ARISTOPHAN. POLITIAN. 1498. DIOSCORID. NICAND. *Astronom. Epistol.* 1499.

4 SUID. apud. CALLIERG. 1499. Reclamantes & Ciphræ omittuntur in LUCIAN. 1496. ÆSOP. 1497. PHALARID. *Epist.* 1498. *Etymolog.* & SIMPLIC. 1499. HERM. & ORPH. 1500.

5 ALD. in DEMOSTH. 1504.

6 Pag. 38.

7 Ann. 1514.

8 Signaturis & ciphris usi sunt *Henr.* STEPHANUS 1504. in ARISTOTEL. *Physic. & Metaph. Lat. Franc.* REGNAULT. & *Ægid.* GOURMONT 1510. in PLIN. *Epist. Sim.* COLINÆUS 1520. in CLICTOV. *doctrin. moriend.* Ciphras omiserunt aliquando GOURMONT 1508. in TISSARD. *Opusc. Grammat.* & 1528. in ARISTOPHAN. *Græc.* BADIUS 1505. in HORAT. *Rob.* STEPHANUS 1526. in PRISCIAN. *de Accent.* & 1527. in MONES. *de Accent.* VASCOSANUS 1532. in *Thom.* MAG. *&c. Græc. Andr.* BOUCARDUS 1531. in VIRGIL. *Conr.* NEOBARIUS 1539. in *Ocell.* LUCAN. *Græc.* Ciphras in mediâ paginarum omnium fronte posuit *Phil.* JUNTA 1516. in *Enchirid. Grammat. Græc.* utì etiam *Aldus* in suâ editione *Lucianeâ* 1503. qui in Græcâ Proverbiorum collectione (1505. ad calcem *Æsop.* Fabul.), ubi singulæ paginæ binis columnis imprimuntur, ciphras suprà in mediâ singularum columnarum parte distribuit. Has FROBENIUS neglexit 1515. in *Epistol. quorund. Viror.* & paginis omnibus affixit 1518. in *Epistolis* ERASM. *Rob.* STEPHANUS paginæ solùm anteriori affigebat 1526. in *Præcept. Theodidact.* Denique etiam posteriori 1530. in CICER. *Topic. Jo. Lodoic.* TILETANUS paginæ utrique 1536. in ASCON. *Comment.* & 1545. in ARISTOPHAN. *Thesmoph. Græc.* Sed tantùm anteriori 1542. in PLIN. *de Vir. Illust.* & 1544. in OVID. *Epist.*

9 CHEVILLER. p. 38. *Les Imprimeurs ne les ont employées que fort tard, vers l'année* 1520. Sic *Christian.* WECHELUS 1528. in GALEN. *de plenitud.* VASCOSANUS 1533. in *Tuscul. Quæst. Sim.* COLINÆUS 1534 in *Nov. Testam. Græc. Franc.* GRYPHIUS 1536. in HEGHENDORPH. *Method. Epistol. Audoen.* PARVUS 1543. in PLIN. *Nat. Hist Franc.* STEPHANUS 1543. in *Gr. Psalter. Guil.* MORELIUS 1549. in PHALARID. *Epist.* Reclamantes aliquando adhibitæ sunt, & ciphræ neglectæ apud ARISTOPHAN. *Gr per* GOURMONT. 1528. VIRGIL. per *Andr.* BOUCARD. 1531. ADAMANT. *Physiognom. Gr.* per NEOBAR. 1540. Dubito, an TILETANUS & *Joannes* ROIGNY reclamantibus unquam usi sint. *Rob.* STEPHANUS signaturas, ciphras & reclamantes in *Hebr. Prophet.* 1539. aliisque *Hebræorum Bibliorum* partibus; utì & in *Græcis* Editionibus EUSEB. 1544. *Nov. Test.* 1546. 1549. &c. Has VASCOSANUS omnibus paginis apposuit in *Meditat. Græc.* CLENARD. 1534.

Apud quosdam Typographos, in *Græcis*

magis

In his Artis Typographicæ minutiis, nescio an fuerim paulo occupatior. Multum autem abest, ut hanc exhauserim materiam. Quot enim Libri essent attentiùs evolvendo! sed Lector hôc meo interim labore erit contentus, & forsan non minùs, quàm ego, defatigatus; præsertim cùm hæc typographica adminicula in Bibliopegorum potiùs quàm Lectorum usum excogitata ad exteriorem Libri habitum potiùs quàm sensum pertineant. Ciphrarum tamen usum nunquam meliùs sensimus, quàm cùm Librorum Indices (res, incertum, magísne laboriosa an necessaria) componi cœperint.

Aggrediar jam id, quod antea promiseram, præstare, & Græcarum Capitalium usum in antiquis Editionibus explicare.

Anno 1494. *Joannes* LASCARIS litterarum Græcarum Capitalium usum *Florentiæ*, *Laurentio Francisci de* ALOPÂ *Veneto* Impressore, induxit. Eâ characterum specie excusi prodierunt Libri sequentes; in 4to.

ANTHOLOGIA *diversorum Epigrammatum*; *Florentiæ*, per *Laurentium Francisci de* ALOPÂ *Venetum* III. Idus *Augusti*. M. CCCC. LXXXXIIII.

APOLLONII *Rhodii Argonauticon Libri quatuor*, *cum Scholiis Græcis*; *Florentiæ*, anno millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto.

EURIPIDIS *Medea*, *Hippolytus*, *Alcestis*, *Andromacha*.

CALLIMACHI *Hymni*, *cum Scholiis Græcis*.

GNOMÆ *Monostichoi ex diversis Poetis secundùm ordinem Alphabeticum: & Poëmatium* MUSÆI.

His plures, qui capitalibus excusi sint, Libros nondum vidi. Audivi tamen, qui affirmaret HOMERUM à se aliquando visum. In re nihilominus tam rarâ, sunt rari, quibus meam fidem adstringerem.

Capitalis character mihi videtur Textui præcipuè Authorum destinatus, cùm minusculus scholiis potiùs inserviat. Par enim est partem Libri nobiliorem nobiliori typo impressam conspici. Sic videmus APOLLONII & CALLIMACHI Textum typo capitali, scholia minusculo imprimi. Quinimo, ubi scholia alicujus Authoris sola imprimuntur, voces ipsæ è textu citatæ, quæ in scholiis explicantur, capitalibus litteris distingui solent. Quod in vetusto *Homericæ Iliadis* interprete anno 1517. & antiquis in SOPHOCLIS Tragœdias scholiis anno 1518. *Romæ* editis observatum est. Illis & his (uti & Porphyrii de

magis quàm *Latinis*, Reclamantes reperiri observo; uti apud *Franc.* STEPHANUM, qui nescio an unquam has, præterquam *Psalterio Græco*, apposuerit.

Hæc libuit observare de Typographis *Parisiensibus*. Nimis longum esset de aliis sigillatim dicere.

N 3

de Homericis Quæstionibus & antro Nympharum libris ann. 1517. Romæ excusis) carmina aliquot LASCARIS præeunt *Græcis* majusculis excusa. Eandem quoque majusculorum rationem secuti sunt *Gerardus* MORRHIUS ann. 1530. & *Wendelinus* RICHELIUS ann. 1539. in *Græco* HOMERI Interprete excudendo, quoties una pluresve *Homerici* Textûs voces inserendæ occurrunt. Hæc quidem litterarum varietas legenti perutilis est, quo faciliùs & citiùs Textus secerni à scholiis & internosci possit.

Anthologia suprà dicta à [1] *Leone* ALLATIO scribitur anno 1484. *Florentiæ* edita, toto decennio antequam nostra: & in Fabric. Biblioth. anno 1487. [2] Vitium utrobique subest numeris typographicum. Illam enim Editionem à viro eruditissimo antiquitatis indagatore ignorari vix credibile est, neque ullam anno 1494. extitisse vetustiorem verisimile; cùm præterea ante annum 1488, quo HOMERI opera prodierunt, *Florentiæ* nil *Græcè* excusum fuisse ex HOMERI illius Præfationibus antea memoratis Lector facilè conjiciet. R. P. D. *Bernardus de* MONTFAUCON tradit in [3] Bibliothecâ S. Salvatoris *Bononiæ* asservari *Anthologiam primò cusam sinè nomine Typographi & Loci*; & in [4] Bibliothecâ S. *Joannis de Carbonariâ Editionem Anthologiæ vetustissimam elegantibus typis*. Annum non adjecit vir clarissimus; quem tamen in aliis rarioribus Libris omittere non solet; E. G. [5] *Grammatica Græca Constantini* LSCARIS *cusa Mediolani anno* 1476. HOMERI *Iliados editio anno* 1488. [6] *Ejusdem Odyssea cusa Florentiæ anno* 1488. [cujus Editionis bina Volumina cùm distracta sint nec in eâdem Bibliothecâ occurrant, Hoc in *Ambrosianâ Mediolanensi*, illud in B. MAR. *Florentin*. conjicio utrumque simul junctum [7] rarissimè fieri obvium] [8] *Editio prima Græco-Latina Psalmorum Mediolani anno* 1481. *Biblia Moguntina anno* 1462. ARISTOTELIS *prima editio in membranâ*; quam, licèt annum non adscripserit, *Aldinam* (de quâ antea) fuisse non dubito.

Sed ut ad *Anthologiam* redeam, siqui ejus codices [9] anni indicio careant, id causæ esse crediderim, quòd LASCARIS Epigramma Græcum & Latina ad *Petrum* MEDICEN Epistola (*quam vidisse operæ pretium esse scribit* [10] ALLATIUS, ideóque in primâ editione Annal. Ty-

1 *Animadvers. in Antiquit.* Etrusc. *Fragm.* Paris 1640. 4to. pag. 61. 62.

2 Lege FABRIC. *Bibl. Gr.* lib. 3. p. 698. *ibi legitur 1497.*

3 *Diar. Italic. Paris* 1702. 4to. p. 410.

4 Pag. 312.

5 Pag. 369.

6 Pag. 17.

7 Haud pauca tamen in publicis & privatis *Angliæ* Bibliothecis videre mihi contigit: ubi jamdiu apud eruditos revixit laudanda veterum bonorum Librorum aviditas.

8 *Diar. Ital.* p. 410.

9 Qualem vidi in Biblioth. *Bodleianâ* & alibi alterum.

10 *Animadv. in Antiq.* Etrusc. *Fragm.* pag. 62.

Typograph. Tom. I. p. 270. usque ad p. 283. integram unà cum Lascaris epigrammate excudendam curavi) à calce libri avulsa & à quibusdam litterariæ antiquitatis studiosis seorsim (eruditionis alibi raræ, quæ ibi diffunditur, gratiâ) fuerint servata. Hanc in posterioribus Editionibus per Typographorum avaritiam omissam esse dolet Colomesius.

Non tantùm *Græcum* Lascaris Epigramma sed & *Latina* ejus Epistola capitalibus litteris excuditur. Nullum aliud *Latinarum* majuscularum in Typographiâ specimen hujusmodi, præter monumenta aut inscriptiones, vidi. In hisce *Græcis* per capitales litteras editionibus pauca hæc adnotabo; accentuum scilicet [1] notas imprimi; pro utroque spiritu [2] dissectas litteræ H partes (⊢ ⊣) usurpari; [3] circumflexi eandem, quæ in *Latinis*, figuram, ex acuti & gravis conjunctione effictam (∧) adhiberi.

Litterarum certè (quod observat [4] *Leo* Allatius) *Romanarum forma* [5] *Græcarum simillima nonnisi capitalis esse potuit*; *nomen sortita à quantitate vel modulo*; *modò maxima à* [6] Cicerone; *grandis ab* Ovid. *lib.* 3. *Trist. cubitum longa à* Plaut. [7] *Pœnul.* & [8] *Rudent. minuta & minutissima à* Plaut. [9] *Bacchid.* Cicer. *apud* Plin. *Lib.* 7. *cap.* 21. Senec. *Epistol.* 95. *modò rotunda ab aliis*, *modò quadrata à* [10] Petronio. Quin etiam idem [11] Allatius capitalium usum fuisse antiquum probat eò quòd [12] *ab illis errata corrivârint*. Pluribus hoc explicat argumentum [13] vir doctissimus, ad quem lectorem refero.

Ante Lascarem is capitalium usus in Typographiâ ignorabatur, qui licèt in antiquis Numismatum Marmorúmque Inscriptionibus locum [14] potissimum habeat, in manuscriptis tamen Codicibus characteres.

1 Has (quoties in Capitum titulis majuscularum usus est) habet Aldus in suis primis Editionibus; negligit Homeri Editio *Florentina*, utì & Callibergus in *Etymologico*, ac Simplicio, & Bisolus in Suidâ 1499. Aliquando omittit, aliquando admittit Editio Homer. *Iliad.* Schol. *Romana* 1517. (consule pag. 4. lin. quinq. ultim. & pag. 5. lin. du prim.) utì & *Henr.* Stephahus in Edit. *Heroïc. Poet.* 1566.

2. 3 Sic Aldus plerumque in primis Editionibus, & *Henr.* Stephanus in *Heroïc. Poet.*

4 *Animadv. in Antiq.* Etrusc. *Fragm.* pag. 57.

5 Plin. *Nat. Hist.* lib. 7. cap. 58. Tacit. *Annal.* lib. 11. pag. 171. Edit. *Lips.*

6 Epis. ad *Quint.* Lib. 3. Epist. 1.

7 Act. 4. Sc. 2. ℣. 15.

8 Act. 5. Sc. 2. ℣. 7.

9 Act. 4. Sc. 9. ℣. 67.

10 Cap. 29.

11 Ibid. pag. 55.

12 L in D. lege Scalig. in Varr. *de re Rust.* lib. 2. D & T. lege Stewech. in Apul. lib. 1. B, P & R. Idem. lib. 5.

13 Lege *Leon.* Allat. in *Anim. ad Ant.* Etrusc. *Frag.* p. 55. usque ad pag. 81. Lege etiam *Jos.* Scalig. digress. de litterarum *Ionicarum* origine in ejus *Animadv. ad* Euseb. *Chron.* pag. 110. usque ad pag. 122. Edit. *Amstel.* 1658.

14 *Leo* Allat. p. 48. notat, quòd *litterarum* etiam *minuscularum fidem faciant veteres inscriptiones apud* Gruterum.

Quin

teres minusculos sive (quos vocant, & [1] quibus nunc utimur) cursivos sæpius, expeditioris scriptionis gratiâ, adhibebant Scribæ: quales characteres cernimus in Libris, qui ante 1494. *Græcè* excusi sunt. In horum tamen antiquioribus quædam litteræ sunt tantùm aut sæpius capitales, [2] Γ, Μ, [3] Η, Ν, C.

[4] *Leo* ALLATIUS *Guil.* CANTERO producto teste *probat*, *tum ex vetustis codicibus*, *tum ex Scholiastis*, *veteres Græcos nudas litteras absque apicibus illis pingere solitos fuisse*, *quod sæpius asserit* POLITIANUS, *sed potissimùm Miscellan. cap.* 58. & 80. Apices itaque illos omnino rejecerunt Typographi [5] *Conradus* SWYENHEYM & *Arnoldus* PANNARTZ &c. [6] LEONARDUS *de Arigis* in POLITIANI Operibus, [7] *Badius* ASCENSIUS in ejusdem Miscellaneis; (& in Macrob. 1515. Sed in Lucret. fol. 1514. aliqua Græeè occurrunt apicibus illis notata; aliqua nullis). At ALDUS in [8] suâ POLITIANI editione prosodica illa vocum fastigia noluit negligere, nisi in duobus locis, ubi citantur [9] Sibyllini versus & [10] CALLIMACHI Hymnus in PALLADIS lavacra; quia scilicet POLITIANUS ibi disertis verbis eorum absentiam in vetustis codicibus confirmat. Nihilominus tamen LASCARIS in suis, quas *Græcis* capitalibus vulgavit, Editionibus accentuum & spirituum notas diligentissimè adjecit tanquam necessarias; quibus, si omnino fuissent ablegandæ, [11] capitales meliùs quàm minusculæ carere potuissent.

A pronunciationis notis ad distinctionis notas, de harum usu in *Græcis* Editionibus paucula dicturus, transeo. Punctum tantùm [12] antiqui noverant; quod triplex fuisse observat [13] ALLATIUS, τελείαν ςιγμὴν, μέσην & ὑποςιγμὴν; [14] recentiorum usus induxit lineolas curvas, quas

Quin & alibi passim in vetustis Inscriptionibus minusculæ occurrunt capitalibus immistæ.

1 ALLAT. pag. 45.

2 AUL. GELL. 1469.

3 *Batrachom.* 1486.

4 Pag. 77. ex CANTER. *Syntag. de rat. emend.*

5 AUL. GELL. 1469. At tamen hos *Nicolaus* JENSON in suâ *Aul.* GELLII 1472. Editione rejicere noluit.

6 *Florent.* 1499.

7 Ann. 1511.

8 Anno 1498. quæ Editio continet etiam miscellaneorum centurias, quas omisit *Leonardina* ann. 1499.

9 Cap. 58. —— *Sibyllinos versus*, *qui nunc quoque apud* Zosimum *vetustissimis codicibus citra ulla fastigia*, *qualésque de industriâ subjecimus*, *inveniuntur.*

10 Cap. 80. —— CALLIMACHI *versiculos subscriptos veteri more sinè ullis accentiunculis* —— In Sibyllinis versibus (ỳ. 10. & 13.) duæ voces reperiuntur accentu notatæ, sed id per Typothetæ festinantis oscitationem.

POLITIANI verba hæc [*de industriâ*] innuere mihi videntur, quòd antiqua illa in codicibus scribendi consuetudo non satis deinceps apud eruditos valuerit, ut Prosodiarum notæ prorsus exularent. De his lege nonnihil in *Histor.* STEPHANOR. p. 437.

11 Capitales enim, quarum in Numismatibus & Marmoribus usus crebrior, lineis omnibus prosodicis cernuntur destitutæ.

12 Sicut in *Aul.* GELL. 1469.

13 Pag. 77. ex *Constant.* LASCAR. *Gramm. Græc.*

14 Pag. 81.

quas virgulas vocamus. LASÇARIS in suprà laudatis Editionibus non tantùm punctum sed & [1] virgulam ad sensum sententiarum dirimendum vocibus injecit. In Latinis libris impressis, virgulæ vice usurpabatur olim [2] lineola inter voces in transversum ducta.

Satìs supérque jam de litterarum figurâ, vocum prosodiis, & sententiarum distinctionibus, quæ in vetustis illis rarísque Typographiæ monumentis observantur, dictum est. Antequam hos libros capitalibus exaratos mittam, id restat animadvertendum, quòd ex his una [3] *Anthologia* nomen Urbis, & Typographi, anníque numerum gerat; [4] APOLLONIUS urbem & annum indicet; [5] EURIPIDIS *Tragœdiæ* quatuor, [6] CALLIMACHUS & [7] *Gnomæ*, cum [8] MUSÆO, typographicis illis tribus circumstantiis careant. A vero tamen longissimè non forsan abero, si ibidem & ab eâdem officinâ censeam omnes exiisse. Ad tempus quod attinet, *Anthologiam* reliquis præivisse satìs indicat ei adjuncta LASCARIS Epistola, quâ novi illius, qui omnibus communis est, characteris adhibendi ratio aperitur. Omnes certè non longo temporis spatio inter se distare conjicio. *Anthologiæ*, uti & *Gnomis*, præmittitur Alphabeti *Græci* cum diphthongis propriis & impropriis παράδειγμα majusculis litteris excusum. Dubitandi non locus est, quin omnium Editionibus præfuerit LASCARIS primus hôc charactere utendi hortator; qui CALLIMACHO subjunxit hoc * Epigramma.

Εἰς

1 Virgularum & interrogationis ex puncto virgulâque factæ usus in HOMER. 1488. Virgulæ in *Batrachom.* 1486.

2 Hanc *Henricus* STEPHANUS usque ad annum 1520. adhibuit. Vide Logic. 1520. & Montholon. eod. anno: quo etiam *Sim.* COLINÆUS.

3 Hujùs Editionis *Henricus* STEPHANUS non meminit in suâ 1566.

4 Idem in suis ad APOLLONIUM (anno 1574.) annotationibus hanc editionem *Florentinam* citat.

5 FABRIC. in *Biblioth. Gr.* has *Florentiæ* cusas ex ratione litterarum conjicit.

6 Hanc CALLIMACHI editionem majusculis litteris vocat *Florentinam Henricus* STEPHANUS in *Poët. Heroïc.* 1566. 2 Tom. p. 487. Et CALLIMACH. 1577. p. 106.

7 Has *Gnomas* inseruit *Henr.* STEPHANUS in suâ editione anni 1569. p. 182. usque ad pag. 365. Non invenio ullam hujus mentionem ab eo factam. Easdem ALDUS ad calcem THEOCRITI & HESIODI anno 1495. impresserat. Cui editioni forsan hæc antecessit litteris majusculis edita.

8 Hoc Poemation ad calcem *Gnomarum* rejicitur cum hôc titulo, Μυσαίυ τὰ καθ' Ἡρὼ καὶ Λέανδρον. Hanc ejus Editionem an viderit *Henric.* STEPHANUS, dubito. De eâ altum silentium in ejus edit. *Poet. Heroïc.* 1566. 2 Tom. p. 487. ubi hæc leguntur. *Affirmavit mihi olim* Michael Sophianus *coram aliis plurimis se vidisse* Genuæ *Librum veterem, qui inter alia Poëmata haberet istud, ita inscriptum* Μυσαίυ γραμματικῦ τὰ καθ' Ἡρὼ καὶ Λέανδρον.

* Idem recusum est in editionibus *Aldinâ* 1513. *Frobenianâ* 1532. *Stephanæâ* 1577. *Cramosianâ* 1675. & *Parisinâ Benenati* 1574. ubi Latina *Gulonii* interpretatio additur hæc.

Epigramma Jani LASCARIS *in* CALLIMACHUM *è Græco Latinum factum ab eodem interprete.*

Corporis Herculei, vestigia recta secutus;
Quanta esset moles Pythagoras docuit.
Hastáque Alexandri templo visenda Dianæ;
Testis erat, Regis quam generosa manus.

Noscitur

'Εις Καλλίμαχον.

Ἴχνια μαςεύων, ῥυθμίσσατο σῶμα πέλωρον
  Πάνσοφος Ἡρακλέος πρίν ποτε Πυθαγόρης.
Δȣ̃ρας Ἀλεξάνδρȣ δ' Ἱππȣ̃ς παρὰ κίονι νηῷ
  Δηρὸν ἔην, μεγάλης μνημόσυνον παλάμης.
Καὶ σέο δ' οἷα λέοντος ὄνυξ, τόδε, Καλλίμαχ' ἥρως,
  Λείψανον εὐύμνων λαμπρὸν ἔδειξε νόον.
Ὡς γόνιμον, σοφίην πιςȣ́μενον, εἴσιδε τέχνην,
  Ἀέναον φωνὴν, ἔνθεον ἁρμονίην.
Ὀκτάκις εἰ δ' ἑκατὸν ςίχα βίβλων ὤλεσεν αἰὼν
  Λευγαλέος, βαιὸν Ζεὺς τόδ' ἔνευσε μέλος
Ἀρχέτυπον τελέθειν, θεῖον γένος ἥντις ἀείδῃ,
  Μορφῆς ὡς πλάςαις κυάνεον βλέφαρον.
Μήποτε δ' ἐξάρχοντος ἔοι σπάνις ὑμνοπόλοισι
  Μολπῆς, χαλκογράφων ξυνὸν ἔθηκε τέχνη.

Λασκάρεως.

Forsan etiam LASCARIS aliquatenus curam gessit *Homerici* & *Sophoclei* interpretum, & PORPHYRII *de Homeric. Quæst.* quorum Editiones *Romæ* ann. 1517. & 1518. prodierunt, ejus Epigrammatibus *Græcis* ornatæ. Alia, quare id credam, ea causa est, quòd hæ in Gymnasio *Mediceo Quirinalis* collis à [*Joanne* MEDICEO] LEONE X. constituto typis mandatæ fuerint. Et quidni putem, LASCAREM *Mediceæ* familiæ semper adeò, ut vix quisquam magis, addictum illius Gymnasii Typographeo operam suam commodâsse? Hic obiter observo *Joannem* hunc LASCAREM *Rhyndacenum* [1] tanto in pretio habitum fuisse, ut [2] à Rege *Galliæ* LUDOVICO XII. accitus ad *Venetos* sæpius legaretur; & [3] *posthæc* Romam *abiens*, *ibidem amicitiâ fretus*

Noscitur ungue Leo: hymnorum sic, Callimache heros,
  Hoc reliquum ostendit, mens tua quanta fuit.
Quámque ferax & quàm sapiens artem inspice doctam,
  Divinam harmoniam, mellifluósque sonos.
Tempus edax rerum octingenta volumina trivit.
  Annuit exiguum Jupiter istud opus
Archetypum esse, Deos si quis celebraverit hymno:
  Formæ ut pictori nigra supercilia.
Neve hymni cupidis penuria principis esset,
  Commune hoc fecit Chalcographeia bonum.

1 Lege clariss. ZELTNER. in *Correctorum centur.* pag. 318.

2 BEMB. *Ven Hist.* apud VASC. 1551. pag. 144. & 152.

3 ZELTNER. *Centur. Corrector.* pag. 319. Vir clariss. pag. 320. habet hæc, *Mortuus tandem est* Romæ, *ætatis nonagesimo*, Christ. 1489. *morbo articulari constanter laborans.* Quæ non satis intelligo; LASCAREM enim ex supra dictis constat ultra ann. 1489. vixisse. Præter Joannem LASCAREM alius fuit Constantinus LASCARIS Byzantinus Grammaticæ Græcæ author, qui quo anno obierit, nescio. Grammaticas suas Institutiones prælegebat in Messanâ Siciliæ anno millesimo quadringentesimo septuagesimo; uti

fretus LEONIS X. Laurentii de MEDICES *fratris*, *postquam ex* Græciâ *juvenes eruditos & bene moratos secum eduxerat*, *bujus Collegii*, *ad conservandam Linguæ* Græcæ *puritatem instituti*, *moderator factus*, *ingentibus Pontificiis beneficiis sit gavisus. Ab binc denuo in* Galliam *à* FRANCISCO *I. citatus est*, *ut ei à Bibliothêca esset.*

Joannes hic LASCARIS, [1] *vir* Græcus, *utrâque Linguâ pereruditus*, Romæ Græcorum *Scholæ præfectus à Pontifice*, [2] *multum laboravit in correctorio opere*, *imò plura fecisset* (inquit ERASMUS) *ni crebræ legationes & Regum negotia eum revocâssent.* Florentiis *autem quàm maximè &* Venetiis *id factum credibile est*, *illìc apud* JUNTAS, *bìc apud* ALDUM: imò & *Lugduni*, ut conjicit [3] CHEVILLERIUS. Eodem circiter tempore, quo LASCARIS, [4] *Marcus* MUSURUS munere correctorio fungebatur.

Munus

uti in Institutionum illarum apud ALDUM impressarum fine legitur.

BAYLE, *Diction.*] *Il retourna en* France *sous le regne de* François *I. & après s'y être arrêté quelque tems*, *il repassa en* Italie, *& mourut à* Rome *perdu de goutes à l'âge d'environ* 90. *ans.*

1 BUDÆUS *Tonstallo* hæc scribit anno 1517. Lege *Erasm.* Epistol. p. 245. ERASMUS *Lascarem* adhuc esse in vivis anno 1524. scribebat. Lege ejus Epistol. ad *Gaverum*. p. 788. Et MON. *Lilius* GYRALDUS, *in secundo de sui temporis poëtis dialogo*, *Lascarem hunc non multò post ineuntem* PAULI III. *pontificatum obiisse scribit.* PAULUS *autem* 13. *Octob. anno* 1534. *sedere cœpit.*

2 ZELTNER. *Centur. Corrector.* p. 321.

3 Pag. 194. „ *Jean Lascaris* étoit sorti de l'illustre Famille, qui donna trois „ Souverains à l'Empire *Grec*. Il se retira „ en *Italie* après la prise de *Constantinople*, „ & vint en *France*, d'où il fut envoyé „ par *Louïs* XII. Ambassadeur à *Venise*. Il „ avoit fort étudié les anciens Auteurs de „ sa Nation, dont il rechercha les Manuscrits, & corrigea les fautes pour les rendre plus faciles à traduire. *Genebrard* „ dit, que ce fut par son conseil & celui „ de *Guillaume Budé*, que le Roi *Francois* „ I. forma le dessein de dresser une Bibliotheque dans sa Maison Royale de „ *Fontainebleau*, & de fonder à *Paris* le „ College des Professeurs Royaux pour „ les Langues: LASCARI & BUDÆO „ *Auctoribus Franciscus I. Bibliothecam* „ *Fontanablæam instruxit*, *indéque anno* „ 1530. *Linguarum & Mathematum Professores*. Je crois que ce fut *Lascaris* qui „ servit de Correcteur à l'*Avicenne* imprimé à *Lyon* en trois Volumes *in fol.* avec „ les Commentaires de *Jaques de Partibus*, par *Jean Trechsel* & *Jean Cleym* „ l'année 1498. comme je conjecture de „ l'Epître dédicatoire adressée au Medecin „ du Roi *Jean Ponceau*, qu'il mit à la tête „ de ce Livre. Ces deux sçavans *Grecs* „ [*Lascaris* & *Musurus*] étoient aussi fort „ habiles dans la Langue *Latine*. *Erasme* „ dit, dans ses Epitres (scil. *ad Gaverum* „ pag. 788.) *Latina Lingua ad miraculum* „ *doctus* (Musurus): *quod vix ulli* Græco „ *contigit*, *præter Theodorum* GAZAM *&* „ *Joannem* LASCAREM.

4 Lege *Henr.* STEPH. *Querimon. Art. Typogr.* & CHEVILLER. p. 194. „ *Marc* „ *Musurus* étoit de l'Isle de *Candie*, & „ devint Archevêque de *Raguse*, après „ avoir expliqué long-tems à *Padouë* les „ Auteurs *Grecs* avec reputation. *Beatus* „ *Rhenanus* a écrit qu'il étoit homme de „ grande lecture, & d'une profonde érudition; qu'il n'y avoit rien de si obscur „ qu'il ne rendît clair par son éloquence: „ *Nihil erat tam reconditum*, *quod non* „ *aperiret*, *nec tam involutum*, *quod non* „ *expediret. Omnia legerat*, *excusserat omnia.* Et auparavant lui *Alde Manuce*, „ avec qui il travailloit à corriger les Manuscrits *Grecs*, & revoyoit les feuilles „ des Impressions, fit son Eloge en ces „ termes sur le PLATON *Grec* de 1513. „ MUSURUS Cretensis, *magno Vir judicio*, *magnâ doctrinâ*, *qui hos* PLATONIS

„ *Libros*

Munus certè illud, quo nullum Arti Typographicæ magìs necessarium, viris nonnisi pereruditis deferri solebat. Id curabant viri omnium ordinum in loco quocunque primarii; nec quâ aspergi maculâ honorem suum credebant, si litterarum promovendarum gratiâ tam laboriosum, sed præclarum, opus tractarent. Non igitur potui, dum Annales Typographicos texo, his quam plurima de typographicis Correctoribus non intexere; & sequentem Catalogum lectori proponere.

ADA de Montaldo Genuensis Augustinianus Sacræ Theologiæ doctor elimavit Joannis Tortelii Aretini Commentarios Grammaticos; qui per Ulricum Gallum & Simonem Nicolai Romæ prodierunt 1471.

ÆNEAS Vulpes Vicentinus Prior Sanctæ Crucis, adjutore Laurentio Brixiensi, Pauli Orosii Historias castigavit, quas Hermanus Liechtenstein typis mandavit, anno tamen non indicato.

ALEXANDER Bondinus sive Agathemerus, physicus, correxit Ciceronis Organum ab Aldo Manutio Græcè excusum Venetiis 1495.

ALUYSIUS Strazarolus recognovit Terentium cum Donati Commentariis per Paulum Ferariensem impressum Tarvisii 1481.

ANGELUS de Monte Ulmi Ord. S. Francisci emendavit editionem Bibliorum Latinorum, quæ excusa sunt in officinâ Joannis & Angeli Britannicorum Brixiæ 1496.

ANGELUS Tifernas emendavit Varronis libros de Linguâ Latinâ & Analogiâ sinè anni, loci, typographíque indicio editos.

ANGELUS Vadius & Barnabas Picardus Vicentinus curaverunt Ptolomæi Cosmographiam Latinè ab Hermanno Levilapide Vicentiæ vulgatam 1475.

ANTONIUS Volscus recognovit Propertium ab Euchario Silber Romæ editum 1482.

AUGUSTINUS Dodo, Canonicus ad D. Leonardi ædem, operam suam dedit Joanni Amerbachio seniori opera D. Augustini imprimere aggresso. Sed cùm argumenta in singulos libros scribere cœpisset, peste decessit; & typographus operâ Francisci Wyler Basiliensis Minoritæ usus est. Lege ADAM. *Vit. Theolog. German.* p 272. & ZELTNER. *Centur. Corrector.* p. 163.

AUGUSTINUS Maphæus operam dedit edendis Ciceronis ad Brutum, Quintum & Atticum epistolis. Lege epigramma Pomponii Læti earum editioni (sinè anno, loco & typographo) præfixum.

AU-

„ *Libros accuratè recognovit, cum antiquissimis conferens Exemplaribus, ut unà mecum, quod semper facit, multum adjumenti afferret & Græcis & nostris hominibus.* Ce fût lui, qui corrigea le grand „ *Etymologicon*, qui fut imprimé à *Venise* „ in fol. l'année 1499. par *Zacharie Calliergus* aux dépens de *Nicolas Blastus*.

A. SABINUS poeta laureatus curavit Ammiani Marcellini editionem à Georgio Sachsel & Bartholomæo Golsch factam Romæ 1474. *Vide etiam* Joan. Aloif. Tuscan.

AUGUSTINUS Vincentius Caminadus à mendis vindicavit Erasmi Collectanea adagiorum; apud Joannem Philippum Parisiis 1500.

BARNABAS Celsanus Vicentinus emendavit Ovidium ab Hermano Lichtenstein impressum Vicentiæ 1480.

BARNABAS Picardus. *Vide* Angel. Vad.

BARTHOLOMÆUS de Alten de Nusiâ Germanus artium & medicinæ doctor emendavit librum astrologicum Albohazin in officinâ Erhardi Ratdolt Venetiis 1485.

BARTHOLOMÆUS Bellatus de Feltro Ordin. minorum conventûs Bononiæ, Sacræ paginæ doctor, & regens, emaculavit Scoti Quæstiones in prim. sentent. apud Joannem de Annunciatâ 1478. & eodem anno, cum fratre Gometio Hispano de Ulyxbonâ Theologiæ baccalaureo, fratris Asterani de Est Summam sumptibus Joannis de Coloniâ & Joannis Manthen editam Venetiis.

BARTHOLOMÆUS Merula recognovit Persium editum sumptu Joannis de Tridino Venetiis 1494.

BARTHOLOMÆUS Parthenius recognitionem præstitit libri de priscorum verborum proprietate à Juniano Maio compositi, & impressi per Bartholomæum Confalonerium Tarvisii 1480.

BARTHOLOMÆUS Salicetus Bononiensis, & Ludovicus Regius recognoverunt Ciceronis Epistolas ad Brut. Quint. Attic. excusas per Eucharium Silber Romæ 1490.

BEATUS Rhenanus (Lege ZELTNER p. 464. & TEISSIER. *Elog.* p. 4. & ADAM. *Vit. Philosoph.* p. 132.) *natus ann.* 1485. —— *Officia in tollendis codicum erratis Joanni Amerbachio obtulit.* —— *Obiit* 13. *Cal. Jun. ann.* 1547. *ætat.* 62. Recognitor fuit cum Petro Portâ in Henrici Stephani primi officinâ, cùm excuderet Aristotel. Politic. ann. 1506. uti ad ejus editionis calcem legitur cum Latino ejusdem tetrastichо epigrammate.

BENEDICTUS Brugnolus Latinâ & Græcâ linguâ eruditissimus recognovit Priscianum impressum à Georgio Arrivabeno Venetiis 1488. & postea à Philippo Pinzio ibidem 1492. & Diogenem Laertium Latinè ab Ambrosio versum & à Phil. Pinzio excusum Venetiis 1497.

BENEDICTUS Rhetor correxit Georgii Trapezuntii Rhetoricam impressam per Spirensem Venetiis, absque anni notâ; & postea in officinâ librariâ Leonardi Pachel Mediolani 1493.

BERARDINUS Lanterius. *Vide* Franc. Puteolan.

BERNARDINUS Cyllenius Veronensis curavit Petrarchæ Editionem à Christophoro factam, & à Vindelino vulgatam 1470.

BERNARDUS Eadolus D. Michaelis Murani Prior emendavit Biblia Latina excusa per Paganinum de Paganinis Venetiis 1495.

BONETUS de Locatellis Bergomensis elucubratione suâ correxit Durandi Rationale impressum per Perrinum Latomi, Bonifacium Joannis, & Joannem de Villâ Veteri, Venetiis 1494.

BONUS Accursius Pisanus curam habuit corrigendi Valerium Maximum ab Antonio Zaroto Mediolani 1475. impressum; & Latino-Græcum Vocabulistum à Dionysio de Bertochis & Marcum Antonium de Bacileriis Regii 1497. editum.

CÆSAR de Nappis castigatissimè curavit Parthenicen Mantuani, Bononiæ 1488.

CALPHURNIUS Brixiensis expositiones Domitii Calderini in Juvenalem recognovit Romæ 1474. editas; & Horatium Tarvisii 1477.

CAROLUS de Alexandris de Perusio correxit Justiniani Institutiones ab Udalrico Gallo Romæ 1475. impressas.

CHRISTOPHORUS Berardus Pisaurensis recognovit Dantis Opera à Vindelino Spirensi Venetiis 1477. edita.

COELESTINUS in S. Eusebii cœnobio degens correxit Antonini Librum de Institutione Confessorum impressum per Georgium Laver 1472.

CONRADUS Dusseldorp rubricavit, sive rubricis distinxit Historiam Longobardicam apud Conradum Winters Coloniæ editam 1480.

CONRADUS Pellicanus (Lege Zeltner. p. 416. & Teissier. Elog. ann. 1696. p. 91. & Adam. Vit. Theolog. p. 262.) *natus anno* 1478. —— *rogatu fidelissimi typographi* [Joannis Amerbachii] *centum quinquaginta libros residuos* [operum Augustini, post abitum Francisci Wyler, de quo suprà, vid. Augustin. Dodo.] *absolvit. Aliis quoque typographis toto sexennio pro virili fuit subsidio; maximè Jacobo à Pfortzen, qui primus Basileæ impressit opera Chrysostomi; & Stephan. Brulifer.* —— *Joannes Frobenius cupiens quadruplex Psalterium imprimere, opus in Germaniâ non tentatum, exoravit Casparum Sazgerum provincialem Pellicani, ut tres menses pateretur ipsum Basileæ commorari, quo correctiùs opus ederetur.* —— *Obiit anno* 1556. *ætat.* 78.

CORADINUS aliquid operæ suæ impendit in Omniboni Commentarios ad Lucanum Venetiis 1475.

DEMETRIUS Cretensis recognovit Lascaris Grammaticam Græcam apud Dionysium Paravisinum Mediolani 1476. editam; & Florentinam Homeri editionem Græcam cum Joanne Accaiolo & Demetrio Chalcondylâ Atheniensi (*lege Bernardini Nerlii præfationem huic editioni additam*) 1488. Demetrius Chalcondyles Mediolanensibus Isocratis 1493. & Suidæ 1499. editionibus Græcis præfuit.

DE-

DEMETRIUS *Chalcondyles* (lege Zeltner. p. 155. usque ad p. 157.) *patriâ Byzantinus* (Athenienſem fuiſſe ſcribit Iſaacus Bullart. in *Academ. des Scienc.* Sed forſan Athenis natus Byzantium conceſſit, deinde Florentiam petiit, tum Venetias, denique Mediolanum). *Florentiam delatus eſt* —— *tum diſceſſit Venetias, ibidémque apud Aldum Græcos codices ſub prælo ſudantes diu correxit.* —— *Id tamen factum eſt, non antequam princeps Florentiæ obierat.* —— *Poſt hæc Mediolanum à Ludovico Sfortiâ accerſitus unà cum uxore & liberis eò commigravit, ac non multò poſt Grammaticæ ſuæ rudimenta luci publicæ expoſuit.* —— *Ejus filia Jano Parrhaſio in matrimonium conceſſa eſt.* —— *Octogenario major Mediolani Spiritum exhalavit.* Erasm. Epist. p. 294. *Sub Chalcondylâ profecerunt Gulielmus Latimerus, Linacer, & Grocinus. Demetrius* (ut Bullartus ſcribit) *mourut agé de plus de quatre vingts ans, peu avant que les François ſortiſſent de l'Italie pourſuivis par les armes de Jules II. & des Venitiens.*

DOMINICUS de Canali Feltrenſis emendavit Librum Santis de Ardoinis de Venetiis editum operâ Bernardi Ricii Venetiis 1492.

ELYANORUS Sanſeverinus. *Vide* Hie. Tur. Vero.

EUSEBIUS Scutarius Vercellenſis recognovit Plautum (olim magnâ ex parte emendatum à Georgio Merulâ Alexandrino) in officinâ Ulderici Scinzenzeler 1490. impreſſum.

FRANCISCUS Ceretus Parmenſis quædam Mantuani opera recognovit; ſcilicet Parthenicen ſecundam, & Libros de Calamitatibus, impenſis Benedicti Hectoris & Platonis Bononiæ 1489.

FRANCISCUS Colucia Verzinenſis Compilationem Decretalium Gregorii VIII. caſtigavit à Nicolao Jenſon Venetiis 1475. editam.

FRANCISCUS Helius. *Vide* Joan. Aloiſ. Tuscan.

FRANCISCUS Moneliensis de Genuâ caſtigavit eandem Compilationem, & Apparatum Decretalium Innocentii IV. apud Nicolaum Jenſon & ſocios Venetiis 1481.

FRANCISCUS Puteolanus Parmenſis recognovit Ovidii Opera à Balthezare Azoguido edita Bononiæ 1471. Et, adjuvante Berardino Lanterio Mediolanenſi, Taciti Hiſtorias per Philippum Pinzium vulgatas Venetiis 1497. Recognovit etiam Puteolanus libros Rhetoricos Chirii Fortunatiani, impreſſos ſinè notâ loci, typographi aut anni; eodem tamen (ut conjecturam facio) tempore, quo Tacitus; nam & hujus & illorum, editionem Jacobo Antiquario dedicat Puteolanus.

FRANCISCUS Rholandellus Tarviſanus, qui emendationes in Terent. Varron. de Ling. Lat. ſcripſit Parmæ 1487. editas, Triſmegiſti Latinè à Ficino verſi copiam fecit Gerardo de Liſâ Tarviſii 1471.

FRAN-

FRANCISCUS Vitalis Bodianus curavit Martianum Capellam impressum per Henricum de S. Urso Vicentiæ 1499.

FRANCISCUS Wyler. *Vid.* August. Dodo. *Lege Zeltner p.* 364.

FREDERICUS Pistorius (*Lege Zeltner p.* 424.) *natus ann.* 1486. —— *aliquibus officinis, Antonio præcipuè Koburgero operam locabat suam, ut à vitiis typothetarum pagellas purgaret.* —— *Obiit ann.* 1554. 24. *Mart.*

GABRIEL Fontana Placentinus Cic. Topic. & Partit. recognovit 1472.

GASPAR Grossch & Stephanus Roemer emendaverunt epitomen Joannis de Monte Regio in Almagestum Ptolomæi impressam à Joanne Hamman de Landoiâ Venetiis 1496.

GEORGIUS Alexandrinus (Merula) emendavit Plauti Comœdias à Joanne Coloniensi & Vindelino Spirensi editas 1472.

GOMETIUS. *Vide* Bartholom. Bellat.

GULIELMUS Militi. doctor Sorbonicus correxit Editionem Gregorii de Rimin. Paris. 1482. Vide CHEVILLER. p. 120.

HIERONIMUS Avantius curavit Lucretii editionem apud Paulum Fridenperger Veronæ 1486.

HIERONYMUS Bononius Tarvisinus recognovit Cæsaris Commentarios apud Michaelem Manzolinum Tarvisii; & Tortellii Commentarios apud Hermanum Liechtenstein Vicentiæ; 1480.

HIERONYMUS Cento Paduanus correxit & castigavit Francisci Petrarchæ Capitul. apud Petrum Veronensem. Venetiis 1490.

HIERONYMUS Salius Faventinus præfuit Propertii emendationi apud Benedictum Hectoris & Platonem Bononiæ 1487. & recognovit Beroaldi Annotationes apud eosdem ibidem 1488.

HIERONYMUS Squarzaficus Alexandrinus procuravit editionem Asconii Pediani in Ciceronem apud Joannem Coloniensem & Joannem de Cherretzem Venetiis 1477. *Vide etiam* Nicol. Peranz.

HIE. Tur. Vero. & Elyanorus Sanseverinus, artium & medicinæ doctores, Joannis Arculani Practicam correxerunt & castigaverunt apud Bernardinum Stagninum Venetiis 1493.

JOANNES Aloisius Tuscanus advocatus consistorianus cum Francisco Marchisio Helio Parthenopeo & Sabino curavit Horatianarum Odωn, Epodωn, & Poetices cum Acronis & Porphyrionis commentariis editionem; quæ sinè anni, typographi & loci indicio prodiit. Hujus Joannis Aloisii Tuscani de Mediolano auspicio impressi sunt Calderini Commentarii in Martialem Romæ apud Joannem Gensberg 1474.

JOANNES Andreas episcopus Aleriensis præfuit editionibus librorum, qui ex Conradi Sweynheym & Arnoldi Pannartz officinâ Romæ prodierunt; quorum Catalogum ipse Andreas dedit in epis-

tolâ

tolâ ad Xystum IIII. additâ Glossis Nicolai de Lyra in Biblia 1472. Is Joannes Andreas (*lege Biblioth. Simler.*) fuit Apostolicæ Bibliothecæ Secretarius & Nicolai Cusæ Cardinalis quondam contubernalis. Alius autem fuit Joannes Andreas Bononiensis Jurisconsultus. Zeltnerus p. 65. usque ad p. 69. videtur utrumque Andream pro uno habuisse: eumque scribit septuagenarium ferè obiisse; & extare epistolarum ab eo ad diversos scriptarum volumen, quod rarissimum est, Venetiis excusum. Notat eundem claruisse quammaximè anno Christi nonagesimo supra millesimum & quadringentesimum. At certè Joannes Andreas Aleriensis ante illud tempus diu inclaruit, utì ex editionibus ab anno 1467. usque ad 1473. Romæ ab eodem procuratis satis constat.

JOANNES Angelus correxit Libros quosdam Astronomicos excusos apud Erhardum Ratdolt Augustæ Vindelicorum 1489. & 1491.

JOANNES Antonius Campanus Episcopus Teramensis eandem Udalrico Gallo operam, quam Joannes Andreas Conrado Sweynheym & Arnoldo Pannartz, Romæ eodem tempore præstitit. *Mortuus est* (ut scribit Zeltnerus p. 101. usque ad p. 106.) *ann. æt.* 50. *Senæ die* 15. *Julii* 1477. *Fertur tantâ diligentiâ & alacritate excudisse libros Gallus, ut Campano correctori per singulas noctes ne quidem trium horarum continua quies concessa fuerit.*

JOANNES Baptista Palmarius recognovit Plinianæ Historiæ editionem à Joanne Aluisio impressam Venetiis 1499.

JOANNES Cono (Lege *Zeltner* pag. 122.) *susceptus est in hunc mundum ann.* 1463. —— Johannes Amerbachius *totum se comparaverat ad castigationem Voluminum* Hieronymi *conquisitis undique vetustis exemplaribus, & doctis viris conductis, qui Græcas dictiones passim restituerent; de quorum numero fuit* Johannes Reuchlinus *JCtus, qui ex Lexicis vacuas lacunas explere conabatur: cui successit feliciter castigator* Joannes Cono Norimbergensis —— *qui* —— *è vestigiis antiquorum codicum ea quæ vel deerant, vel erant depravata, diligenter reparabat* —— *homo propemodum Græcè quàm Latinè doctior, versatus nimirum in optimis Auctoribus aliquot annis, excellentissimorum in* Italiâ *Professorum* Musuri & Scipionis *atque* Joh. Cretensis *non pœnitendus auditor.* —— *tempus ab his laboribus relictum* —— *impendebat, ut* Bonifacium Amerbachium & B. Rhenanum *pueros adhuc scientiis augeret* —— *obiit ann.* 1513. 9. *Cal. Mart.* Lege ADAM. in *Vit. B.* RHENAN. & ERASM. Epistol. p. 154.

JOANNES Crestonus Placentinus Monachus recognovit Latinam Versionem Psalterii Græci, quod prodiit Mediolani 1481.

JOANNES Forget Convent. Augustin. Lugdunens. recognovit Librum vocatum *Le Proprietaire des choses*, impressum à Gulielmo le Roy Lugduni 1485.



JOANNES Franciscus Philomusus Pisaurensis Poeta laureatus Horatii à Georgio Arrivabene Venetiis 1490. editi emendationem curavit.

JOANNES Lapidanus Sorbonensis Scholæ prior Germanos typographos, qui Parisiis anno 1470. artem cœperunt exercere, in corrigendis libris operâ suâ multùm adjuvit.

JOANNES Lascaris (de quo vide prius, & lege Zeltner. p. 346.) *mortuus est Romæ ann. 1489. æt. 90. morbo articulari constanter laborans.*

JOANNES Lucilius Santritter Helbronensis [celebris etiam typographus] cum Jacobo Sentino Ricinensi correxit Hygini Astronomicon apud Erhardum Ratdolt Venetiis 1482. Idem Santritter tabulas Alphonsi Astronomicas in ordinem redegit, & easdem tabulis ipse aliquot regulisque quibusdam additis in suâ officinâ excudit Venetiis 1494.

JOANNES Reuchlinus *Vide* Joan. Cono.

JOANNES Sulpicius. *Vide* Sulpic.

JOANNES Taberius Brixianus Commentarios in Lucani Pharsaliam Omniboni Vincentini titulo inscriptos emendavit apud Uldaricum Scinzenzeler Mediolani 1491.

JOANNES Tolentinus Veronensis Artium & Medicinæ Doctor emendavit Calculationes Suisethi à Francisco Gyrardengo impressas Papiæ 1498.

JOANNES Trithemius Abbas Spanhemensis emendavit exemplar Missalis secundùm morem S. Bened. de observant. Bursfeldens. à Petro Drach editum Spiræ 1498.

JODOCUS Badius Ascensius fuit vitiorum expunctor in sui soceri Joannis Trechselli officinâ Lugduni, operámque eandem aliis etiam typographis præstitit. Vide Juvenal. Lugdun. 1498. Lege Annal. Typogr. Tom. II. p. 72.

JULIANUS Macho & Petrus Farget recognoverunt Gallicam Novi Testamenti Versionem apud Bartholomæum Buyer Lugduni [1477.]

JULIUS Æmylius Ferrarius Novariensis curavit Ausoniamorum Epigrammatum editionem apud Uldericum Scinzenzeler Mediolani 1490.

JUNIANUS Maius Parthenopæus Rhetor publicus recognovit Plinii Epistolas impressas per Matthiam Moravum Neapoli 1476.

LAURENTIUS Brixiensis. *Vide* Æn. Vulp.

LAURENTIUS de Gozadinis medicus Bononiensis Artium & Medicinæ Doctor correxit Ugonis Bencii de diversis ægritudinibus consilia impressa per Joannem de Noerdlingen & Henricum de Harlem 1482.

LAURENTIUS Valla. *Vide* Thad. Ugolet.

LUCAS Porrus recognovit Livii decades impressas per Joannem Vercellium Tarvisii 1482.

LUDOVICUS Carbo correxit Servii in Virgilium Commentarios in officinâ Christophori Valdarfer Venetiis 1471. Et eodem anno (sed sine loci aut typographi nomine) Plinii Epistolas.

LUDOVICUS Odaxius emendavit Nicolai Perotti Cornu-copiam. Lege ejus editionem per Udalr. Gering & Berth. Rembolt Parisiis 1500.

LUDOVICUS Regius Cornelienfis (*Vide* Barthol. Salicet.) recognovit Ciceronis Epistolas ad Atticum &c. Vide earum editionem sine anno, loco & typographo.

M. B. censuram egit Authorum Rei Rusticæ à Bartholomæo Bottono Regii 1482 impressorum.

MANILIUS Romanus emendandis Pompeii Festi libris à Joanne Reynhard Romæ impressis 1475 operam dedit. Idem est forsan ac Sebastianus Manilius Romanus, cujus industriâ Senec. Epistolæ prodierunt Venetiis 1492. *Vide* Sebastian. Manil.

MARCUS Scaramucinus de Palatiolo Brixianus emendavit Aulum Gellium Brixiæ apud Boninum de Boninis 1485. editum.

MATTHÆUS Moretus Brixianus emendavit Matthæi Sylvatici Pandectas apud Joannem Coloniensem & Joannem Manthen Venetiis 1480.

MICHAEL Fernus emaculavit Joannis Antonii Campani opera vulgata 1495.

NICOLAUS Peranzone, aliàs Riccius Marchesianus, & Hieronymus Squarciaficus Alexandrinus emendaverunt Petrarchæ opera Italicè à Bartholomæo de Zanis Venetiis 1500. edita.

NICOLAUS Scyllacius Siculus Messanensis Artium Doctor & in Papiensi collegio Philosophiæ extraordinariæ Prælector emendavit Joannis Gadesden Rosam Anglicam à Joanne Antonio Birreta Papiæ 1492. impressioni traditam.

OMNIBONUS Leonicenus in Nicolai Jenson officinâ Venetiis emendavit Ciceronis libros Rhetoricos 1470. & Quintiliani Institutiones 1471.

PAULUS Malleolus Andelocensis recognovit Virgilium, primùm 1489. Parisiis in vico Sorbonico impressum; iterum 1498. ibidem apud Udalr. Gering & Berth. Rembolt. *Lege Chevillier. pag.* 119. & 120.

PAULUS Panormita. *Vide* Secund. Contar.

PETRUS Albignanus Trecius Juris utriusque consultus emendavit Codicem Decretorum editum impendio Joannis Coloniensis & Joannis Manthen Venetiis 1479.

PETRUS Augustinus Philolfus Pii II. epistolas castigavit ab Antonio Zaroto editas Mediolani 1481.

PETRUS de Carariis de Monte Silice theoricæ medicinæ in gymnasio Patavino lector revisit Petri de Abano Conciliatorem à Gabriele de Tarvisio editum Venetiis 1476.

PETRUS Desrey Tricatius emendavit Machabri Choream versibus Alemanicis editam à Guidone Mercatore Parisiis 1490.

PETRUS Farget. *Vide* Julian. Macho.

PETRUS Justinus Philelfus curavit editionem Cæsaris Commentariorum vulgatam ab Antonio Zaroto Mediolani 1477. & Titi Livii apud eundem Zarotum 1480. & Silii Italici apud eundem 1481. & Ciceronis Epistolarum Familiarium apud eundem 1482.

PETRUS Loslein de Langencen fuit socius & corrector Bernardi Pictoris & Erhardi Ratdolt Venetiis 1475. 1477. 1478.

PETRUS Oliverius revisit Comment. Andreæ de Yserniâ in Constitutiones Siciliæ editas à Sexto Russingero Neapoli 1472.

P. Stephanus Dulcinius Manilium à se emendatum tradidit imprimendum Antonio Zaroto Mediolani 1489.

PLATYNA emendavit Josephi libros VII. Histor. Latinè excusos ab Arnoldo Pannartz Romæ 1475. & Terentii Varronis libr. de Linguâ Latinâ Romæ 1471.

POMPONIUS (Lætus) Terentii Varronis de Ling. Latin. fragmentis multum addidit: & ejusdem libros correxit. (*lege ejus ad Platynam præfationem recusam in Terent. Varron. editione Brixiensi* 1483.) Idem cum Sulpicio emendavit Vitruvium editum Florentiæ 1496. Idem etiam correxit Quintum Curtium. Consule ejus editionem per Georgium Laver Romæ sinè anni indicio.

PYLADES Brixianus Vitas Plutarchi Latinè versas castigavit, impressas per Jacobum Brittannicum Brixiæ 1499.

RAPHAEL Jovenzonius Ister Terentii Comœdias emendavit à Joanne Agrippinæ Coloniæ impressas Venetiis 1471.

SEBASTIANUS & Raphael de Orlandis, ingenui adolescentes, procuraverunt editionem Vegetianæ de re militari epitomæ apud Sigismundum Rodt Pesciæ 1488.

SEBASTIANUS Manilius Romanus civis castigavit Petrarchæ Epistolas familiares impressas Venetiis per Joannem & Gregorium de Gregoriis 1492. *Vide antea* Manil. Roman.

SECUNDUS Contarenus Venetus Theol. Profess. Ord. S. Aug. & Paulus Panormita ejusd. Ord. correxerunt Jo. de Gandavo unà cum lib. Aristotel. de animâ, edit. per Octavianum Scotum Venetiis 1493.

STEPHANUS Parisetti correxit Bibliorum Latinorum editionem vulgatam à Jacobo Malieti 1490.

STEPHANUS Roemer. *Vide* Gasp. Grossch.

SULPICIUS (*Vide* Pompon.) Verulanus curavit editionem Frontini Stratagematum apud Eucharium Silber Romæ 1487.

Thadæus Ugoletus recognovit Quintiliani Declamationes 136. per Angelum Ugoletum Parmæ 1494. impressas; & in suâ ad Anselmum Nepotem epistolâ laudat Laurentii Vallæ in emendandis veteribus libris, præsertim Livio, industriam & peritiam.

Theophilus frater correxit Summam Roberti Lincolniensis super VIII. libros Physicor. cum expositione Divi Thomæ, editam per Petrum Bergomensem Venetiis 1500.

Thomas Anglicus recognovit opus Jo. Scoti in IV. Sentent. impress. ductu Jo. de Coloniâ Venetiis, sinè anni indicio.

Thomas Dorniberg de Memmingen Juris Canonici Doctor correxit Bibl. Authorit. & Sentent. in Decret. & Decretal. impress. per Petrum Drach. 1481.

Victor Pisanus recognovit Avieni interpretationem Arat. & Dionys. de situ orbis, & Arat. interpretat. per Germanic. & Cicer. & Seren. de Medicin. Edit. per Antonium de Stratâ Venetiis 1488.

Wendelinus Steinbach Theologiæ Professor recognovit Canonis Missæ Expositionem impressam expensis Friderici Meynberger Tubingæ 1499.

Wolfgangus Lachnerus (cujus ductu & impensis Michael Furter impressit Basileæ 1495. Tho. Aquin. in omnes Epistolas D. Pauli) *Joannis Frobenii socer & Frobenianæ officinæ princeps, vir utriusque literaturæ doctissimus, & pari cum Erasmo fide præditus, solus primùm, postea simul cum Erasmo muneri correctorio præfectus est. Obiit peste anno circiter* 1518. Lege Zeltner p. 206. 207. Erasm. Epistol. p. 1625. 307. Cave in Prolegom. ad Scriptor. Ecclesiastic. Et Annal. Typograph. Tom. II. p. 15. 21.

In Correctorum classem multos quoque neque tamen omnes editionum Recognitores conjeci. Si enim in Cerrectorum albo censendi sint non ii tantùm, qui in Typographeo quodam conducti mercedis annuæ menstruæve gratiâ Librorum plagulis emaculandis suam operam elocant; sed & alii omnes, quorum curâ non mercenariâ sed aut necessariâ aut spontaneâ factum est, ut ullius Libri editio correctior in manus veniret; in magnam nimis iste Catalogus excrescet molem, cujus improbo labori exantlando vix quisquam unus sufficiat, nisi cui singulæ omnium, quotquot emissi fuerunt, Librorum editiones perfectè innotuerint. In Correctorum numerum oportet concedant è Typographis melioris notæ complures, qui antequam ipsi officinam instruerent, in alienâ se exercebant, ibique prima ponebant Artis, cujus aliquando evaderent magistri, tyrocinia. Sic *Johannes* * Amerbachius *Antonium* Koburgerum in expungendis librorum vitiis ad-

* Vide priùs ann. 1471. ubi Koburgeri fit mentio.

adjuvit. *Johannes*[1] FROBENIUS cum *Adamo* PETRI *Johanni* AMERBACHIO & *Johanni* PETRI Typographis *Basileensibus* præclaram navavit operam; *Jodocus*[2] BADIUS *Joanni* TRECHSELIO; [3] *Robertus* STEPHANUS vitrico suo COLINÆO; [4] *Henricus* STEPHANUS patri *Roberto*; [5] *Paulus* MANUTIUS patri *Aldo*; [6] *Fredericus* MORELLUS *Carolæ* GUILLARD; [7] *Gulielmus* MORELIUS *Joanni* TILETANO. Eo necessitudinis & cognationis nexu paríque officii ratione sibi invicem cohærebant corrigendi & imprimendi munera, ut hôc dignior putaretur, qui illud administrâsset; neque illud penitus deponeret, postquam hoc suscepisset. Huc non incommodè transferri potest Romani[8] Historici sententia: *utrumque per se indigens, alterum alterius auxilio eget.* Celebriores itaque Typographi oneris ἐπανορθωτικοῦ partem, quoties à prelo urgendo operíque typographicis instigandis aliquantulum otii fuerit, lubentissimè subierunt. Sic *Robertus* STEPHANUS, quo vix ullum occupatiorem fuisse accepimus, nonnunquam[9] ipse plagulas relegere solebat, [10] *licèt decemviratum quendam literarium domi haberet, quorum quidam correctorio munere fungebantur.* Correctorum numerum augebunt eruditi, quicunque aut sua aut veterum scripta emiserint in lucem, aut vulgata antea & à se recensita meliori luce donaverint. Vix enim puto Editorem (nisi prorsus insipientem eóque nomine indignum) reperiri posse sui operis adeò incuriosum, de suâ famâ tam minimè sollicitum, ut sui fœtûs, postquam Typographo & ipsius Correctori eundem commendaverit, omnem interim abjiciat curam, nec (modò causa gravissima non intervenerit, loci putà distantia aut valetudo infirmior) in erratis, quæ vel attentissimo typothetæ elabi possunt, vel inter abacum *Compositoris* & prelum (quod ipse novi) intercidere, amovendis extremam censuram peragat.

Correctoribus antiquissimis mos erat, qui à primâ Artis origine deductus diu postea apud posteros invaluit, carmina in laudem Typographi, cujus officinæ præerant, aut Operis, cujus edendi curam gesserant, aut utriusque conscribere. Sic [11] CAMPANI versus legimus in Udalricum GALLUM notissimos; sic [12] Epigrammata à Roberti STEPHANI Correctoribus postremæ *Thesauri Latini* editioni præ-

1 ZELTNER. p. 202. ADAM. *vit. Philos.* pag. 65.
2 ZELTNER. p. 76. CHEVILL. pag. 195.
3 *Histor.* STEPHANOR. pag. 14.
4 ZELTNER. pag. 517. *Histor.* STEPHAN. pag. 228.
5 ZELTNER. pag. 331.
6 *Histor. Typograph.* Parisiens. pag. 82.
7 Ibid. pag. 34.
8 SALLUST. *Catilin.* in initio.
9 Lege *Histor.* STEPHAN. pag. 116.
10 Lege *Epistol.* H. STEPHANI ad P. STEPHAN. præfix. AUL. GELL. 1585. pag. 13.
11 Vide priùs ann. 1469.
12 *Andreâ* GRUNTLERO, *Gerardo* CLERICO, *&* *Adamo* MODIO. *Vide* *Thesaur. Lat. Ling.* 1543.

præfixa [1]. Versuum editionibus *Conradi* SWEYNHEYM & *Arnoldi* PANNARTZ subjunctorum authorem fuisse *Joannem* ANDREAM forsan probabile est.

An omnes, quorum versus libris additos habemus, fuerint in Typographiis, unde libri exierunt, Correctores, incertum. Horum plurimos, (quorum alii authoris nomen gerunt [2], alii omittunt) præcipue ubi Typographi Ars laudatur & industria, lectori impertire & in suis passim locis inserere operæ pretium duxi; & interim plurimorum, qui editiones Epigrammatibus Græcis Latinisve ornarunt, nomina in sequenti Catalogo describere.

Epigrammata Græca.

ALDI Manutii, Angeli Politiani, Aristobuli Apostolidæ, Scipionis Carteromachi. *Hort. Adonid. apud Aldum. Venetiis.* 1496.

JOANNIS Gregoropyli, & Marci Musuri Cretensium. *Etymologic. per Zachariam Callergum. Venetiis.* 1499.

JOANNIS Lascaris. *Antholog. Græc. per Laurent. Francisc. Florentiæ.* 1493. *& Callimach. Græc. sine anni notâ. & Homeric. & Sophocl. Schol. & Porphyr. Homer. Quæst. Rom.* 1517. 1518.

SCIPIONIS Carteromachi Pistoriensis. *Aristophan. apud Ald. Venetiis.* 1498.

Epigrammata Latina.

ADAMI Genuensis. *Lactant. per Sweynh. & Pann. Romæ.* 1468.

AMERIGI Corsini in laudem libri de triplici vitâ à Ficino scripti. Apud Anton. Miscomin. *Florentiæ.* 1489.

ANGELI Politiani, in laudem Landini. *Horat. per Anton. Miscomin. Florentiæ.* 1482.

ANTONII Constantii Fanensis. lege *Perot. Cornu-cop. Parisiis.* 1500.

ANTONII Cornazani, in laudem Nicolai Jenson. *Euseb. Præpar. Evangel. Venetiis.* 1470.

ANTONII Mottæ, in laudem Demetrii Chalcondylæ. *Suid. Mediolani.* 1499.

ANTONII Peloti. *Æmil. Prob. sine notâ ann. typogr. loc.*

ANTONII Sabellici. *Ejusd. lib. de Utini & Aquileiæ origine. apud Antonium Avenionensem. sine anni & loci notâ.*

AUGUSTINI Grandis, in laudem correctoris & typographi. *Hermol. Castigation. in Plin. per Carolum à Darleriis. Cremonæ.* 1495.

BAR-

1 Lege versus subjunctos Editioni A. Gellii. 1469.

2 Horum exempla plurima occurrunt in subscriptionibus veterum editionum.

BARTHOLOMÆI Girardini. *Auson. epigramm. Venetiis.* 1472.

BARTHOLOMÆI Paielli equitis Vicentini. *Paul. Oros. apud Hermanum Lichtenstein sinè anni notâ.*

BONINI Mombritii. *Pap. Vocabular. per Andr. de Bonet. Venetiis.* 1485. *& Euseb. Chronic. per Philip. de Lavagn. Mediolani. sinè anni indicio.*

CALLIPHILI Bernardini Robiatini. *Franc. Philelf. Satyr. per Christoph. Valdarfer. Mediolani* 1476.

CORADINI. *Rhetoric. Georg. Trapezunt. apud Spirensem. sinè anno. & Leon. Pachel. Mediolani.* 1493.

DANIELIS Caietani, in laudem Moreti. *Lege Nic. Perott. Cornucop. per Ulr. Gering & Berth. Rembolt. Parisiis.* 1500.

DANTIS tertii Aligeri. *Valtur. de Art. Militar. per Bonin. de Bonin. Veronæ.* 1483.

DOMICI Palladii Sorani, in laudem Marci Firmani: *cujus impensâ Plauti Comœdias impressit Simon Papiensis Venetiis.* 1499. *& Pompon. Læt. Histor. apud. Bernardin. Venet. Venetiis.* 1499. *& Perot. Cornu-cop. Parisiis.* 1500.

ERHARDUS Windsberg Germanus Medicinæ Doctor, in laudem Michaelis Friburger, Martini Crantz & Ulrici Gering. *Vide Epistol. Cynic. ab iis impressas Parisiis sinè anni notâ.*

FRANCISCI Nigri Veneti. *Sphær. Jo. de Sacr. Bust. apud Franc. Renner. Venetiis.* 1478.

GABRIELIS Carchani Mediolanensis in laudem Mathiæ Moravi. *Senec. Philosoph. Oper. apud Mat. Moravum. Neapoli.* 1475.

GULIELMI Ficheti Alnetani in laudem Friburger, Crantz, & Gering. *Vide editiones ab iisdem factas Gasparin. Epistol. & Sallust. & Cicer. Offic. Læl. Cat. Parad. Somn. Parisiis. sinè anni indicio.*

HIERONYMI Bononii in primi Impressoris laudem. *Tortell. Comment. apud Herman. Lichtenstein. Vicentiæ.* 1480.

HIERONYMI Brianici Veronensis in laudem Blondi, & Bonini de Ragusiâ. *Blondi Ital. apud Boninum de Ragusiâ. Veronæ.* 1482.

JOANNIS Andreæ (ut puto) sunt hæc carmina, quæ libris plerisque à Conrado Sweynheym & Arnoldo Pannartz editis adjiciuntur.

JOANNIS Antonii Campani in Udalrici Galli laudem. *Vide libros plerosque à Gallo editos.*

JOANNIS Francisci Philomusi Poetæ laureati. *Horat. per Georg. Arrivaben. Venetiis.* 1490.

JOANNIS Lapidani. *Cicer. Offic. &c. apud Gering, Crantz & Friburger. Parisiis. anno non expresso.*

JOANNIS Lucilii Santritter Helbronensis in Erhardi Ratdolt laudem. *Hygin. Astronom. apud Erh. Ratdolt. Venetiis.* 1482. *& Euseb. Chronic. apud eund. ibid.* 1483.

JOAN-

JOANNIS Pomponii Corniani Brixiani. *Vide Nicol. Perott. Cornu-cop. apud Gering & Rembolt. Parisiis.* 1500.

JOANNIS Salandi in Demetrii Chalcondylæ laudem. *Etymologic. apud Zachar. Callierg. Venetiis.* 1499.

JODOCI Badii Ascensii. *Phil. Beroald. Orationes. Pro Dionysio Roce. Parisiis.* 1499.

LUDOVICI Carbonis in Christophori Valdarfer laudem. *Cicer. Oration. per Valdarfar. Venetiis.* 1471.

L. Pontici Tarvisani in Perotti & Moreti laudem. *Lege Nic. Perott. Cornu-cop. apud Gering & Rembolt. Parisiis.* 1500.

MARCELLI Philoxeni. *Lege Perot. Cornu-cop. Ibid.* 1500.

MARTINI Philetici in Eucharii Silber laudem. *Theocrit. Idyll. quæd. Philetic. interpret. per Eucharium Argyrion. finè anni notâ.*

PANDULPHI Collenucii Pisaurensis Jurisconsulti. *Vide ejusd. Apologiam pro Plinio, apud Andr. Gallic. Ferrariæ. finè anno.*

PETRI Corneri. *Æmil. Prob. finè notâ anni, loci, & typographi.*

PETRI Nicolai Castellani Faventini. *Valer. Flacc. Argon. per Benedictum Hectoreum. Bononiæ.* 1498.

PETRI Schotti Argentinensis Patritii Juris utriusque Doctoris. *Ejusd. Lucubratiuncul. apud Martin. Schot.* 1498.

POMPONII Læti. *Cicer. Epistol. ad Attic. &c. Anno, typographo & loco non indicatis.*

QUINTII Emiliani Cymbriaci Poetæ laureati in laudem prototypographi. *Bibl. Latin. apud Joan. Herbort. Venetiis.* 1483.

RAPHAELIS Jovenzonii vel Zovenzovii Poetæ Istri Tergestini, in laudem Vindelini Spirensis. *Cicer. de Natur. Deor. &c. apud Vindelin. Spir. finè anno. & Q. Curt. & Martial. apud eund. fine anno. & Appian. apud eund.* 1472. *& Strab. apud eund.* 1472. *& Nic. Abbat. prim. pars lib. II. Decretal. apud eund.* 1472. *& Boccat. Genealog. apud eund.* 1473. *& Donat. Comment. in Terent. finè anni indicio.*

ROBERTI Gaguini. *Flor. Epitom. Parisiis. finè notâ anni.*

SEBASTIANI Brandt in laudem Joannis Froben, & Joannis Petri de Langendorff. *Concordat. Bibl. apud eosd. Basileæ.* 1496.

THOMÆ Beccadelli Cymbri adolescentuli in laudem Joannis Bergman de Olpe. *Seb. Brandt Nav. Stultifer. apud eund. Joan. Basileæ* 1498.

UGERII Pontremulensis Legum scholastici in Benedicti Hectoris laudem *Author. Rei Rustic. apud eund. Benedict. Bononiæ.* 1494.

Correctorium munus (uti jam antea notavi) non secus ac typographicum profiteri neutiquam erubescebant viri inter litteratos ex omni

ordine [1] Theologorum, [2] Medicorum & [3] Jurisconsultorum clarissimi. [4] ERASMO quidem objecerunt *Albertus* PIUS & *Julius* SCALIGER, ipsum ALDI *heri sui officinæ ministrâsse*, & ibidem *quæstum fecisse corrigendis exemplaribus*. Is factum, quod objiciebatur negabat & diluebat his verbis, *An ille minister est officinæ, qui proprio adest operi? Neque enim aliam operam* ALDO *addixeram. Officina mihi potiùs erat ministra*. ERASMUS igitur eo (ut mihi videtur) responso, tantum abest, ut à se amoliatur Correctoris officium; ut potiùs hoc typographico anteponendum censeat; & id solum agat, ut probet huic illud magis quàm illi hoc famulari. Nolo interim dissimulare, quòd [5] multi in eruditorum classe non ignobiles, ut suam inopiam levarent, hujusmodi quæstum litterarium, non pudendum, non illiberalem & sordidum, fecisse. Quenquámne litterarum pudebit, quòd litteratos (nimio multos) videat pannis obsitos tenuem victum litterario sudore vix quæritare? Denique si nostris Correctoribus dedecori aut ludibrio vertatur, quòd plerique hanc operam non gratìs polliceantur, nec nisi certo pretio constituto elocent, rogo, an viri in summo Reipublicæ gradu constituti suæ quicquam dignitati detrahi arbitrentur, si honestum (quod sanè non adeò multis contigit) lucrum ex illâ faciant? Nec præmium neque officium quodcunque sordet, modò utrumque sit non turpe, sed liberale & honestum.

Correctoris eruditi consuetudo Typographis quibusdam visa est adeò necessaria, ut illum aliquando sibi in societatem & lucri partem adsciscerent, nonnunquam in eandem familiam per conjugium cooptarent. Sic [6] *Bernardus* PICTOR & *Erhardus* RATDOLT *Petrum* LOSLEIN Correctorem & Socium habuerunt. Sic [7] *Johannes*

1 *Joannes* ANDREAS & *Antonius* CAMPANUS Episcopi, Correctores *Sixtus* RUSSINGER & *Bonetus* LOCATELLUS Presbyteri, Typographi.

2 *Carolus* STEPHANUS ex Medico Typographus (lege *Histor.* STEPHAN. p. 164.) *Victor* GESELINUS Medicus apud *Christophorum* PLANTINUM Corrector. (ZELTNER. pag. 237.)

3 *Johannes* CHAPPUIS, de quo priùs. *Æmarus* RANCONETUS; de quo consule *Histor.* STEPHAN. p. 168. *Inter antiquissimos Correctores memorabile & suspiciendum est Pauli Trecii Jurisconsulti nomen, de quo Sabellicus refert, gloriari solitum, triginta voluminum millia à se revisa & recognita è prælis prodiisse. At is ita intelligendus est, ut non singulorum librorum archetypi, sed cujusque operis universa excusa exemplaria in computationem illam veniant.* Mallinkrot. p. 97. Chevillier. p. 202. De Correctoribus jam antea egeram in primâ horum Annalium editione; Tom. I. pag. 288. usque ad p. 294.

4 CHEVILL. pag. 196. 197.

5 *Johannes Ludovicus* APIN, *Marcus* HEILAND, *Franciscus* MODIUS, *Jacobus Ludovicus* STREBÆUS, *Georgius Wolfgangus* WEDELIUS, &c. Lege ZELTNER. pag. 71. 255. 367. 513. 550.

6 Vide ann. 1477.

7 Vide postea, ubi BADII fiet mentio. Hujusmodi affinitates inter Typographos & Correctores, *Paulum* EGENOLPHUM & *Casparum* FINK, *Andream* CRATANDRUM & *Hieronymum* GEMUSÆUM, &c. commemorat ZELTNERUS p. 182. 231.

nes Trechsel *Johanni* Badio in matrimonium filiam collocavit.

Haud igitur injuriâ gravissimas virorum doctorum querelas [1] legimus adversùs Typographos ignaros, qui ut impensis parcant, Correctore aut nullo aut indocto utuntur. Hinc in Libros manavit ingens & turpis erratorum seges, quorum fœda specimina affatim protulit [2] Chevillerius.

In [3] primævis editionibus errores præli (ubi erant pauciores) *singuli suis locis calami cuspide transfodiebantur.* Neque defuerunt, qui hunc morem & [4] servarent & [5] laudarent; quod nempe *multo commodius ac expeditius id Lectori fore, licèt emendatori onerosius impensiorisque operæ, existimaverint.* [6] Pluribus tamen postea placuit errata omnia

~~plaris, quod consului, reperio.~~

1 Lege, quæ de his fuse differit Chevillerius pag. 185. usque ad pag. 193. & pag. 184. 185. Affert locum Erasmi Typographos *Venetos*, *Romanos* & præsertim *Germanos* vehementer accusantis. Zeltnerus pag. 18. invehitur in *Genevenses, qui primi operas corruperunt, & rudibus in omni doctrina genere Correctoribus usi sunt.* Eorum chartam, quâ Libros imprimunt, minimè probat *Josephus* Scaliger. *Conradus* Gesnerus scribit se maluisse *externos claros & bene meritos de communibus studiis Typographos quàm* Germanos, *concelebrare —— cùm multi eorum avaritiâ capti, mendosos prorsus Libros excudere, quàm sumptus etiam mediocres facere malint.* Lege Chevill. pag. 160. 161. Idem pag. 192. queritur in *Parisiensibus* nonnullis editionibus reperiri quasdam vacantes lineas, quæ Græcè excudi debuerant, quòd Compositores aut Correctores, qui Græcè scirent, desiderarentur.

2 Lege pag. 169. usque ad 173. p. 184. 189. 190. 191.

3 Lege Chevill. pag. 154.

4 Chevill. p. 155. „ *Louis Lasseré* „ Proviseur du College de *Navarre*, fit „ imprimer l'année 1534. les Sermons de „ *Josse Clictou* son ami, pendant le tems „ que ce Docteur s'acquittoit à *Chartres* „ des fonctions de sa Charge de Théologal. Il ne fit point d'*Errata*, mais, suivant la plus ancienne maniere, il corrigea avec la plume les fautes d'Impression par tous les Exemplaires.

5 Id. p. 155. „ Cette maniere ne deplaisoit point à *Erasme.* &c.

6 Vide paginarum binarum Errata in Edit. Juvenal. cum not. Merul. *Venet.* per *Gabrielem* Petri 1478. ubi hæc leguntur: *Lector, ne te offendant Errata, quæ operariorum indiligentia fecit, neque enim omnibus horis diligentes esse possumus. Recognito Volumine ea corrigere placuit.* Horat. *Florent.* apud Miscomin. 1482. *Hæc sunt, quæ in codice* Horatii *errore Librarii mendosa emendanda fuerant. Tu igitur, Lector, numeris indicibus cuncta assequeris.* Subsequuntur Errata, quæ totam implent paginam; utì & aliam ex adverso *Emendata in Commentariis, quæ invenies indice numero chartarum. Jov.* Pontan. *de Fortitud. bellicâ & heroicâ; Neapol.* per Moravum. 1490. ubi habetur quatuor erratorum index, cum Versibus anteà suo loco in Catalogo ann. 1490. citatis.

Sueton. cum Comment. Beroaldi *Bonon.* 1493.

Ad Lectorem.

Lector candide, offendes, opinor, interdum offendicula & moramenta quædam in Commentariis nostris ex immutatione transmutationève litterarum ac syllabarum, nonnunquam ex inversione dictionum, quos errores minutulos quidem & cognobiles non Conditori adscribas, quæso, sed Impressori. Vix enim fieri potest, ut opere in magno non interveniant hujusmodi labeculæ. Præfuerunt recognitioni Scholastici duo eruditi, qui elaboraverunt, ut emendati sincerique Commentarii ex officinâ Impressoris depromerentur. Siquid erit mendosum, id Impressor subnotabit ex ordine chartarum, eritque in calce operis collocatum. Vale & perlege. Nullum tamen erratorum Indicem in calce exemplaris, Q 2 quod consului, reperio.

omnia in unum Indicem congesta [1] calci plerumque Librorum subjicere.

URCEIS NOVELLIS : *Innocentius Ziletus de* —— *Veronæ*. 1480.
URSO : *Henricus de Sancto* —— *Vicentiæ*. 1480.
VURSTER : *Joannes* —— 1475. *Mantuæ*.

W.

WAGNER : *Petrus* —— *Noribergæ*. 1490.
WALBECH : *Joannes* —— *Bononiæ*. 1487.
WALCH : *Georgius* —— *Venetiis*. 1479.
WENSLER : *Michael* —— *Basileæ*. 1476.
WESTPHALIA : *Joannes de* —— *Lovanii*. 1474.
WIENNA : *Ulricus Han de* —— (Civis Wienensis) *Romæ*. 1468. 1475.
WIENNER de Wiennâ : *Joannes* —— *Vicentiæ*. 1476. 1477.
WILD : *Leonardus* —— *Venetiis*. 1478.
WINDISCHGRETZ : *Matthæus Cerdonis* —— *Paduæ*. 1482.
WINTERS : *Conradus* —— 1476. *Coloniæ*. 1479.
WOLFF : *Georgius* —— *Parisiis*. 1489.
Nicolaus —— *Lugduni*. 1498.
WORDE : *Winandus de* —— 1494. *Westmonasterii*. 1495.
WORMACIA : *Andreas de* —— *Panormi* 1477.
WUNSIDEL : *Andreas Frisner de* —— *Noribergæ*. 1474.

Z.

ZACHON : *Jacobus*. —— 1499.
ZAINER : *Ginther* —— *Augustæ Vindelicorum*. 1470.

ZAINER: *Joannes* —— *Ulmæ* 1473.
ZANCHIS: *Antonius Bergomensis de* —— *Venetiis.* 1497.
ZANIS: *Bartholomæus de* —— *Venetiis.* 1487.
ZAROTUS: *Antonius* —— *Mediolani.* 1470.
ZENINGER: *Conradus* —— *Noribergæ.* 1481.
ZILETI: *Innocentius* —— *Veronæ.* 1476.
ZONTA: *Vide* Giunta & Junta.
ZUFFATUS: *Ludovicus* —— 1486.
ZYRICHZEE: *Cornelius de* —— *Coloniæ.* 1489.

His Indicibus Urbium & Typographorum completis; tempus est ad describendum Librorum Catalogum accedere: in quo pertexendo annorum Seriem, qualem in Tomis horum Annalium præcedentibus, observabo. Annos autem singulos in quinque Classes distribuam; quarum Prima eos tantùm, qui in Tomo Annalium primo memorati fuerunt, Libros complectetur, errata emendabit, & omnia fusiùs certiúsque explicabit; reliquæ Quatuor Libros quamplurimos antea omissos supplebunt.

Secunda Libros exhibebit, quos mihi (post primam Annalium editionem) contigit vidisse; Tertia, quos Vir industrius Jo. Ludolphus Bunemannus in Manuscriptis suis ad meos Annales Observationibus mihi indicavit; Quarta, quos ex selectis variis Catalogis aut Bibliothecariis quibusdam Tractatibus, aut ex Virorum aliquot doctorum Epistolis ad me missis Notísve mecum communicatis, vel Operibus excusis collegi; Quinta, quos ex Italico Viri Clariss. Peregrini Antonii Orlandi, de Typographicæ Artis Origine & Progressu, Opere excerpsi. Eorum, per quos profeci, Nomina Litteris Majusculis designare visum est; & quem quæque denotet Littera, in Præfatione huic Tomo præmissâ Lectorem monui.

I

PSALMORUM Codex: *Presens Psalmorum Codex venustate capitalium decoratus, rubricationibusque sufficienter distinctus, adinventione artificiosa imprimendi ac characterisandi, absque calami exaratione sic effigiatus, ad eusebiam dei industrie est consummatus per Joannem FUST civem Moguntinum & Petrum SCHOEFFER de Gernszheim Anno Domini Millesimo CCCC LVII. in vigilia Assumptionis.* [1] 4to.

MOGUNTIÆ. 1457.

Do-

1 PETR. LAMBEC. *Comment. de* CHEVILL. *pag.* 15. *Bibliothec.* Vindebon. *Tom. II. pag.* 989. &

4

DONATUS : *apud Quentel.* [1] 4to. Coloniæ. 1457.

I

RATIONALIS Divinorum OFFICIORUM Codex, Gulielmo Durando authore : *Presens Rationalis Divinorum Codex Officiorum venustate capitalium decoratus, rubricationibusque distinctus, artificiosa adinventione imprimendi ac characterisandi, absque calami exarationibus sic effigiatus, & ad eusebiam Dei industrie consummatus per Johannem Fust civem Moguntinum & Petrum Gernszheim Clericum Diocesis ejusdem, Anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono. Sext. die. Octob.* fol. Mogunt. 1459.

I

CATHOLICON : *Altissimi presidio, cujus nutu infantium lingue fiunt diserte, quique numero sepe parvulis revelat, quod sapientibus celat, hic liber egregius Catholicon, Dominice incarnationis annis M. CCCCLX. alma in Urbe Moguntina Nationis inclite Germanice (quam Dei clementia tam alto ingenii lumine, donoque gratuito, ceteris terrarum Nationibus præferre illustrareque dignatus est) non calami, styli aut penne suffragio, sed mira patronarum formarumque concordia, proportione ac modulo impressus atque confectus est.* [2] fol^o. Moguntiæ. 1460.

CLE-

1 De hôc libro sic Vir clariss. Dominus du Chat in Epistolâ ad P. M. datâ. *Monsieur de la Croze & moy avons vu & manié ce Livre plus d'une fois, & il est actuellement à Dresde dans la Bibliotheque du Baron de Besser, ci-devant Grand-maitre de Ceremonie du Roy de Prusse. Au bas du titre tout entouré de figures en forme de vignettes se lit bien distinctement* M. CCCC. LVII. à Cologne chez Quentel. *Je ne doute pas, qu'il n'y ait là ou de l'imposture ou peut-être omission d'un C. Mais le fait étant d'ailleurs constant, vaut ce semble d'autant plus la peine qu'on en parle, que personne, que je sçache, ne l'a encore relevé.* Sed suspectæ non infrequenter occurrunt hujusmodi subscriptiones : quarum aliquot in hujus voluminis initio protuli.

Nullam vidi certam editionem, quæ annum 1458. gerat.

2 *Hinc tibi, sancte Pater, Nato cum Flamine sacro,*
Laus & honor Domino trino tribuantur & uno,
Ecclesie laude libro hoc Catholice plaude,
Qui laudare piam semper non linque Mariam.
Deo gratias.

De hujus Libri Authore consule *Chevill.* pag. 15.

Hic primus est impressus liber, cui typographi nomen non adscribitur; verùm non dubium est, quin ex primorum typographorum Moguntinorum officinâ prodierit. In subscriptione ad finem libri inter alias voces abbreviatas occurrit hæc [nūo sepe] quam Chevillerius (pag. 15.) legit *nimio sepe*; sed legendum est *numero sepe*, id est, *sepenumero*. Quoniam hic liber non adeò est obvius, ut omnibus lectoribus innotuerit, ea, quæ in eodem continentur, describere ipsis authoris verbis visum est. *Incipit Summa, que vocatur Catho-*

2

Clementis Papæ quinti Constitutionum Codex unà cum apparatu Domini Johannis Andreæ suis rubricationibus sufficienter distinctus : *artificiosa adinventione imprimendi ac characterizandi absque ulla calami exaratione sic effigiatus , & ad eusebiam dei industrie est consummatus per Johannem Fust civem Moguntinum & Petrum Schoiffer de Gernsheim Clericum Diocesis ejusdem. Anno Domini M. CCCC sexagesimo. XXV. die mensis Junii.* fol. Moguntiæ. 1460.

1

Decor Puellarum: *per Nicolaum JENSON.* 8... 1461.

Biblia Latina: *Presens hoc opus finitum ac completum , & ad eusebiam Dei industria in Civitate Moguntina per Johannem Fust civem & Petrum Schoeffer de Gernsheim Clericum Diocesis ejusdem est consummatum anno Incarnationis Dominice M. CCCC. LXII. in vigilia Assumptionis gloriose*

tholicon, edita à fratre Johanne de Janua Ordinis Fratrum Prædicatorum. In hôc Catholico comprehenduntur Grammatica & Lexicon. *Partes Grammaticæ sunt quatuor, scilicet Orthographia , Etymologia , Diasyntactica , & Prosodia. Principaliter in isto tractatu sive libro intendo de Prosodiâ ; licèt etiam de aliis tribus partibus aliqua tangam . unde trattatus iste tanquam à principaliori intento , si placet , Prosodia nuncupetur ; vel . si magis placet , liber iste vocetur Catholicon , eò quòd sit communis & universalis. Prima pars istius libri est Orthographia. Secunda , Accentus. Tertia , Etymologia & Diasyntactica ; sub Etymologiâ comprehenduntur octo partes Orationis & accidentia. Quarta , Figura. Pro me fratre Johanne Januensi Fratrum Prædicatorum minimo ad Deum preces devotè fundas.* &c. *Jam Divinâ potentiâ auxiliante suprà determinavimus de quatuor particulis principalibus hujus operis. Nunc restat , ut de quintâ parte , quæ est de Orthographiâ , Prosodiâ , significatione , origine , etymologiâ quarundam dictionum , quæ frequenter inveniuntur in Bibliâ & in dictis Sanctorum & Poëtarum secundùm penuriam nostræ scientiæ ac tenuitatem ingenii ad utilitatem nostram & Sociorum aliqua differamus. In hâc quintâ parte procedam ubique secundùm ordinem alphabeti.* Tabula *Rubricarum* (sive rerum , quæ in partibus singulis continentur) exhibet sectiones CXXXIII. nempe rubricas partis primæ ab I. usque ad X. secundæ à X, ad XXVIII. tertiæ à XXVIII. ad CX. quartæ à CX. ad CXXXIIII. quintæ à CXXXIIII. ad finem , quæ quinta pars est Lexicon , & *rectum literarum alphabeti ordinem tenet.* Hæc grammatica prima est , hoc Lexicon , primum , quod unquam à typis lucem accepit ; cujus authorem purioris Latini sermonis non admodum peritum fuisse ipse stylus indicat ; & in emendando suo opere satis indiligentem arguunt frequentissima in orthographiâ vocum errata. Sed hujusmodi errata in primævis illis librorum editionibus sæpe occurrunt. De authoris nomine sic in Menagian. Tom. III. pag. 61. 62.
„ La ville de Genes , en Grec Γενύα , en
„ bon Latin *Genua* , est appellée dans les
„ auteurs du bas siecle *Janua* , d'où Jean
„ Balbi de Genes Jacobin , auteur du
„ Dictionaire nommé *Catholicon* , a eté
„ nommé *Joannes de Janua.* — Mr. de
„ Caseneuve dans ses Origines Françoises
„ cite souvent *Jean de la Porte.* - On
„ trouve *Janes* pour *Genes* dans nos vieux
„ Livres. Voyez le Pere Labbe pag. 310.
„ *Nova Bibliotheca. MSS.* " Lege etiam Baylii Dictionarium. pag. 423.

1 De hôc libro dictum est priùs.

gloriose virginis Marie. [1] fol. Moguntiæ. 1462.

3

Sermones Gabriel. BIEL de Tempore. [2] 4to. . . . . . 1462.

1

Biblia Latina: *per Ulricum GERING, Martinum CRANTS, & Michaelem FRIBURGER.* [3] fol. . . . . 1464.

LACTANTII Institutiones: *sub anno dni M. CCCC. LXV. Pontificatûs Pauli Papæ. II. anno ejus secundo. Indictione XIII. die vero antepenultimâ mensis Octobris.* fol. *In venerabili monasterio* SUBLANCENSI. 1465.

2

Sexti DECRETALIUM opus preclarum: *alma in urbe Maguntina inclite nacionis germanice, quam Dei clementia tam alti ingenii lumine donoque gratuito ceteris terrarum nacionibus preferre illustrareque dignatus est, non atramento, plumali canna neque aerea, sed artificiosa quadam adinventione imprimendi seu caracterizandi sic effigiatum & ad eusebiam Dei industrie est consummatum per Johannem Fust civem & Petrum Schoiffer de Gernsheim anno dni M. CCCC. LXV. die vero XVII. mensis Decembris.* fol. Moguntiæ. 1465. XI

Ci-

1 Exemplarium quorundam aliter se habet: *Presens hoc opusculum artificiosa adinventione imprimendi seu characterizandi absque calami exaratione in civitate Moguntina sic effigiatum & ad eusebiam Dei industrie per Joannem Fust civem & Petrum Schoiffer de Gernsheim clericum Diœcesis ejusdem est consummatum anno Incarnationis. Dominice M. CCCC. LXII. in vigilia Assumptionis gloriose Virginis.*

2 In Reiser. Ind. Bibl. Augustan. pag. 99. & Corn. Synap. Catalog. A. 2. Plenius Catalogus Pauli Demetrii A. 3. n. 52. 4. *M. Gabr. Biel Sermones de tempore & defensorium obedientia Apostolica.* 1462. Petrus Scriverius lineâ subnotavit. Vixit sanè Biel hôc tempore, à Pontifice Romano adprobatus. Vide Gesner. Bibliothec. f. 263. a. Singularia de eo recensentur in Actis Erudit. Lipsf. Lat. 1719. p. 467. 468. De hâc tamen editione valde dubito.

3 De hâc editione dictum est priùs. Mihi admodum suspectæ sunt editiones sequentes, quæ ab Oleario (Bibl. S. E. p. 405. 411. & 412.) recitantur: *Thoma de Argentinâ Commentarii in IV libros sententiarum. Venet.* 1464. *Joan. de Turrecremata Principales errores Muhammedanorum. Parisiis.* 1465. (aut fol. *Mantua.* 1465. uti in Biblioth. Jac. Golii p. 2. n. 60. & Catal. prim. Balthas. Lyd. A. 3. n. 110.) *Ejusd. Meditationes in figuras templi Maria de Minervâ. Rom.* 1467. (Saubert. Biblioth. Noriberg. p. 117.) His adde, (quæ occurrit in Biblioth. Amerbach. p. 72.) *Appian. Alexandrin. de bellis civil. fol.* 1465. Et (in Hallervord. Biblioth. Curios. p. 239.) *Leonardi de Utino Sermones aurei, in civitate Utinensi anno* 1466. *excusi.* Et (in Reiser. Ind. Bibl Augustan. p. 93.) *Nicolai Richardi Tractatus de Indulgentiis, cum explicatione Sixti papa, Anno* 1467.

I

Ciceronis Officia & Paradoxa: *Presens Marci Tulii clarissimum opus Johannes Fust Moguntinus civis non atramento plumali canna neque aerea sed arte quadam perpulchra Petri manu pueri mei feliciter effeci finitum Anno M. CCCC. LXV.* [1] fol. Moguntiæ. 1465.

Bi-

1 Quædam exemplaria variant non tantùm subscriptionis verba, sed etiam annum, sic: *Presens Marci Tulii clarissimum opus Johannes Fust Moguntinus civis non atramento plumali canna neque aerea sed arte quadam perpulchra manu Petri de Gernshem pueri mei feliciter effeci finitum. Anno M. CCCC. LXVI. quarto die Februarii.* Utrumque exemplar, quàm potui accuratè, contuli; permittente viro nobilissimo Comite Oxoniensi, qui multorum ex curiosâ suâ copiosâque bibliothecâ librorum notitiam mihi humanissimè præbuit: nec inveni quicquam, quo hoc ab illo differat, præter subscriptionem, quam hìc fideliter exscriptam apposui. In utroque subscriptio rubricâ imprimitur; utì & titulus, qui sic habet: *Marci Tulii Ciceronis Arpinatis Consulisque Romani ac oratorum maximi, ad Marcum Tulium Ciceronem filium suum, officiorum liber incipit.*

Ad finem *Officiorum* impressi sunt hi versus, quos, utì in Exemplaribus exprimuntur, exhibui:

Tulius Hesperios cupiens componere mores,
Edidit hos libros appellans officiorum;
Quo solo fertus extinctus est furor Catelina.
Conscilio superûm custos directus ad Urbem,
Lux orbis, patriaque salus, mens tota senatûs.
Hic plùs sole micat cruciatus propter honorem.

Hos versus sequuntur duo alii in duobus, quos vidi, membranaceis codicibus, sed manu scripti:

Excellunt cunctos hi libros philosophorum
Libri, quos fecit tres Tulius, officiorum.

Augustinus.

Sed in duorum altero sic:

Excellunt libros cunctorum philosophorum
Isti, quos fecit tres Tulius officiorum.

Ubicumque, sive in *Officiis* sive in *Paradoxis*, dictiones aut sententiæ *Græca* occurrunt, miserè à Typographis, ob Linguæ illius imperitiam, vexantur, & depravantur. En tibi specimen.

In *Offic.* Pro Κατόρθωμα habetur καθωχωϲμα.

Paradox. ὅτι μόνον τὸ καλὸν, ἀγαθόν. οτιμομομ το καλοματαθομ. Eadem sententia corruptè sic excusa reponitur in *Paradoxo* secundo pro, ὅτι αὐταρκὴς ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν. Ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα καὶ κατηγορήματα.

Οτiϲαταακαρτμακατα καὶ τατωτωκα.

Hæc satìs ad demonstrandam illorum temporum barbaram *Græcos* characteres excudendi rationem.

Ad calcem adduntur *versus* 12. *Sapientum positi in epitaphio Marci Tulii Ciceronis.* Hæc omnia demum claudit Horatii Carmin. Lib. IV. Od. 7. cum hôc titulo:

Manlio Torquato Flaccus, de vita humana brevitate, per comparationem temporis, hac;

Diffugere nives &c.

Hujus Odæ versus 25. ibi sic legitur;

Infernis neque à tenebris &c. neglectâ elisione; cujusmodi hiatus occurrit in optimis Scriptoribus; v. g. Virgil. *Æneid.* VI. ℣. 507. *Nomen & arma locum servant: te, amice, nequivi* ——

Nequis autem è Criticorum turbâ obstrepat, & queratur authoritatem *Virgilianam* in hunc *Horatianum* locum aptè non quadrare; neque easdem esse causas elisionis negligendæ in extremâ vocis *neque* syllabâ, quæ in *te* voce integrâ, monosyllabâ, productâ ante comma distinctivum: proferam ipsius Horatii textum *Carm. Lib.* III. *Od.* 14. ℣. 11. —— *malè ominatis Parcite verbis.* Quam lectionem in editionibus antiquis servatam optimorum Interpretum suffragia fixerunt. Sic Pers. *Satyr.* III. ℣. 66. *Discite, ô miseri.* —— Quod autem ad verbi *liberat* syntaxin attinet, usum præ-

præpositionis *ab* authoritas tam Scriptorum veterum quàm Grammaticorum comprobat.

Denique ne hujus lectionis tenacior videar meæ opinioni nimiùm indulgere, id afferam, quod alterius lectionis patronis magis placebit: eos scilicet, qui excuderunt [*Infernis neque à tenebris* —] abbreviatione [*n.* pro *enim.* quæ & in MSS. & in antiquis excusis frequens; *Infernis neque n. tenebris* —] deceptos, *a* pro *n* reposuisse.

Nequeo hìc tacere, quid de his primitivis editionibus sentiam: scilicet earum authoritatem aliis omnibus esse præferendam, quippe quæ solâ Manuscriptorum Codicum fide nitatur.

Lubet hìc quædam afferre à me observata; huic editioni principi cum aliis eidem contemporaneis editionibus, præsertim Moguntinis, communia. *Primæ librorum & capitum literæ sunt, non impressæ, sed illuminatæ. Literæ sunt figurâ exiliori, ductu Gothico. Literæ primæ sententiarum singularum atramento impressæ, rubro insuper admixto colore decorantur. Frequentissimæ occurrunt abbreviationes, quales habentur in manùscriptis; à quibus typi suam primùm figuram duxerunt. Literarum binarum aut plurium is crebrò fit nexus, ut unum videatur elementum: quod satis fœliciter excogitatum puto ad commodiorem & expeditiorem typothetarum operam. Idem hoc commentum Aldus postea in suis minusculis Italicis æmulatus est.*

ce, te, pp, do, iu, in, ho, de, vo, be, pe, he, ve, ni
ce, te, pp, do, iu, in, ho, de, vo, be, pe, he, ve, ni
the, im, to, sthe, gr, &c
the, im, to, Sthe, gr, &c

Literæ, u, v, i, j, *indiscriminatìm pro vocalibus aut consonis usurpantur.* vrbis, ut, officijs.

Litera ſ *longa sæpe in fine vocis ponitur, & ante punctum; ut* exemplis. libros. *& aliàs; ut* satis [*fol.* 10. *secund. pag.*]

Parentheseos nota rarior. (ut solemus) [*fol.* 2. *pag. prim.*]

Vix ulla distinctionis nota præter punctum. Quanquam te marce fili. annum iam audientem cratippum. idque athenis. abundare oportet. preceptis. institutisque philosophie. propter summam & doctoris auctoritatem. & vrbis. quorum alterum te scientia augere potest. altera exemplis. tamen ut ipse. ad meam utilitatem semper cum grecis latina coniunxi. neque in philosophia solum. sed etiam in dicendi exercitatione feci. id tibi censeo faciendum. ut par sis in vtriusque orationis facultate.

Nullus æ aut œ diphthongorum usus. grecarum, penitebit. *Neque enim tunc mos erat earum figuram à vocalibus distinguere; nam potuissent duas vocales* ae, oe, *ligâsse* æ, œ, *eodem modo quo aliàs* (*utì priùs observavi*) *literas. In Paradoxo secundo legimus*, cruciabatur a poenis, *& paulò pòst*, erumne.

Litera i *aliquando nuda, ut* latinam. *supernotata aliquando puncto, aut lineolâ erectiore; ut* fili, athenis

In linearum fine, ubi opus est vocem in duas partes dividere, vocis ita divisæ nexus fit per duas lineolas; ut exercita= tione.

Nomina propria non distinguuntur majusculis initialibus: quarum rarissimus est usus, nisi in initiis sententiarum, aut carminum; utì cernitur in fine hujus libri Officiorum, in epitaphiis Ciceronis, & odâ Horatianâ.

In lectissimâ Thomæ Cook Equitis de Balneo bibliothecâ vidi exemplar Cicer. Offic. ann. 1465. in quo reperi manuscriptam cujusdam curiosi literati chartam; quam viri generosi humanissimíque veniâ transcriptam cum lectore communicare hic visum est.

Ad quem modum institui possit collatio Officiorum Ciceronis, impres. Moguntiæ anno 1465.

1. *Codex iste foliis membranaceis constat, magnitudine, quæ est* [parvo] *folio, vel* [magno] *quarto.*

2. *Totus liber constat quaternionibus undecim; quorum unusquisque habet folia VIII. sive plagulas IV. nec tamen isti quaterniones signati sunt more typographorum, utì nec folia: est tamen cuique quaternioni addita*

Biblia Latina: *per Johannem BEMLER* [1] fol. AUG. VIND. 1466. Bi-

dita nota literalis ab amanuense, qua pertingit ad literam L. Sunt autem in universum folia LXXXVIII.

3. *Continet libros III Officiorum Ciceronis, ejúsque Paradoxa. In fine III. lib. Offic. reperitur Hexastichum, quod incipit,* Tulius Hesperios *&* *finit,* propter honestum. *In calce Paradoxorum adjiciuntur XII. epitaphia Ciceronis à XII. sapientibus composita. it. Epigramma tristichon Apollonii rhetoris it. in ultimo fol. Epigramma Flacci de vita humanæ brevitate, incip.* Diffugere nives *finit* Vincula Pirithoo.

4. *Sed ante omnia accuratiùs conferenda sunt invicem verba sequentia, quo in nostro codice in fine penultimi folii reperiuntur, literis miniatis; hôc ordine;*

Presens Marci tulii clarissimũ opus. Johannes fust Mogũtinus civis. nõ atramẽto. plumali cãna neque aerea. sed arte quadam perpulcra. Petri manu pueri mei feliciter effeci finitum. Anno. M. cccc. lxv.

Nam hìc de codice Augustano diversa afferuntur; quem Henr. Salmuth in notis ad Pancirol. uno anno recentiorem facit; qualis etiam fuit ille, quem Petrus Ramus habuit, cujus meminit ipse lib. II. Scholar. Mathem.

5. *Ergo accuratiùs dispiciendum, num planè diversæ * sint editiones. Idque facilè apparebit ex collatione nonnullorum foliorum, quibus quaterniones incipiunt. Ergo in nostro codice fol. 9. incipit* reddendis illa præclara *fol.* 17. sic reperias multos *fol.* 25. virtutis rerumque gestarum *fol.* 33. ut supra dixi prætermissus. *Et orditur eâdem paginâ liber II. à literâ* Q *aureo & cœruleo colore insigniter pictâ. fol.* 41. locant contrahendisque negotiis *fol.* 49. bellorum tributum sit conferendum *fol.* 57. lege naturæ prohibemur. *fol.* 65. quatenus manu tenere possunt. *fol.* 73. fecerit. nullum perjurium est. *fol.* 81. vincetur & expugnabitur.

6. *In nostro variè circa Orthographiam peccatur. Sic fol.* 13. *legitur* Rethorum. Maratone. Termophilis. Leutris. Stertode. aput. † *p.* 14. nichil. *aliquoties ut & fol.* 79. *& alibi. Sic fol.* 41. Thiberius *fol.* 42. Pompeyus.

7. *Lemmata illa Græca, quæ in Paradoxis occurrunt, miserè sunt ‡ depravata.*

8. *Itidem semper repetitur ‖* hiis *pro* iis. E *simplex pro* AE *diphthongo: unde adducor, ut credam in illo epigrammate* [id est, epigraphâ vel inscriptione] *miniato non dici de plumâ areâ, sive quæ sit ex metallo, ut putant Ramus, Salmuth, aliique; sed potiùs de aëreâ, quales sunt illæ avium plumæ, quibus aëra pulsant. Et in versibus epitaphiis loco* Tullius *&* Lamia *semper legitur in nostro* Tulius *&* Lanna.

9. *Etiam videri potest, utrùm quævis pagina habeat lineas XXVIII. quot scilicet noster codex ubique cum latissima margine exactè repræsentat.*

Cæterùm mihi mirum videretur adeò festinatas fuisse istorum Officiorum diversas editiones in ipsis exordiis typographiæ, ubi vix tanti fuisset uni libro adeò immorari. Et tamen illud omnino persuadet summa differentia epigrammatum miniatorum, quæ sunt in codicibus Augustano & nostro, si Salmuth vera tradit. Nam in isto 1. *mentio fit patriæ hujus Petri.* 2. *annum præfert* 1466. *& non* 1465. 3 *addit diem* 4. *Mens. Feb. qui in hôc non reperitur. Et valde nôsse gestio, num hæc diversitas sit tantùm in epigrammate, manente in pari statu reliquâ corporis architecturâ necne.*

1 Melch. Adam. in Vit. Guttemb. Sed antiquius Crusii quàm Adami testimonium attulit M. Ge. Frid. Magnus in disquisit. Vide Tenzel. Mon. unterred. 1692. p. 667. & aliud ex Achill. Gassar. Ibid. p. 695. 696.

* Lege Annal. Typograph. Tom. I. pag. 60. Nam vidi & contuli utrumque exemplar 1465. & 1466.

† Contra Orthographiam non peccatur in *aput* & *nichil*. Antiquos enim ita scripsisse nemo non novit.

‡ Lege Annal. Typograph. Tom. I. pag. 61.

‖ Quod in antiquioribus editionibus frequens.

3.

Biblia GERMANICA: *apud Jo. Bemler.* [1] fol. Aug. Vind. 1467.

1.

S. AUGUSTIN. de CIVITATE DEI: *M. CCCC. LXVII. Pauli II. tertio; tertio regnante Frederico; Indict. XV. 12. Junii. Deo gratias.* [2] fol. . . . . 1467.

2.

Clementis quinti opus Constitutionum clarissimum: *alma in urbe Maguntina inclite Nationis Germanice, quam Dei clementia tam alti ingenii lumine donoque gratuito ceteris terrarum Nationibus preferre illustrareque* [3] *dignatus est, artificiosa quadam adinventione imprimendi seu caracterizandi sic effigiatum & ad eusebiam Dei industrie est consummatum per Petrum Schoiffer de Gernshem anno Dominice incarnationis M. CCCC. LXVII. octavo die mensis Octobris.* (Ad finem adduntur) Regula Sti Francisci: Constitutio execrabilis Johannis Pape XXII. dat. Avenione. XIII Kln. Decembris, Pontificatus nostri anno secundo. fol.
Moguntiæ. 1467.

THOMÆ Aquinatis SECUNDA SECUNDÆ: *hoc opus preclarum alma in Urbe Maguntina inclite Nationis Germanice, quam Dei clementia alti ingenii lumine donoque gratuito ceteris terrarum Nationibus preferre illustrareque dignatus est, artificiosa quadam adinventione sic effigiatum & ad eusebiam Dei industrie est consummatum per Petrum Schoiffer de Gernsheim: Anno Domini M. CCCC. LXVII. die sexta mensis Martii.* fol. Moguntiæ. 1467.

Ciceronis EPISTOLÆ FAMILIARES. (Ad calcem leguntur hæc carmina) *Hoc Conradus opus SUUEYNHEIM ordine miro*
Arnoldusque simul PANNARTZ una æde colendi
Gente Theotonica Romæ expediere sodales:
In domo Petri de Maximo.
M. CCCC. LXVII. fol. ROMÆ. 1467.

Fran-

1. De hâc rarissimâ editione German. celeberr. Dieter. van Stade in specimine lectionum antiq. Francicar: p. 22. & Jo. Fabric. Biblioth. Histor. part. I. p. 24. Priori loco citatus Domin. de Stade testatur sibi horum Bibliorum *exemplar ad manus fuisse*, atque ex eodem Decalogum German. ex Exod. c. xx. pag. 23. exhibuit. Lege etiam Long. Biblioth. Sacr. Tom. 2. p. 186.

2 Quamvis nullum loci aut typographi indicium appareat; quantum tamen conjecturâ assequi possum, hujus character cum charactere Lactantii in Monasterio Sublacensi ann. 1465. excusi prorsus idem est.

3 Mira hæc syntaxis [*Dei clementia dignatus est*], quæ antea & mox in simili subscriptione occurrit, temporum illorum barbariem nondum penitus expulsam redolet.

Francisci FLORII de amore Camilli & Æmiliæ Liber; item alius Libellus de duobus amantibus ex Boccachio; Leonardo Aretino interprete. [1] *Prid. Cal. Januar.* 4[to]. *in domo Archiepiscopi* TURON. 1467.

S. Augustin. de Civit. Dei: *per Conrad. Sweynheim & Arnold. Pannartz.* (cum iisdem ad calcem versibus, qui priùs ad Cicer. Epistol. 1467. leguntur.) [2] fol. ROMÆ. 1468.

Lactantii Institutiones: (cum prædictis ad libri finem versibus) *in domo Petri de Maximo. M. CCCC. LXVIII.* [3] fol. Romæ. 1468.

D. HIERONYMI EPISTOLÆ; duobus voluminibus; cum his ad finem versibus:

Aspicis illustres, lector, quicunque libellos,
Si cupis Artificum nomina nôsse, lege.
Aspera ridebis cognomina Teutona forsan:
Mitiget Ars Musis inscia verba virûm.
Conradus Sweynheym, Arnoldus Pannartzque magistri
Romæ impresserunt talia multa simul.
Petrus cum fratre Francisco Maximus, ambo
Huic operi aptatam contribuere domum.
M. CCCC. LXVIII. [4] fol. Romæ. 1468.

Sancti

1 De hôc libro priùs dictum est; sed de eodem insuper Vir clariss. Dominus de la Monnoye in epistolâ ad me missâ habet hæc: *Duas hujus libri editiones eodem tempore Turonis in domo Guillermi Archiepiscopi Turonensis confectas vidi; unam penès Baronem Hohendorfium, alteram in collegii Mazarinæi bibliothecâ, ambas in 4to. illam eleganti & nitido charactere, hanc Gothico. Libelli meminit in epitome Bibliothecæ Gesnerianæ Simlerus his verbis, parum accuratis;* Francisci Florii de amore Camillæ & Æmiliæ.

In Bibliothec. Menarsian. p. 142. n. 1840. habetur hic liber: *Ovidio Metamorphos. volgare: per Joan. Rosso Vercellenze. Venet.* 1467. *fol.* Sed manifestus error est in numeris 1467. pro 1497.

2 Joan. de la Caille. pag. 16. hunc librum rejicit ad annum 1467. notâtque ab eo & *Cicer. Epist. famil.* characteres *sancti Augustini* & *Ciceronis* vulgò vocatos sua nomina sumpsisse. At S. August. *de Civit. Dei* ann. 1467. nullum typographi nomen exhibet; qui verò anno 1468. prodiit, à Conrado Sweynheim & Arnoldo Pannartz in domo Petri de Maximis excusus est.

3 In libri initio post capitum singulorum argumenta sequuntur Lactantii *Errata, quibus ipse deceptus est, per fratrem Antonium Raudensem Theologum collecta.* Deinde *His carminibus frater Adam Genuensis increpat fratrem Anthonium:*

Hic male corripuit stolidis Antonius ausis
Auctorem: in variis causa pianda locis.
Non erat in tenebris errantis imaginis astrum
Dicere: vel nitidum luce carere jubar.
Denique cum sancta Ecclesia pia lumina constet
Obsequio ex tanto conticuisse viro.
Tu vero eloquio lingua interdicta Latino;
I subitum: nam te pensitat elleborum.

En, lector, Latinæ illis temporibus poëseos & elegantiæ specimen. Adversùs istum Antonium Raudensem scripsit Laurentius Valla.

4 Ex epistolâ volumini primo præfixâ. —— *Pater beatissime Paule Secunde* ——.

Id

Sancti Jeronimi exposicio in simbolo apostolorum ad papam Laurencium : *impressa Oxonie & finita anno Domini M. CCCC. LXVIIJ. XVII die Decembris.* [1] 8vo. OXON. 1468.

JUS-

*Id in Auli Gelii : id in * Herenai Lugdunensis epi. libris : id in plerisque aliis egi. Nuperrimè cùm divi Hieronymi libellos epistolasque —— ex diversissimis codicibus priùs collectas in certum ordinem à doctissimo patre Theodoro Tarvisino episcopo redactas, qui apud tuam sanctitatem, dum in mortalibus ageret, Apocrysarii munus referendariique cum magnâ commendatione semper implevit, amici quidam ad me delatas impendio poposcissent, ut meâ diligentiâ emendatiusculè redderentur* &c. Ex epistolâ volumini secundo præfixâ. *Ante omnia —— Deo & Sanctis ejus —— secundo loco tibi, pater beatissime Paule II. Pont. Max. studia mea jamdudum dedicavi, sacrosanctòque tuorum fratrum collegio amplissimo* &c. *Priùs divi Hieronymi epistolarum partem ferè dimidiam cum illius opusculis mediocri meâ diligentiâ emendatam in manus hominum misimus; nunc alteram partem, in quâ ferè reliqua ejusmodi omnia collecta sunt, tradimus. Tertium volumen quomodo perquiramus, in quo quicquid reliquum divini hujus doctoris scriptorum invenitur, post illa redigatur, solerti animo meditamur.* &c. *Missa Hebraica feci —— Latina codicum diversitate —— amicorum consultatione —— mediocriter redintegravi.* &c. *In* Græcis *consului cùm alios, tum Theodorum Gazam* &c. *Sciebamus nonnullos præstantis autoritatis viros, inter quos est Pontificii juris decus egregium Joannes Andree Bononien. qui veneratione atque admiratione multâ Hieronymum suspiciens ægerrimè ferebat —— quædam tanto doctori tribui, quæ ex illius officinâ nequaquam prodiisse possent judicari.* &c. *Aures habemus non omnino inelegantes, aliquanto forsitan ab ejus hominis judicio alienas, qui aliquando nescimus quo instinctu ausus est lite nondum contestatâ de nostris studiis præcipitare sententiam : qui quidem meo judicio multum nequicquam sapit ; quoniam sibi nondum est sapiens : quis ille hominum fuerit, ab eo malim quàm à me pronuntiari. —— Accipite brevibus ; quod optatis ; dignissimum fuit necessariúmque maximè à sacrorum doctorum majestate incipere, veluti anima & vita ferculis potioribus. Ea nunc tanquam Dei mensas atque altaria bellariis quibusdam ac floribus conspergentes, studiorum quoque humanitatis difficiliores elegantiorésque in eo genere autores delegimus : A. Gelium, Macrobium, Apuleium, Platonis defensionem, ac denique † Declamationes quasdam elegantiores ; quibus nonnullas ejus generis doctrina appendices forsitan copulabimus. Horum quinque autorum, ceu quinque lapillorum pretiosissimis gemmis corollam quandam studiosis in correctionis auro fabrefecimus, quam qui eruditionis suæ capiti imposuerit, absque controversiâ multiplici varietate elegantiâque fulgebit.* &c. *Vos pro paupertinis ingenioli mei exigui, laboris verò maximi, pròque magistris nostris Conrado Arnoldóque characterum opificibus, qui nostros conatus effingunt, humilibus ac devotis orationibus Deum rogabitis, ut successum nobis præbeat cupidistam divina vobis volumina quàm humana præparare. Valete, amantissimi atque optatissimi lectionum comites & casta Latinitatis studiosi.* Ad calcem secundi voluminis sic ; *Eusebii Hieronymi doctoris eximii secundum epistolarum explicit volumen, anno Christi M. CCCC. LXVIII. Indictione primâ. die verò XIII. mensis Decembris. Pontifice maximo Paulo regnante secundo, anno ejus quinto. Romæ, in domo magnifici viri Petri de Maximo.* In hâc epistolarum Hieronym. editione, quæ vocabula occurrunt Græca, iisdem excuduntur characteribus, quibus in Aul. Gell. ann. 1469.

1 Reperitur hic liber in bibliothecis Bodleianâ & Harleianâ. Volumen est in 8vo. nam in octerniones complicatur. Signaturæ Octer-

* Aul. Gellius anno 1569. prodiit. At Irenæi opera à Joan. Andreâ Aleriensi edita non novi. De his tamen aliquando edendis cogitavit.

† Gellius & Apuleius prodiere ann. 1569. Defens. Platon. sinè anni notâ. Macrobius non ab his impressoribus, sed à Nic. Jenson editus est ann. 1472. De his autem declamationibus mihi nil certum est.

Justiniani Institutiones cum glossa: *Presens Institutionum preclarum opus alma in urbe Moguntina inclite nationis Germanice, quam Dei clementia tam alti ingenii lumine donoque gratuito ceteris orbis nationibus preferre illustrareque dignatus est; non atramento omni, non plumali canna neque aerea, sed artificiosa quadam adinventione imprimendi seu caracterizandi sic effigiatum & ad eusebiam Dei industrie est consummatum per Petrum Schoyffer de Gernsheym anno Dominice incarnationis millesimo CCCC. LXVIII. vicesima quarta die mensis Maii.* [1] fol. Mogunt. 1468.

Roderici Zamorensis Speculum vitæ humanæ: (cum versibus suprà allatis) *Hoc Conradus opus* &c. *In domo Petri de Maximo. M. CCCC. LXVIII.* fol. Romæ. 1468.

Ciceronis de Oratore libri tres. *Finiti & continuati sunt supradicti libri M. T. C. Roma per Ulricum HAN de Wiena anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo. die quinto mensis Decembris.* fol. Romæ. 1468.

3

Theodorus Spanduginus Cantacusenus de origine & moribus Turcarum. [2] 8vo. [Florentiæ 1468.]

Plinii Historia Naturalis [3] [Veronæ 1468.]

[L]

Octernionum sunt tres, a, b, c. Character est Gothicus, quali utebantur typographi Moguntini. Nullæ reclamantes & ciphræ. Hæc autem expositio (uti in duobus illis, quæ modò memoravi, exemplaribus manu adscriptum est) Ruffini est, non Hieronymi (ut titulus præfert.) Neque sanè Hieronymus voluerit papam agnoscere Laurentium, qui se in cathedram intrusit. Præterea dubito, an Hieronymi (qui anno 420. obiit) tempora cum Laurentio (qui anno 499. factus est antipapa) possint conciliari. Consule chronologos Calvisium & Ricciolium.

1 Notanda est hæc affectata Moguntinarum subscriptionum grandiloquentia, syntaxisque insolens prorsus & ἀσύντακτος: quæ, cùm toties repetatur, Moguntinis illis videtur mirè placuisse.

2 Affert Bunemannus ex Catalog. prim. Bonavent. Vulcan. p. 67. n. 28. Sed hanc extare editionem ut credam, haud facilè adducor. Lego in Biblioth. Tellerian. p. 272. *Commentari di Theodoro Spanduzino dell'origine e costumi de Turchi. In Fior. Torrentino* 1551. *in* 8vo.

3 Hanc Bunemannus citat ex Fabricii Bibliothec. Latin. qui (p. 608.) profitetur se sequi Beughemium; cui (in Incunabul. Typogr. p. 110.) disertè illa memoratur: *Historia Naturalis libri XXXVII. noctibus & horis subcisivis conscripti. Verona.* 1468. Si autem hanc extare disertè negaverim, meam opinionem testimonio tuebor non infirmo: quippe Johannes Veronensis verbis disertis affirmat *se in suâ patriâ primum impressisse* 1472. Vide Valturium eo anno excusum. Sed in isto Beughemii libro tot passim occurrunt (quod facillimè evincam) errata, ut, qui ei fidem re non diligenter examinatâ adjunxerit, illius profectò credulitatem magis quàm fidem suspiciam. Præterea si Plinius Veronæ anno 1468. prodiisset, quomodo versuum editioni Spirensi anno 1469 adjectorum author quereretur, quòd hunc *tam rarum lector vix habere* potuerit? At in Catalog. Biblioth. Ultraject. fol. 76. (teste Bunemanno) legitur *Plinii Histo-*

4

[L] Joh. CHRYSOSTOMI Homiliæ in Matthæum, Latinè; Georgio Trapezuntio interprete: *per Johan. Fust.* fol. Mogunt. 1468.

I

Biblia Latina: per IOHANNEM de AVERBACH.[1] fol. REUTLINGÆ. 1469.

APULEIUS; & ALCINOI introductio in doctrinam Platonis, Episcopo Tropiensi [Petro Balbo Pisano] interprete: *per Conr. Sweynh. & Arn. Pann. in domo Petri de Maximis.*[2] fol. Romæ. 1469.

Cicer. Offic. Paradox. de AMICITIA & SENECTUTE: (cum versibus, qui supra) *Hoc Conradus opus* &c. *die XXIIII Januarii, in domo magnifici viri Petri de Maximo.*[3] fol. Romæ. 1469.

Ejusd. TUSCULANÆ QUÆSTIONES: *per Ulricum Han de Wiennâ*

Historia Naturalis: per Jo. Spiram. fol. Venet. 1468. Ubi si nullus sit numerorum error (in quem lapsus est facilis; LXVIII pro LXVIIII,) nihil obstat, quin eidem editioni anni duo, alter alteri proximus, (uti priùs in Cicer. Offic. LXV & LXVI) adscripti fuerint. Imò vidi (quod suo loco observabo) duas Cicer. Epistol. Familiar. editiones à Joanne de Spirâ emissas anno eodem M. CCCC. LXVIIII. quæ inter se discrepant. Quod (si quid conjectare liceat) evenisse probabile est per foliorum aliquot, quæ ad examen revocare & recudere visum fuerat, dispunctionem.

In Bibliothec. Bentes. part. 3. p. 38. n. 206. memoratur *Francisci Mataratii de componendis versibus hexametro & pentametro opusculum. 4o. Venet.* 1468. Ubi forsan pro 1468 reponendum est 1486; nam alius liber, qui cum hôc in eodem catalogo recensetur, excusus est Venetiis 1485. Hoc opusculum Francisci *Maturantii* (quod verum est illius nomen) vidi excusum Venetiis 1491. de quo suo loco. Minimè tutum est Catalogis temere confidere, nisi ubi plures in eâdem re conveniunt; aut quod in iis reperitur, probabilibus fulcitur argumentis. Anthoris notatio non satis distinctè descripta, vel patria pro impressionis loco usurpata; numeralium figurarum inversio, transpositio aut confusio; & alia plurima, quæ ad fidem faciendam necessaria sunt, omissa aut perperam enuntiata, dubitationi locum relinquunt; & disquisitionis ulterioris necessitatem injungunt magìs, quàm assensum præsentaneum merentur. Catalogi sunt diversi generis; bibliothecarum alii publicarum in perpetuum literatorum usum repositi; privatarum alii officinarum aut hominum defunctorum ad præsens emptorum commodum destinati: majorque illis quàm his cùm plerumque soleat adhiberi accuratio, ideo & major debetur fides.

1 Vide *Chevillier*, pag. 77. *Caille*, p. 26. *Long*, Biblioth. Sacr. p. 576. Citat *Buneman.* ex Saubert. Noriberg. Biblioth. p. 117. & *Hallervord.* Biblioth. Curios. p. 37.

2 Hanc Editionem curavit Cardinalis BESSARION: eámque ISAACUS CASAUBONUS (in suis ad APUL. *Apolog.* castigationibus) omnium non modò primam laudat, sed & minimè correctorum manus expertam & proinde minùs corruptam; idémque putat illum, qui tot monstra post illam Editionem primus protulerit, fuisse BERNARDUM *Philomathem Pisanum*, qui eam Editionem curavit, quæ anno M. D. XXII. FLORENTIÆ prodiit.

3 Adduntur etiam duodocim sapientum versus positi in Epitaphio CICERONIS.

annâ M. CCCC. LXVIIII. die primo Aprilis. (Ad calcem eodem charactere adduntur) Paradox. de Amicit. & Senect. & Somn. Scipionis. fol. Romæ. 1469.

Ejusd. Epistol. Familiares: (cum his ad finem versibus)

Primus in Adriaca formis impressit aënis
Urbe libros SPIRA genitus de stirpe JOHANNES,
In reliquis sit quanta, vides, spes, lector, habenda,
Quom labor hic primus calami superaverit artem.
M. CCCC. LXVIIII. [1] fol. VENETIIS. 1469.

PLINII NATURALIS HISTORIA: (Ad calcem libri hæc)

Quem modo tam rarum cupiens vix lector haberet,
Quique etiam fractus pene legendus eram;
Restituit Venetis me nuper Spira Johannes;
Exscripsitque libros ære notante meos.
Fessa manus quondam, moneo, calamusque quiescat:
Namque labor studio cessit & ingenio.
M. CCCC. LXVIIII. [2] fol. Venetiis. 1469.

CÆSARIS COMMENTARII: *per Conr. Sweynh. & Arn. Pan.* (cum Epistolâ Joh. ANDREÆ episcop. Aleriens.) *M. CCCC. LXIX. XII. Maii. in domo Petri de Maximis.* fol. Romæ. 1469.

LUCANUS: (cum Epistol. Jo. ANDR. ad PAUL. II. Venet. & in finem versib. iisd. qui prius) *Hoc Conradus opus.* &c. [3] fol. Romæ. 1469.

AU-

1 Ex hâc inscriptione colligi potest hunc Librum à JOHANNE *Spirensi* primum impressum fuisse. Quin etiam videtur JOHANNES *Spirensis* affirmare se *primum* VENETIIS Typographiam exercuisse. Quod si verum sit, NICOLAUS JENSON (de quo antea dixi) Librum (ut ibi conjeceram) VENETIIS anno 1461. imprimere non potuit. Ergo, nisi vitium sit in numeris, (quod vix est, cur in Typographo tam diligente admittamus) aut Liber ille ab eo alibi quàm VENETIIS impressus est, aut JOHANNES *Spirensis* sibi plus justo arrogavit. Nec enim hujusmodi jactantia ignota erat antiquis illis Typographis, qui in eadem Arte excolendâ rivales de primatu inter se contendebant; & ambitiosis Librorum inscriptionibus sibi totam quisque & quasi unicam laudem asserebant. Quâ tamen in re NICOLAUS JENSON mihi videtur fuisse cæteris modestior. Huic autem potiùs an illi debeatur incæpta VENETIIS Typographia, nihil velim intelligi à me tam temere dictum, quin ampliùs deliberandum censeam.

2 De hâc primâ PLINII Editione lege *Memoires de Litterature, Tom. I. Part. II. Artic.* 4.

3 In LUCANI vitâ per POMPONIUM *Infortunatum* leguntur hæc: —— *Pharsaliam non finivit; cujus primos ter libros cum uxore correxit; quos inscitiâ depravatos cum reliquis septem Jo. Andreas Antistes Aleriensis diligentissimè nostro tempore emendavit rogantibus Conrado & Arnoldo, qui, ne lingua Romana pereat, libros laudabili inventione imprimunt.*

AULUS GELIUS [NB. per simplicem liquidam efferri :] *per Conr. Sweynh. & Arn. Pann. Anno Christi M. CCCC. LXIX. Paulo regnante II. Anno ejus Pont. V. die verò XI. mensis Aprilis. In domo Petri de Maximis.* fol. Romæ. 1469.

TITUS LIVIUS : [cum versibus] *Aspicis illustres* &c. [1] fol. Romæ. . . . .

Cornel. TACITI ANNALES : [cum his in fine versibus]

Cæsareos mores scribit Cornelius ; esto
Iste tibi codex ; historiæ pater est :
Insigni quem laudem feret gens postera, pressit
Spira premens, artis gloria prima suæ. [2] fol. . . . . . .

DION. CHRYSOSTOMI Oratio de REGNO, Latinè ; Francisco de *Picolhomineiis* interprete. [3] 4to. . . . .

2

Ciceronis Epistolæ Familiares : *per Joan. de Spirâ.* [4] fol. Venet. 1469.

Ejusdem Eædem ; Jo. An. episcopus Aleriensis recognovit : [cum ver-

1 Hanc LIVII editionem à se recognitam Episcopus *Aleriensis* PAULO II. & MARCO S. MARCI Cardinali dedicat. Nullum licèt gerat anni indicium, conjicio prodiisse anno 1469. quod *Livii* editio, quæ à *Vindelino* anno 1470 prodiit, eandem, quam illa, habeat Episcopi *Aleriensis* Epistolam. Oportet itaque huic illam anteceffisse : cúmque illa ROMÆ, hæc VENETIIS excusa fuerit, haud facilè credam utramque eodem anno exiisse.

2 Hanc editionem anno 1468 prodiisse autumat *Chevillerius* : referre tamen malo ad ann. 1469. quo JOHANNES *de Spirâ* CICERONIS Epistolas à se editas *laborem primum vocat.* Idem, cùm se *suæ artis gloriam primam* appellat, videtur sibi plusculum, quàm par erat, arrogare. Ista tamen propriis laudibus indulgendi culpa non tota in typographos transferenda est ; sed in ejus partem vocandi sunt eorum temporum poetæ, qui epigrammata in hujus vel illius typographi laudes, prout cujusque animo collibitum erat, componendo suum ingenium exercebant. Lege NAUD. *Addit. à l'Histoire de* LOUIS XI. *Ann.* 1713. *p.* 138.

3 Hic liber in calce nullam habet loci, typographi, annive notationem : Sed in initio epistola FRANCISCI de PICOLHOMINEIIS *Senens.* S. EUSTACHII Cardinalis ad MAXIMILIANUM FEDERICI III. filium data est *ex Urbe, Kal. Jan. anno M. CCCC. sexagesimo nono.*

4 Hanc editionem ab aliâ, quæ suprà eodem hôc anno eodémque typographo data memoratur, differre probat paginarum collatio ; tum hæc etiam, quæ ad calcem excusa sunt, carmina.

Hesperia quondam Germanus quisque libellos
Abstulit : en plures ipse daturus adest.
Namque vir ingenio mirandus & arte Johannes
Exscribi docuit clariùs are libros.
Spirâ favet Venetis, quarto nam mense peregit
Hoc tercentenum bis Ciceronis opus.
M. CCCC. LXVIIII.

verſibus, *Aſpicis illuſtres* &c. *Huic operi aptatam* &c.] *M. CCCC. LXIX. Prid. Non. Novemb.* fol. Rom. 1469.

Ejusdem de Oratore Dialogi tres; Brutus de claris oratoribus; Orator ad Brutum: *M. CCCC. LXIX. duodecimo menſis Januarii*, *in domo Petri de Maximo.* fol. Rom. 1469.

3

Thom. Aquin. Quart. Scriptor. *per Petr. Schoiffer de Gernsheim.* [1] fol. . . . . . 1469.

4

ATHANASII Alexandriæ Archiepiscopi Enarrationes in Epiſtolas S. PAULI. [2] Romæ. 1469.

[S] D. Thomæ Summæ Theologicæ Secunda Secundæ: (cum eâdem ad calcem ſubſcriptione, ac ann. 1462. ſed charactere rubro) *anno M CCCC LXIX opus à Petro Schoiffer impreſſum.* fol. Mogunt. 1469.

BLA-

1 Ex Biblioth. Norib. Saubert. p. 117. citat Bunemannus; uti & *S. Gregorii Expoſitiones in Jobum, ſive Moralia. fol.* 1469. *ex* Biblioth. Rothean. part. 1. p. 9. n. 315. & *Albert. Magn. in Phyſic. Ariſtot.* 4to. *Colon.* 1469. ex Catalog. Birderii. C. 2. Sed fide interim meâ ſuperſedeo, donec hæ aliæque plurimæ editiones, quæ unico Catalogorum testimonio nituntur, in conſpectum prodeant. Eas tamen ſilentio diſſimulare nolui ut in easdem inquirendi anſa præbeatur. Lectorem autem exoratum velim, ut mihi in iis, quæ ex catalogis exſcripta & ad me transmiſſa ſunt, ſæpius forſan allucinanti veniam indulgeat, cùm ea hujusmodi Catalogorum hìc allatorum copia non ſuppetat, ut locos indè depromptos examinem.

2 P. M. Cette edition eſt rapportée [par Gesner. Biblioth. fol. 98. 167. &c. Epit. Gesner. p. 87. 790. Poſſevin. Appar. Tom. II. p. 475. Labbe de Script. Eccleſ. Tom. II. p. 415. &c.] ſous le titre ſuivant. *THEOPHYLACTI Bulgariæ Archiepiſcopi in omnes D. PAULI Epiſtolas Enarrationes, Chriſtophoro PORSENA Romano interprete: excuſæ primò Romæ tempore Sixti, cui interpres id nuncupavit, anno* 1469. Si cette édition s'eſt faite ſous SIXTE IV. dont il s'agit ici, il faut qu'elle ſoit plus nouvelle aumoins de deux ans, car ſon Pontificat n'a commencé qu'en Aouſt 1471. Si elle eſt effectivement de 1469. & dediée à ce Pape, comme l'inſcription le porte, & comme tous les Auteurs en conviennent, il faut, que cette dedicace ſe ſoit faite, lors qu'il n'étoit encore que Cardinal, & que ces Auteurs ne lui donnent le titre de Pape que par anticipation, comme l'ayant en effet obtenu depuis. Quoiqu'il en ſoit, le titre eſt exactement tel, que je l'ai tranſcrit; & tous les Auteurs le rapportent ainſi, ſans s'objecter la moindre difficulté ſur l'anachroniſme, qui s'y trouve. Mr. Fabricius [Biblioth. Græc. Vol. VI. p. 288.] qui ajoute, que cette édition eſt in fol. en nomme mal le traducteur *Chriſtophorus Perſona.* Il eſt certain, que ſon vray nom eſt *Porſena*: & Elſius, qui l'a inſeré dans ſon Catalogue des Ecrivains de l'Ordre de St. Auguſtin, comme Religieux de cet Ordre, ne le nomme point autrement. Voyez ce qui eſt dit ſous 1496. Article *Athanas.*

BLASON de todas las insignias del universo.[1] fol. . . . . . . 1469.

Nicolai AUXIMANI Supplementum ad summam Pisanellam.[2] 4to. Venet. 1469.

I

Lactantius: per Conr. Sweynh. & Arn. Pann.[3] fol. Rom. 1470.

EUSEBII PRÆPARATIO EVANGELICA, Latinè, Georgio Trapezuntio interprete: *per Nicol. Jenson.*[4] fol. Venet. 1470.

D. Hieron. Epistol. 2 Vol. *per Conr. Sweyn. & Arn. Pann.*[5] fol. Romæ. 1470.

Eædem; 2 Volum. *per Petrum Schœffer.*[6] fol. Mogunt. 1470.

S. Au-

1 In libro [Le veritable Art du Blason par Cl. François Menestrier de la compagnie de Jesus. 8vo. à Lyon chez Benoist Coral. M. D C. LXXII. pag. 30.] leguntur hæc. „ ——— Gracia Dei Roy „ d'armes d'Espagne composa en rimes „ Espagnoles, qu'ils appellent *redondillas*, „ *Un Blason general de todas las insignias* „ *del Universo*. Et Argote de Molina dit „ de luy, *que cunque en alguno a certo, en* „ *las mas se vio lo poco que sabio.* Il est „ allegué par la plûpart de ceux, qui ont „ écrit des familles d'Espagne. Je ne l'ay „ point veu en original, & il est si rare, „ que quelques uns le tiennent pour suspect, parce que bien de gens l'ont „ cherché sans le pouvoir trouver: & on „ lui fait dire des choses, à quoi il n'a jamais pensé. Cependant on dit, qu'il a „ été imprimé *à Coria par maistre Barthelemy de Lille Flamand en l'an* 1469. „ Il estoit Heraut d'armes du roy Ferdinand le Catholique.

Ferdinandus Catholicus cœpit regnare 1474. Vide Chronolog. Reformat. Ricciol.

2 Valent. Ernest. Leschœrus recenset hunc librum teste Oleario & aliis.

3 Cum præfatione Jo. ANDR. ad Pontif. & versibus in fine, *Aspicis illustres* &c. In epistolâ Jo. ANDREÆ leguntur hæc verba: ——— *sumant studiosi per nostros ingenuos opifices Lactantium Firmianum semel ab iis iterumque impressum: nonnullis in locis veriorem.*

4 Cum hôc octasticho in editionis laudem.

Antonii Cornazani in laudem Artificis Carmen.

Artis hic & fidei splendet mirabile numen,
Quod famâ Autores, auget honore Deos.
Hoc Jenson Venetâ Nicolaus in Urbe Volumen
Prompsit, cui felix Gallica terra parens.
Scire placet tempus; Mauro Christophorus urbi
Dux erat: aqua animo Musa retecta suo est.
Quid magis Artificem peteret Dux Christus & autor.
Tres facit æternos ingeniosa manus.
M. CCCC. LXX.

5 Cum Epistol. Jo. ANDR. ad Pont. Max.

6 Habetur in S. VICTOR. Bibliothec. PARIS. in pergameno.

Epistolare beati Jeronimi cum introductorio per virum famatum in hâc Arte Petrum Schoiffer de Gernsheim.

In fine introductorii hoc distichon legitur;

Nunc memoris memor esto tui, Jeronime Sancte,
Ne pereas, Christo veniam pro crimine dante.

Et in fine Libri,

Jam decet, ut nostris concordent ultima primis.
Sit decus illi, qui dedit hoc opus iniciare;
Et qui finire dedit ipsum, sit decus illi.
Est decus Ecclesiæ pugilis tot scripta tenere:
Si quibus intendas, est decus Ecclesiæ.

S. Augustin. de Civit. Dei: *per Johannem & VINDELINUM de Spirâ, fratres* ' fol. Venet. 1470.

Idem de Eâdem: *per Conr. Sweynh. & Arn. Pann.* ' fol. Romæ. 1470.

S. CHRY-

*Igitur Sophronii Eusebii Jeronimi, Orthodoxi Ecclesiæ Christi propugnatoris clarissimi, liber Jeronimianus, aut, si mavis, quod & ipse velim, liber Epistolaris explicit; ut dignitas Jeronymiani egregio viro Joh. Andreæ permaneat, qui hoc ipsum zelo devotionis erga virum sanctum affectus tempore prisco vulgavit in orbem. Est autem præsens opus Arte impresseria feliciter consummatum per Petrum Schoiffer de Gernshem in civitate nobili Moguntinâ, cujus nobilitati vir beatus Jeronimus, * scribens ad Ageruntiam de Monogamiâ, testimonium perhibet sempiternum multis millibus incolarum ejusdem in Ecclesiâ pro fide Catholicâ sanguine proprio laureatis.*

Huic Laudatori reddit Moguntia vicem,
Tot sua scripta parans usibus Ecclesiæ.

Anno Domini M.CCCC.LXX. *die septimâ mensis Septembris, qua fuit vigilia Nativitatis Mariæ.*

Da gloriam Deo.

Hæc omnia, quæ præcedunt, rubricâ imprimuntur. Deinde adjiciuntur hæc manu scripta:

Extrait du Necrologue de l'Abbaye de St. Victor de Paris. 1471. 3. *Kalend. Novembris.*

Anniversarium honorabilium virorum Petri Schoeffer & Conrardi Henlif ac Johannis Fust civium de Moguntiâ impressorum librorum, nec non uxorum, filiorum, parentum, amicorum & benefactorum eorundem. Qui Petrus & Conrardus dederunt nobis Epistolas beati Hieronimi impressas in pergameno: excepta tamen summâ duodecim scutorum auri, quam præfati impressores receperunt per manus Domini Joannis Abbatis hujus Ecclesiæ.

De la Noüe Boüer Bibliothecquaire de St. Victor.

Caille, pag. 14. *Il en fut pareillement donné un Exemplaire en velin à la Bibliotheque de* St. Germain des Prez *par le Cardinal* Briffonnet *pour lors leur Abbé: & un autre aussi en* 1477. *aux* Celestins *de* Paris, *par* Arturus *de* Montauban *Archevêque de* Bourdeaux, *qui avoit été Religieux chez eux.*

Mentel. pag. 79. *Divi Hieronymi Epistol. Anno* 1470. *Moguntiæ impress. à Petro Schoeffero, Henlifio, & Joanne Fausti filio.*

1 In hujus editionis fine versus sequentes leguntur:

Qui docuit Venetos exscribi posse Johannes
Mense ferè trino centena volumina Plini,
Et totidem magni Ciceronis Spira Libellos;
Cœperat Aurelî, subitâ sed morte peremptus
Non potuit cœptum Venetis finire volumen.
Vindelinus adest ejusdem frater, & arte
Non minor; Adriacâque morabitur urbe,
1470.

Lector non offendetur versu brachycatalectico, de hujusmodi aliisque maculis, quas in illis Epigrammaticis ὀνογραφαῖς Poëtarum fudit incuria, aut Ars tum rudis parum cavit, à me jam præmonitus: ex his modò discat versibus, quot PLINII Historiæ & CICERON. Epistolarum exemplaria anno præcedente, & quàm brevì, excuderit JOHANNES SPIRA, quóque anno obierit; quódque frater VINDELINUS ei succedens AUGUSTIN. *de Civit.* volumen ab illo cœptum absolverit; & postea VENETIIS Artem cum laude non minore exercuerit.

2 In fine adduntur versus, *Aspicis illustres* &c. Hanc Editionem BERNARD DE MONTFAUCON in *Diar.* ITALIC. pag. 255. primam fuisse scribit, cùm tamen (pace viri clarissimi) hanc binæ præcesserint, ann. 1467. & 1468.

* *In Epistol. B. Hieron. ad Gerontiam viduam de Monogamiâ, hæc verba habentur:* MAGUNTIACUM nobilis quondam civitas capta atque subversa est, & in Ecclesiâ multa millia hominum trucidata.

S. CHRYSOSTOMI HOMIL. in Evang. S. IOHAN. Latinè, Francisc. Aretino interprete [1] fol. Romæ. 1470.

Beati LEONIS papæ Sermones : *per Conr. Sweynh & Arn. Pann.* [2] fol. Romæ. 1470.

THOMÆ Aquin. Catena in Evangelia quatuor ; Jo. Andreas episcopus Aleriensis recognovit ; duobus voluminibus : *per Conr. Sweynh. & Arn. Pann.* [3] fol. Romæ. 1470.

HISTORIA LONGOBARDICA : [4] fol. *per Conradum WINTERS de Homburch civem.* COLONIÆ. 1470.

Cicer. de Oratore : *per Christophorum VALDARFER Ratisponensem.* fol. Venet. 1470.

Cicer. Epistol. ad ATTIC. BRUT. & QUINT. *per Nicol. Jenson.* [5] fol. Venet. 1470.

Ejusd. Eædem : *per Conr. Sweynh. & Arnol. Pann.* [6] fol. Romæ. 1470.

Ejusd.

1 *Romæ, in St. Eusebii monasterio* M. CCCC. LXX. XXIX. *Octob.* Nomen Typographi non additur ; at conjicio forsan fuisse GEORGIUM LAVER, cujus (uti & cœnobii S. EUSEBII) mentio fiet anno 1472.

2 In fine hujus & sequentis Libri, *Aspicis illustres* &c. M. CCCC. LXX. *Caille*, pag. 26. memorat LEONIS I. *Pontif.* Romani *Opera in fol.* Coloniæ 1470.

3 *Impressum Romæ opus in domo Petri & Francisci de Maximis juxta campum Floræ præsidentibus magistris Conrado Sweynheym & Arnoldo Pannartz. Anno M. CCCC. LXX. die VII. Decembris.* Cum versibus, *Aspicis illustres* &c.

4 JACOBI DE VORAGINE *Legenda Sanctorum aurea*, quæ alio nomine dicitur *Historia Longobardica.* At vide Bunemanni notam ad ann. 1480.

5 Epistolæ suis titulis sive eorum, ad quos scribebantur, nominibus destituuntur. In fine hi leguntur versus :

Attice, nunc totus Venetâ diffunderis urbe,
Cùm quondam fuerit copia rara tui.
Gallicus hoc Jenson Nicolaus muneris orbi
Attulit ingenio Dædalicâque manu.
Christophorus Mauro plenus bonitate fideque
Dux erat. Auctorem, Lector, opúsque tenes.
M. CCCC. LXX.

6 Cum Epistolâ JOHAN. ANDREÆ Episc. *Aler.* ad PAUL. II. & ad finem sic subscribitur ;

Romæ, in domo Petri & Francisci de Maximis juxta campum Floræ, præsidentibus Magistris Conrado Sweynheim & Arnoldo Pannartz. M. CCCC. LXX. *s. d. n. dni Pauli II. Veneti Pont. Max. ann. VI. Urbe & Ecclesia florente.* Lectori non erit ingratum, quòd hic epistolam Jo. Andr. Aleriensis exscripsero. *Carthaginenses ad Romanos legati aliquando, pater beatissime Paule II. Venete Pont. Max. cùm à plerisque clarissimorum civium invitati eodem ubique argento acceptos esse se nôssent, dixisse feruntur ; verò concordissimam Romanos gentem esse, ubi proceres cuncti eodem uterentur argento. Par aliquid posteros de nobis dicturos reor, dum libros nostros tam multos ac varios veluti unâ & manu & horâ descriptos esse perspicient : totúmque tuæ tribuent virtuti immortali æternæque beatitudini; sub cujus auspicio & numine tantum præstantissimorum voluminum emissum tam parvo tempore mirâ suavitate lectitabunt. Ecce emisimus difficillimum epistolarum Ciceronis ad Atticum opus ; & multis in partibus, quòd notis secretioribus & inter paucissimos cognitis scripta sunt littera, non satìs intellectum : in paucitate præsertim exemplariorum ; quæ aut non sunt apud liberales eroganda, aut ab invidis communi hominum odio occultantur. Equidem hâc in parte præcipuè adjutus ab elegantissimo dignissimóque fratre tuo sancti Chrysogoni Cardinali Papiens. tantum egi, quantum in re tanta difficultatis & tenebrarum*

rum

Ejusd. RHETORIC. & de INVENT. *per Nicol. Jenson.* [1] fol. Venet. 1470.

Plinii Natural. Histor. *per Conr. Sweynb. & Arn. Pan.* [2] fol. Romæ. 1470.

SAL-

rum potui. Neque fui idcirco segnior in juvandis pro virili studiosis: quod quidam dicuntur mihi (utinam falsò eorum causâ, quicunque sunt) epistolas meas tuo nomini numinique dicatas è fronte librorum detrahere. In quo quod ad me attinet, illis habeo mirificam gratiam; quòd tam benignè de laboribus meis judicant, ut, quantumvìs eos oderint, carere tamen non possint. Quod ad tuam celsitudinem pertinet, propterea ægre fero; quod, quibus temporibus tanta studiis fœlicitas sit exorta, se putant ex hominum memoriâ prorsus abolere. Si labor meus est nausea viris delicatissimis & solis Arabicis mercibus dignis, relinquant eos asperioribus ne dicam rusticis; in alieno libro importunè ingeniosi. Errores si sunt qui mihi inscribi debeant, multum per eos lucror; autoris nomine epistolâ oppressâ celato. Si gratiam mereor, hòc conatu nihil faciunt. Nam neque multi eorum sunt similes: & quisque naturâ nôsse cupit, ubi beneficio referre benivolentiam possit. Si tamen hoc quicquam est, sciant, quas relinquunt epistolas ab impressoribus cum eorum utilitate pluris venundari. Sed quisque nostro vivamus more. Prosim ego omnibus voluntate; illi & mihi tali quoque actione. Nec conscii sibi à me dictum de se putent: per me facillimè latebunt. Si se ipsi prodiderint, judicent viri boni, utri justiùs expostulârint. Verùm indecens est longiore epistolâ facundissimam Ciceronis impedire lectionem. Satìs sit mihi te, Pater Sanctissime, scire me superioribus diebus & familiares & ad Atticum Tullii epistolas ad pauperum commoditatem emisisse. Sis igitur ipse perpetuò fœlix: sitque sanctus Dei populus tuo moderamine diutissimè in hòc seculo fortunatus, in futuro tecum sinè fine beatissimus. Datum Romæ anno Dominici natalis. M. CCCC. LXX. Pontificatûs tui gloriosissimi anno VI. Epistolæ habent nomina eorum, ad quos scribuntur; & Græcæ dictiones inseruntur.

1 M. T. *Ciceronis ad Herennium Rhetoricorum novorum* Libri. M. T. *Ciceronis Rhetoricorum veterum libri.*

Emendata manu sunt exemplaria doctâ
Omniboni; quem dat utraque Lingua patrem.
Hæc eadem Jenson Venetâ Nicolaus in urbe
Formavit, Mauro sub duce Christoforo.
M. CCCC. LXX.

2 *Sub Romano Pont. Max. Paul. II. Veneto, impress. Romæ in domo Petri & Francisci de Maximis juxta campum Floræ, præsidentibus Magistris Conrado Sweynheim & Arnoldo Pannartz. Anno Dominici natalis* M. CCCC. LXX. *Pontificatûs ejus felicissimi ac placidissimi* VI. *Johannis Andreæ episcopi Aleriensis ad pontificem summum Paulum Venetum epistola. Properatio omnis jure reprehendi solet, pater beatissime Paule secunde Venete pontifex maxime, iis in operibus, quæ vix satis maturari queunt. Quod ipse cùm multis aliis in rebus sim expertus, in Plinianâ tamen recognitione potissimum: quæ ejusmodi quidem est, ut semper incipi posse, nunquam dignè absolvi ac pro auctoris merito videatur.* &c. *Mirificè juvit conatus meos vir summæ eruditionis ac sapientiæ Theodorus meus Gaza: atque ita quidem ut absque illo neque ego nec (penè dixerim) mundus hoc munus fuerit impleturus* &c. *Juvare potest multis in locis hanc partem.* [scil. historiam] *divini vir ingenii & facundiæ compositissimæ prædecessor tuus Pius pontifex maximus Æneas Senensis nomine: qui recto more pontificum apud Romanos gentiles adhuc maximorum (quod soli maximos annales scriptitabant) historicâ dignitate plurima scripsit elegantissimè simul atque doctissimè.* &c. *Sed age, quid in omnibus hominum inventis tanti unquam fuit, ut cum impressorum nostrorum librariâ arte dignè conferri, & anteferri queat? Quam gloriam æternus Deus tuæ potissimùm fœlicitati tribuit; quod alio quoque loco scripsisse me memini; ut te pontifice maximo id Romæ splendoris & utilitatis advexerit; unde ingenia monumentáque sapientum nullâ unquam sint mundi senectute peritura; unde futura omnis ætas sit incredibiliter sese litterarum genere omni excultura. Quæ industria si fuisset apud veteres, profectò & Plinii nostri*

SALLUST. bellum Catilin. & Jugurth. *per Vindelin Spir.* [1] fol. Venet. 1470.
Ejusd. Eadem. [2] fol. . . . . 1470.
Tit. Livii Histor. *per Vindelin. Spir.* [3] fol. Venet. 1470.
IUSTINI Epitom. Trogi : *per Nicol. Jenson.* [4] fol. Venet. 1470.
SUETON. TRANQUILL. de XII. CÆSARIBUS : *per Conr. Sweynh. & Arn. Pann.* [5] fol. Romæ. 1470.
Idem.

nostri excellentissima alia monumenta, & cæterorum cœlestium hominum nostrâ ætate non desiderarentur. Equidem, pater beatissime, Plinianam recognitionem amplissimo domino meo temporali Galiazfortiæ vicecomiti duci Mediolani inclytissimo statueram tuâ favente majestate delegare. Sed existimavi aliquid me posse addere huic præstantissimo operi; quod sit deinceps illi principi plus præbiturum voluptatis: quare in proximam additionem recognitionémque hoc illi munus reservavi. &c. *Romæ, pontificatûs tui fœlicissimi anno sexto. Hereneus Lugdunensis episcopus, item Justinus ex philosopho martyr, item cum divo Hieronymo Eusebius Cæsariensis, seriò posteritatem adjurârunt, ut eorum descripturi opera conferrent diligenter exemplaria, & solerti studio emendarent. Idem ego tum in cæteris libris omnibus tum maximè in Plinio ut fiat, vehementer obsecro, obtestor, atque adjuro; ne ad priora menda & tenebras inextricabiles tanti sudoris opus relabatur: instauratum aliquantulùm sub Romano pontifice maximo Paulo secundo Veneto.* Hanc Johannis Aleriensis epistolam & adjurationem transcripsit in suam Plinianam ann. M. CCCC. LXXII. editionem Nicolaus Jenson Gallicus.

1 In fine habetur numerus exemplarium impressorum

M. CCCC. LXX.

Quadringenta dedit formata volumina Crispi
Nunc, Lector, Venetis Spirea Vindelinus.
Et calamo libros audes spectare notatos,
Ære magis quando littera ducta nitet.

2 Hæc Editio nec Locum neque Typographum habet; sed Annum solum in fine M. CCCC. LXX.

3 In hâc Editione denuo excuditur Episcopi *Aleriensis* Epistola, utì priùs in Editione *Romanâ*. In fine adduntur versus quadraginta sex, cum Aposstrophe ad LIVIUM; ex quibus paucos tantùm exscribam:

Proderat haud multum, Livi, abs te scripta fuisse
Maxima si Roma facta pari eloquio
Quod seu desidiis alio seu crimine quovis
Sive & temporibus cuncta fere occiderant.
Quaque superfuerant opera hac tam rara videri.
Ut pene ipsorum copia nulla fores. &c.
Et Vindelino debebis tu quoque formis
Egregiè impressit has modò qui Decadas.
Atque ipsas iisdem sævis velut hostibus acri
Bello oppugnatas fortiter eripuit.
Hac etenim studiis non tantum Romulidumve
Historiis opera quam tibi consuluit.

Et postea

Adde, quod & perpulchra effinxit & optima, cunctis,
Hoc etiam, ut placeant hac monumenta tua.
Atque tot impressit, totum his jam possit in orbem
Diffundi atque avum nomen in omne tuum.

M. CCCC. LXX.

4 In cujus fine hæc:

Historias veteres peregrináque gesta revolvo
Justinus: lege me; sum Trogus ipse brevis.
Me Gallus Venetâ Jenson Nicolaus in urbe
Formavit, Mauro principe Christophoro.

M. CCCC. LXX.

5 Huic Editioni subscribuntur versus,

Aspicis illustres, Lector &c.

Præfigitur Episcopi *Aleriensis* ad PAUL. II. *Venet.* Epistola, in quâ se ait recognovisse eo tempore QUINTILIANUM. Quem aliquando ante ann. 1472. à CONR. SWEYNH. & ARNOLD. PANN. impressum fuisse constat ex Catalogo Librorum ab illis excusorum suprà sæpius memorato.

Idem [1] fol. Romae. 1470.

Virgilii Bucol. Georg. Æneid. *per Vindelin. Spir.* [2] fol. Venet. 1470.

Terentii Comœdiæ: *per Antonium ZAROTUM impendio Johannis LEGNANI* [3] fol. Mediolani. 1470.

Prisciani Opera. [4] fol. . . . . . . 1470.

Leon. Aretin. de Bello Italico adversus Gothos: *per EMILIANUM de ORFINIS Fulginatem & JOHANNEM NUMEISTER Theutonicum ejúsque socios.* [5] fol. Fulginei. 1470.

Cicer. Epistol. ad Familiar. *per Emilian. Fulginatem & Joan. Numeister.* [6] fol. . . . .

Cicer.

1 Ad finem leguntur hæc:

Absolutus Roma in pineâ regione viâ Papa. Anno M. CCCC. LXX. *Sextili mense. Paul. Venet.* II. *Ann.* VI.

Typographus procul dubio fuit Udalricus Han; quia eo semper utebatur Campanus, cujus ad Franciscum Piccolomineum Cardinal. *Senens.* Epistola huic editioni præmittitur.

2 In fine sic:

M. CCCC. LXX.

Progenitus Spirâ formis monumenta Maronis
Hac Vindelinus scripsit apud Venetos.
Laudent ergo alii Polycletos, Parrhasiósve,
Et quosvis alios id genus artifices.
Ingenuas quisquis Musarum diligit artes,
In primis illum laudibus afficiet.
Nec verò tantùm quia multa volumina, quantùm
Quòd perpulchra simul optimáque exhibeat.

3 In fine sic

Hoc opus quàm diligentissimè recognitum Johannes Legnanus imprimi curavit Mediolani operâ & impendio suo per Antonium Zarotum. M. CCCC. LXX. XIII. *Martii.*

4 Hæc Editio nec Locum nec Typographum prodit; sed tantum *Ann. Dom.* M. CCCC. LXX. Nitida est & venusta. Eandem editionem vidi sinè anni notatione.

Fabric. in *Biblioth. Lat.* 1712. p. 276. memorat *Libros tres de Vetulâ* (genuinis Ovidii Scriptis ridiculè annumeratos) Hexametris versibus descriptos cum præfatione Leonis (Protonotarii sacri Palatii Byzantini sub Vatachio Principe) Coloniæ 1470. Et in Supplement. pag. 211. *Martialis ex edit. Georg. Merulæ Alex. Venet.* 1470. fol. Idem forsan, cujus mox fiet mentio.

5 *Emilianus de Orfinis Fulginas, & Joannes Numeister Theutonicus, ejúsque socii impresserunt in domo ejusdem Emiliani Fulginei, anno millesimo quadringentesimo septuagesimo.* Menagian. Tom. 2. pag. 101.
„ Leonard Aretin trouva un manuscrit „ Grec de Procope *de bello Gothico.* Il le „ traduisit en Latin, & fit passer cet ou„ vrage, comme s'il eût été de lui. Mais „ depuis on trouva d'autres MSS. du mê„ me ouvrage de Procope, & la super„ cherie de Leonard Aretin fût decouver„ te [*lege Fabric. Bibl. Gr. Vol.* 6. *pag.* 250. 251.] „ Machiavel se prit plus adroi„ tement dans une semblable affaire. Un „ MS. des Apoththegmes des anciens de „ Plutarque luy étant tombé entre les „ mains, il en prit ce qui luy plut davan„ tage &c. & il entreprit le vie de Castru„ cio Castracani, & la il mit dans la bou„ che de son heros la plupart des bonnes „ choses, que Plutarque rapporte des an„ ciens. Lege Bayl. Diction. pag. 300.

In editione prædictâ dubito, annon vox *Fulginei* indicet *patriam* typographi potiùs quàm editionis *locum.* Nam, nisi fallor, loci nomen est *Fulginium.*

6 Absque anni notâ; sed ad calcem Libri hæc leguntur.

Emilianus auctor Fulginas: & fratres una
Ingenio prestante viri. Numeister & Auctor
Johannes Almanus recte qui plura peregit.
Tulli ducenta nuper pressere volumina recte,
Qua viserat probus Episcopus Aleriensis:
Fulginei acta vides & Laribus Emiliani.

En.

Cicer. Epistol. ad Familiar. [1] fol. . . . . . 1470.
Cicer. ORATIONES PHILIPPICÆ. *per Udalr. Gall.* [2] fol. Romæ. . . . .
Ejusd. de NATURA DEORUM libri tres; de DIVINATIONE duo; de FATO; de LEGIBUS tres; & ACADEM. Lib. 2. sive LUCULLUS; & Modestus [cujus tamen nomen non exprimitur] de disciplinâ militari: *per Vindelin. Spir.* [3] fol. Venet. . . . .
QUINTILIANI INSTITUTIONES: *per Conr. Sweynh. & Arn. Pann.* [4] fol. Romæ. . . . .
BESSARIONIS Cardinalis Sabini Nicæn. Patriarch. Constantinop. Libri quinque, & Liber de naturâ & arte adversùs Georgium Trapezuntium Cretensem calumniatorem Platonis ~~Liber~~: *per Conr. Sweynh. & Arn. Pann.* [5] fol. Romæ. . . . .
MARTIALIS Epigrammata cum libro de Spectaculis: *per Vindelin. Spir.* [6] 4to. Venet. . . . .

Tit.

En tibi, Lector, informem crassissimæ Minervæ fœtum!

1 Absque Typographo & Loco.

2 Absque Anno: cum præfatione CAMPANI ad *Senensem*; & his versibus in fine Libri;

Anser Tarpeii &c. *Conspreperes* &c.
Uldricus Gallus &c. *Edocuit* &c.
Imprimit ille die, quantum non scribitur anno:
Ingenio, haud noceas, omnia vincit homo.

3 Cum hôc Epigrammate:

Raphael Jovenzonius Ister
P. Aluisio Donato patritio Veneto S. S.

Spira, tuum nomen toto celebrabitur orbe,
Qua Vindelini diceris esse parens
Ordine qui tanto Ciceronis opuscula magni
Imprimit, ut fabrum Palladis esse putes.
Tu quoque Donata stirpis Venetique Senatûs
Gloria Aluisi, tu quoque dicis idem.

In hujus libri initio *Marci Tullii Ciceronis Vita ex dictis Plutarchi breviter excerpta*; deinde sequuntur versus, *Oráque magnanimum* &c. & subjicitur A. D. M. CCCC. LXXI. Ad finem tertii libri de Naturâ Deorum leguntur corrupta hæc verba Græca, θεὸς χράτιν.

4 Cum Episc. *Alerienſ.* ad PAUL. II. Epistol. in cujus fine additur M. CCCC. LXX. Et ad Libri calcem versus: *Aspicis illustres, Lector* &c. Ante SUETONIUM lucem aspexisse QUINTILIANUM credo, quòd Episcopus *Aleriensis* in suâ ad PAUL. II. Epistolâ SUETONII editioni præfixâ scribat *Quintilianum his diebus à se recognitum Artifices nostros* (utì vocat SWEYNHEYM & PANNARTZ) *priùs publicâsse.*

5 Absque anni notatione; sed in fine leguntur versus: *Aspicis illustres, lector* &c.

6 Sinè anni indicio; *Georgio Alexandrino Correctore.* cum hôc Epigrammate:

Raphaël Jovenzonius Ister Vindelino Spirensi ob ejus incredibilem imprimendi solertiam. D. D.

* *Consummatissimus ille Martialis*
Impressum digitis Videlianis
Hic est: hic lepidus facetiarum
Princeps. & salis Attici Latinique.
Hunc hunc, Lector, amas, tibi futurum
Præclarum Comitem domi forisque:
Istri consilio tui poëta.

Ad calcem; *Georgius Alexandrinus Angelo Adriano Oratori regio Salutem. Legimus scriptores veteres in conquirendis bibliopolis atque librariis, quorum fide ac diligentiâ, quos emissuri essent, libri exscriberentur, non mediocrem curam habuisse. —— Quam diligentiam si posteriores servâssent, non adeò acceptus per manus error increvisset. ——*

In

* Versus procephalus.

Tit. Livii Historia; tribus voluminibus: *per Udalric. Gall.* [1] fol. Romæ. . . . .

Justini Epitome Trogi: *per Udalr. Gall.* [2] fol. Romæ. . . . .

Quint. Curtius: *per Vindelin. Spir.* [3] fol. Venet. . . . .

Servii Commentarii in Virgilium. *per Udalr. Gall.* [4] fol. Romæ. . . . .

Roderici Santii compendiosa Historia Hispanica: *per Udalric. Gall.* [5] 4to. Romæ. . . . .

Horatii Opera. [6] 4to. . . . . .

Plu-

In epigrammatis Martialis adeò frequens & multiplex vitium fuit, ut —— etsi non mediocri eruditione —— viri laborent, plurima tamen tum obscura tum ignota habeantur. Quod opus cùm nuper imprimendum foret, peterêntque nonnulli, ut —— id corrigerem —— diu equidem repugnavi —— sed —— suscepi onus quod recusare non poteram. —— facilitate nostrâ freti, quod per nos castigatum fuit, id ut publicè enarraremus, effecerunt. —— Legentes —— si depravatum quid fuerit, id mihi vitio non vertant, sed eorum indiligentiam accusent, qui artificio præpositi sunt.

Dominus de la Monnoye in epistolâ ad me datâ observat, Juveniconium à Gyraldo vocari, sed Raphaelem sequi Venetæ pronunciationis flexum.

1 In fine primi & tertii volumin. leguntur hi sex versus; *Anser Tarpeii* &c. *Ingenio.* &c. *Campanus* (quod nomen est doctissimi illius editoris, cujus epistola primi voluminis initio præfixa est.) *Campanus Cardinali Papiensi meo salutem. Tres T. Livii decades librariorum inscitiâ magnâ ex parte depravatas jussu tuo recepi emendandas. Horum ego depravationes multis fretus exemplaribus corrigere aggressus feci, quod tu jussisti, & feci quàm potui diligenter, ut huic nova miraque industria impressorum ipse quoque pro virili auxiliarer; idem facturus in cæteris, quò non modò non careant libris veterum nostri homines, aut emi multo oporteat, sed & magna sit futura copia, & aquè pauperi atque diviti comparari exiguo possint* &c. Hanc editionem ad ann. 1471. aut 1472. refert Fabricius in Bibl. Lat. lib. I. cap. 11. Consule ejus Bibliothecæ editiones 1712. & 1721.

2 Sinè anno; sed in fine, *Anser Tarpeii* &c.

3 Absque anno: sed in fine hæc leguntur:

Loquitur lector ad Vindelinum Spirensem Artificem, qui Q. C. reddit in lucem.
Vindeline, mea priùs hic rediturus in auras
Spiritus, & Corpus linquet inane meum:
Quàm tua nobilitas, virtus, atque inclyta fama
Pectore labatur, candide amice, meo.

4 Absque anno: cum his versibus in fine;

Anser Tarpeii &c.

5 Absque anno. In fine leguntur hæc;

De mandato R. P. D. Roderici † Episcopi Palentini auctoris hujus libri, ego Udalricus Gallus sinè calamo aut pennis eundem librum impressi.

In Libris quibusdam præcedentibus noluerunt Typographi certum impressionis annum definire. Tamen cùm eâdem silentii partinaciâ suum quoque nomen non celaverint, indè conjecturam duxi hôc circiter tempore, quo in Catalogo inseruntur, Libros illos imprimi potuisse.

6 Ad finem adduntur hi versus;

Hoc quicunque dedit Venusini carmen Horati,
Et studio formis correctum effinxit in istis,
Vivat; & æterno sic nomine sæcula vincat
Omnia; ceu nunquam numeris abolebitur auctor.

Eò magìs miror hìc omnes impressionis notas omnino sileri, Annum, Locum, imò

† PM. Hujus nomen erat *Rodericus Santius de Arevalo*, qui fuit episcopus Palentiæ & Zamoræ in Hispaniâ diversis temporibus. Idem est, cujus antea fit mentio, ann. 1468. *Roderici Zamorensis Speculum Vitæ humanæ.*

PLUTARCHI VITÆ Latine. [1] fol.
* GASPARINI Pergamensis EPISTOLARUM opus [2] 4to.
Luc. Ann. Flori Epitomæ de Tito Livio libri quatuor. [3] 4to.
Salluft. Conjurat. Catilin. & Bell. Jugurth. [4] 4to.

Guil.

imò & Typographum: quòd versibus fini appositis nec (ut eo tempore Poësis se plerumque habebat) incultis Typographi laudetur industria; ejúsque nomini, quod interim tacetur, optetur immortalitas. *Æternum nomen & silentium!* Quæ in terminis ipsis contradictio & pugna! Laudem certè meruit luculentus, quo Liber impressus est, character. Sed quò mihi excusa diligenter charta, si eadem (ut HORATII verba ipsa paulùm immutando imiter) *sileat*, quis *bene fecerit*; ipsiúsque Typographi *meritis* sua *invida obstet taciturnitas?* Si tamen in re tam studiosè celatâ conjecturæ sit locus; ZAROTUM fortè hujus impressionis parentem fuisse ex typorum cum aliis, quos excudit, Libris collatorum similitudine crederem. Id igitur mihi non ægre persuasit, ut hôc in loco Librum hunc, vagum licèt & quasi fœtum à parente finè ullis indiciis expositum, prolem tamen parenti neutiquam inficiandam, recenserem: quòd ANTONIUS ZAROTUS hôc anno MEDIOLANI excudere cœperit.

1 Hæ in lucem duobus Voluminibus prodierunt cum CAMPANI ad PICCOLOMINEUM Cardinalem Epistolâ: non nominato Anno, Loco aut Typographo. Cùm autem CAMPANUS UDALRICI GALLI prælo uti solitus sit, has in hunc locum non forsan incommodè rejici posse arbitratus sum. In CAMPANI, quam anteâ ex FAERNO dedi, notitiâ PLUTARCHI *Vitas* dispersas & à diversis indè Interpretibus *Latinas* factas eum collegisse observatum est.

* Hi decem sequentes Libri consuetis Typographiæ notis orbi, *Parisiis* tamen in *Sorbona* domo ab ULRICO GERING, MARTINO CRANTS, & MICHAELE FRIBURGER, annis circiter 1470. 1471. 1472. excusi fuerunt: quod satis firmat *Chevillerius* cap. 2. & 3. part. 1 *Origin. de l'Imprim. de* Paris.

2 *Per Johannem Lapidanum Sorbonensis Scholæ Priorem multis vigiliis ex corrupto integrum effectum, ingeniosâ Arte impressoriâ in lucem redactum.*

De hôc libro sic Bunemannus. Possideo has Epistolas cum eâdem (de quâ. Annal. Tom. I. p. 76.) epistolâ Ficheti ad Lapidanum: ubi nulla commata aparent, nec *æ*; nec adverbia accentum, nec ablativi pileum habent impositum. *Vitiis* ibidem pro more ejus temporis per *c* scribitur. Octastichum nullum in meo antiquissimo sanè & elegantissimo exemplari. Ita finit opus: *Finit Gasparini Pergamensis oratoris clarissimi suavissimarum epistolarum opus per Johannem Lapidanum Sorbonensis scole priorem multis vigiliis ex corrupto integrum effectum. ingeniosa arte impressoria in lucem redactum.* Signaturæ hìc non sub infimo paginæ versu, sed potiùs è regione dextrâ ultimæ versûs extremi vocis. E G. prima facies alterius folii ita finit ultimum versum:

—— *Veteris amici* [signature]

extrema operis signatura est — *florentissimum* [signature]

Forma est major in 4to. & singulæ signaturæ continent octo folia.

3 *Robertus Gaguinus Lucei Annei Flori lectoribus salutem optat.*

Quos nulla in terris concluserat ora, Quirites
Hac flori obstrictos parva tabella capit.
Et quaque eximia produxit Livius arte,
Bella, duces, pompas, rite coacta tenet.
Quo vere exemplo vobis sperate futurum,
Qui fama & quæstu fertis in astra gradum.
Post tumidos nisus, post sæva pericula sortis,
Ad manes raptos vos brevis urna teget.

4 Fabric. in Biblioth. Latin. edit. ann. 1712. p. 152. affert *Parisiensem Sallustii editionem* 1474. 4to. *quam in membranâ excusam memorat Chevillerius de origine Typographiæ Parisiensis p.* 36. At verò Chevillerius illum Sallustium inter libros finè temporis certi indicio ante ann. 1473. excusos

Guil. FICHETI Alnetani RHETORICORUM Libri tres. 4to.

EPISTOLÆ CYNICÆ; hoc est, Phalaridis Epistolæ a Franc. Aretino è Græco Latinè redditæ. Marci Bruti Epistolæ, cum Mithridatis ad eas rescripto, a † Raimitio in Latinum translatæ. Cratis Cynici Epistolæ Latinæ è Græcis factæ ab Athanasio Constantinopolitano Archiensi Abbate. 4to.

BESSARIONIS Cardin. EPISTOLÆ tres, ad Guil. Fichetum, ad Bessarionem monachum & abbatem. Ejusdem ORATIONES tres, ad Italos de periculis imminentibus, de discordiis sedandis & bello in Turcam decernendo, [1] persuasio ad Italiæ principes ex auctoritate Demosthenis in Oratione pro ferendâ ope Olynthiis adversùs Philippum Regem Macedonum. 4to.

Guill. Ficheti EPISTOLÆ: I. ad Bessarionem Cardinalem. II. ad Sixtum IV. Pontificem Max. III. ad Renatum Regem Siciliæ. IV. ad Joannem Rolinum Episc. Eduënsem & Cardinalem sub titulo S. Stephani in Celio monte. V. ad Guillelmum Quadrigarium Parisiens. Episcopum. 4to.

LAURENTII VALLÆ ELEGANTIARUM Linguæ Latinæ libri sex. Ejusdem tractatus de reciprocatione sui & suus. Ejusdem Liber in Errores Antonii Raudensis. Cum Præfatione Petri Pauli Senilis Regis Francorum Secretarii ad Joannem de *Lapide*, & gratulatoriâ Epistolâ Joannis de Lapide ad P. Paulum Senilem, de Laurentio Vallâ ab ipso recognito. fol.

IACOBI MAGNI Ord. Eremitar. S. Augustini SOPHOLOGIUM. [2] fol.

Roderici Zamorensis Episcopi Speculum humanæ vitæ in duos Libros divisum. [3] fol.

Re-

cusos ibi recenset. Ideóque Fabricius in Biblioth. Lat. edit. ann. 1721. p. 181. illum *Sallustium Parisiis in* 4to. *sine anni notâ* reponit.

† MON. *Raimitius*, *Ramutius*, *Rainutius*, *Ranutius*, *Ranutinus*, *Remicius*, *Rimitius*, *&* *Rhinuccinus* (*tot enim modis perversum ejus nomen occurrit*) *non alius est quàm Alamannus vel Alemannus Rinuccinus Florentinus*, *qui*, *præter Æsopi Fabulas*, *Latinè vertit Philostrati Apollonium*, *Hippocratis Epistolas*, *Bruti Epistolas*, *Plutarchi & Luciani nonnulla.*

1 *Chevill.* p. 37. *C'est* l'Olynthiaca I. *de* DEMOSTHENE, que BESSARION *traduit en* Latin *avec des petites notes qu'il fait*, *pour exciter les Princes Chrétiens à prendre les Armes contre le* Turc.

2 Cum hôc epigrammate *ad hujus operis conspectorem.*

Istuc clarorum contendunt dogmata patrum:
Doctos atque bonos ut faciant homines.
At quom non leviter possit percurrere quisquam
Auctores cunctos; multa neglecta manent.
Omnia doctorum quò ergo documenta legantur,
Hunc Jacobus Magni *condidit ecce Librum.*
Tu quoque si bonus esse velis sapiensque videri,
Quod manibus tractas, disce Sophologium.
Quicquid enim veterum tetigit præceptio digna
Mille voluminibus, clauditur hôc opere.

3 Hunc Librum Libris à GERING, CRANTZ

2

Reverendissimi Cardinalis Sancti Sixti expositio brevis & utilis super toto Psalterio: *impressa 4. Octobris per honorabilem virum magistrum Udalricum Gallum de Bienna anno domini millesimo quadringentesimo. Laus Deo.* fol°. Romæ. 1470.

Mămotrectus sive primicereus: *arte imprimendi seu caracterizandi per me HELIIAM HELIJE alias de Llouffen canonicum ecclesie ville Veronensis in pago Ergowie site absque calami exaratione vigilia sancti Martini episcopi sub anno mellesimo quadringentesimo septuagesimo. Deo laus & gloria per infinita secula seculorum. Amen.* [Hujus editionis character est admodum singularis, largus Gothicus, compendiosissimus & lectu non facilis.] fol°. 1470.

Mămotractus [sic mirè variat hujus vocis scriptio:] *arte imprimendi seu caracterizandi absque calami exaracione sic effigiatus, & ad eusebiam Dei industrie per Petrum Schoiffer de gernshem in civitate Maguntina feliciter cōsūmatus; in vigilia Martini, anno dnicæ incarnationis. M. CCCC. LXX.* * fol. Mogunt. 1470.

Bar-

CRANTZ & FRIBURGER impressis annumerat *Chevillerius* p. 36. cujus tamen verba (pag. 49, 50.) de hôc Libro adjicere supervacaneum non duco. „ Mr. „ NAUDÉ [pag. 139. Edit. 1713.] dit „ que ces *Allemands* se logerênt au Soleil „ d'Or rue *St. Jaques*, & mirent premie- „ rement soubs leur presse le *Speculum vitæ* „ *humanæ* RODERICI Zamorensis *Epis-* „ *copi*, qu'ils dedierent à LOUÏS XI. „ comme un premier & asseuré temoigna- „ ge de leur industrie, sans toutesfois y „ mettre aucune marque, qui pût dénoter „ le temps & l'année de cette impression. „ Mais néantmoins nous pouvons assez „ probablement conjecturer, que ce fût „ pour le plus tard environ l'an 1470. par- „ ce que *&c.*] J'aurois bien voulu voir „ cette Epître dédicatoire à LOUÏS XI. „ Il faut qu'elle n'ait été mise qu'à l'Ex- „ emplaire qu'ils présenterent au Roy, & „ qui ne se trouve plus. Elle n'est point „ dans les deux, que j'ay vûs, dans celui „ qui est en *Sorbonne*, ni dans celui qui est „ aux *Celestins* de *Paris*. J'accorderois vo- „ lontiers, que le *Zamorensis* fut imprimé „ le premier, n'étoit que le caractere me „ paroit avoir déja beaucoup servi, & bien „ plus usé qu'aux Epîtres de GASPARIN. „ Quant à ce qu'il dit que cette impression „ fut faite dans la rue St. *Jaques* au *Soleil* „ *d'Or* —— Il n'avoit point vû les Li- „ vres qu'on gardoit en *Sorbonne* &c. Et „ parce qu'il avoit vû quelques unes de „ leurs anciennes Impressions —— qui „ avoient été faites dans la rue St. *Jaques* „ au *Soleil d'Or* &c.

* Beugh. p. 160. Orland. p. 369. Jo. Albert. Fabric. Biblioth. Latin. 1722. p. 739. 675.] „ Mammotractus, aliàs Mammotrectus, rectissimè Mamotrepton [Præf. „ *quia morem gerit talis decursus pædagogi,* „ *qui gressus dirigit parvulorum, Mammotrectus poterit appellari.* Quasi μαμμόθρεπτος, confer Miscellanea Lipsiensia. „ Tom. VII p. 46.] id est, Dictionarium „ vocabulorum in Bibliis repertorum. Item „ tractatus de mensibus Hebræorum, Fes- „ tivitatibus legalibus, vestibus sacerdota- „ libus, Divinationibus, nominibus Dei „ apud Hebræos, interpretibus sacræ Scrip- „ turæ, ejusdem divisione &c. Porrò „ Dictionarium vocabulorum difficiliorum „ in Antiphonis, & Responsoriis per an- „ num totum: item in hymnis, sermo- „ nibus Doctorum, Legendis Sancto- „ rum, & declaratione Regulæ Minorum. [P. M.] L'auteur du livre intitulé *Mammotrectus* ou bien *Mammotreptus* est un Franciscain Italien nommé *Marchesinus. Konigii* *Biblioth.*

Bartholom. de Proprietat. Rerum : *per JOANNEM KOELHOLFF de Lubeck Colonia civem.* fol°. Colon. 1470.

Quintiliani Institutiones : *apud Udalr. Gallum.* [1] fol. Rom. 1470.

Lucii Annei SENECE Epistole : *impresse Parisius anno Domini M. CCCC. LXX.* 4to. Paris. 1470.

Sermones Oratii [sic pro *Horatii*,] Gothico charactere. fol. 1470.

JUVENALIS Satyræ ; Romano caractere. fol. . . . . 1470.

IL PETRARCHA : *apud Vindelin.* [2] fol. . Venet. 1470.

Rubricæ Juris ; sive Bartol. super 1. part. Cod. *per Vendelin.* [3] fol. Venet. . . . .

Liber, qui dicitur Supplementum ; Summa Pisanella. *per Vendelin.* [4] fol. Venet. . . . .

STRABONIS Geographia Latiné. *per Sweynh. & Pann.* [5] fol. Rom. . . . .

Johan. SCOT. in quartum librum sententiarum Petri LONGOBAR-

Biblioth. p. 500. Sixte de Sienne, dans sa *Bibliotheca Sancta*, au mot *Mammotreptus*, raporte d'après cet auteur la raison, qui l'a porté à donner ce titre à son ouvrage.

1 Lege Epistolarem de antiquis Quintiliani editionibus dissertationem.

2 *Quæ fuerant multis quondam confusa tenebris*
Petrarca Laura metra sacrata sua,
Christophori & fervens pariter Cyllenia cura
Transcripsit nitido lucidiora die.
Utque superveniens nequeat consumere tempus,
En Vindelinus area plura dedit.
FINIS. M CCCC LXX.

Videtur ergo (nisi fallor) præcessisse editio per *Christophorum* (Valdarfer) accurante Bernardino *Cyllenio* Veronensi ; qui (idem, ut puto) edidit notas in Tibullum anno 1475.

Hi, qui proxime sequuntur, libri, anni notâ destituti, ad hoc circiter tempus mihi videntur referendi.

3 *Sic finitur prima pars lec. dñi Bartol. de Sax. sup. C. 2 C.*

Impressum formis justóque nitere coruscans
Hoc Vindelinus condidit artis opus.

4 *Juris habent latè hac decerpta volumina Sacri*
Pisai artificis nomina parta sui.
Quæque illis desunt, alter novus addidit auctor ;
Semine, quo caruit, accumulavit agrum.
Vendelinus opus pressit Spireus utrunque :
Labe repurgatum (crede) volumen emis.
Impressum est Sixto sacrorum antistite 4°.
Et Veneto Troni principis imperio.

Hic liber non prodiit impressus ante annum 1471. quo scilicet Sixtus IV. iniit pontificatum Romæ, & Nicolaus Throno ducatum Venetiis.

5 *Io. An. Ep. Alerieñ. ad Paulum II. Venetum epistola. —— Demandata provincia est Jacobo Angelo Florentino ab Alexandro V. transferendi in Latinum Ptolemei ; à Nicolao V. prædecessore haud dudum tuo, transferendi Strabonis, Guarino Veronensi & Gregorio Tifernati. Quorum ego sumptis in manibus exemplaribus ex Gregorii archetypis Asiam atque Africam describi feci : Guarini autem Europâ perlectâ, quæ in eâ multa deerant, fragmentis, ut puto, Græcorum illius exemplarium, amicorum ope, addi omnia procuravi. In quo Theodoro meo Gaza, Andronico, Lampo* [vulgò scribitur, Lappo] *Birago, Græcè Latinéque doctissimis viris, non exigua gratia est habenda.* &c. Ad calcem libri, *Index capitum* &c. & octo versus, *Aspicis illustres* &c. *Huic operi aptatam* &c. Hæc editio prodiit ante 1471. Jul. 25. quo obiit Paulus II. cui dedicata est.

BARDI: *apud Mich. Friburger, Mart. Crants, & Udalr. Gering.* [1] fol. Paris. . . . .

GEORGII Trapezuntii Rhetorica. [2] fol°. . . . .

Juvenalis Satyræ; & Flacci PERSII Volaterrani Satyræ: *apud Udalr. Gallum.* [3] 4to. Rom. . . . .

Cicer. Offic. Læl. Cat. Somn. Scipion. & Paradox. [4] fol. . . .

De-

1 *Si te nosse juvat, lector nunc officiose,*
Unde tibi tersa hac litera pressa venit;
Parisii manibus noscas hac ingeniosis
Conscripta & doctis ante relecta viris.
Hs etenim Michael, Martinus (Gente Alemani)
Atque Udalricus multiplicant studia.
Felices formas illorum jure vocabis,
Qua nitidis formant optima quaque libris.
Nec te pœniteat precium huic impendere dignum,
Quem docta impressit regia Parisius.

2 *Qua superat reliquas artes, est facta Georgi,*
Ars bene dicendi munere nostra tuo.
Correxit Venetâ rhetor Benedictus in urbe:
Hanc emat, orator qui bonus esse velit.
Si nescis, ubi sit venalis, quare Lemanum
Spiram, qui pretii codicis author erit.
Coradinus.

Nisi fallor, *Lemanum* ponitur pro *Alemanum*, & per *Spiram intelligitur Vindelinus de Spira Alemanus.* Coradinus est nomen poetæ, qui hoc scripsit epigramma. Hi versus recuduntur in editione Leonardi Pachel (anno 1493. Vide Annal. Typograph. tom. I. pag. 320.) ideóque ille rhetor Benedictus erat corrector in officinâ, non (uti scripseram in Annal. Ibid. pag. 291.) Leonardi Pachel, sed potiùs Vindelini Spirensis.

3 Ad calcem Juvenalis Satyrarum, subjiciuntur versus sex:

Anser Tarpeii custos Jovis, unde quod alis
Constreperes, Gallus decidit: ultor adest
Udalricus Gallus; ne quem poscantur in usum,
Edocuit pennis nil opus esse tuis.
Imprimit ille die, quantum non scribitur anno.
Ingenio haud noceas, omnia vincit homo.

Nisi pro *Udalricus* reponatur *Uldricus*, versus erit procephalus.

4 *Guillermus fichatus parisiensis theologus doctor Joanni Lapidano theologo professori. S. P. D.* —— *Nuper quom apud regem pro Gallorum principum concordiâ bellóque contra Turcas obeundo Bessarionis Nicani cardinalis jussu verba fecissem* —— *inciderant fortè fortunâ in manus meas opera multa Ciceronis, qua Turonem externi quidam librarii (quos dicimus) Impressores) advexerant. Eorum mihi lectio fuisset longè jucundissima, si correctissimus & capitibus distinctissimus liber quisque fuisset, quemadmodum Ciceronis* * *Orator, Valerius, & Laurentius operâ tuâ sunt impressi. Quibus distinctiones ista (capitula qua nos appellamus) & ad cognitionem & ad memoriam magnum sanè lumen recludunt, ut vel pueris eorum lectio sit aperta. Rogatum itaque te volo, ut Ciceronis officia (qua Parisienses librarii non longo pòst tempore sunt impressuri) priùs isto castigandi tuo distinguendíque labore reddantur meliora.* &c. *Primus nostra memoriâ licentia munus ex theologis in Germanos transtulisti.* &c. *Apud Turonem, adibus hospitis mei Radulfi toustani civis longè humanissimi, anno uno & septuagesimo quadringentesimo supra millesimum. Nonis Martiis. Citissimè scriptum.*

Joanni Lapidano Tetrastichon fichateum.
Ut puncti, casi, pateant libri Ciceronis,
Guillermi suasu sis, Lapidane, vigil.

Sic

* Ciceronis ergo Orator & Valerius Maximus Joannis Lapidani operâ in lucem prodierunt ante annum 1471. quo data est hæc epistola; quas editiones nondum vidi. De Laurentio Vallâ consule Annal. Typograph. tom. I. pag. 87.

3

Decretalium lib. VI. Bonifacii VIII.[1] fol°. Mogunt. 1470.
Leonis M. opera.[2] fol°. Colon. 1470.
Ruffini opera.[3] fol°. Rom. 1470.
Hostiensis Summa.[4] fol°. .... 1470.
Francisci de Retzia comestorium vitiorum.[5] Noriberg. 1470.
Historia Novi Orbis.[6] 8vo. .... 1470.
Hamartigeniæ finem. s. orationem Prudentii ad Deum publicavit *GINTHER ZAINER de Reutlingen.*[7] August. Vind. 1470.

Sic facili cursu cùm fruger tum decus esse
Tu poteris semper clara fichatea spes.

Jo. de Lapide sacris in literis Parisii licentiatus G. Fichato parisiensi theologo doctori S. P. D. ——— *Eas laudes, quibus ad emendanda & distinguenda Ciceronis officia me prosâ versibusque prosequeris, mutuatas à te fuisse profiteor, qui theologiam nedum philosophiam annos complures, illam quidem in his Sorbonensibus adibus, & hanc in stramineo vico Parisii docuisti; qui prioris Sorbonici, rectoris parisiensis, nunc regii, nunc apostolici legati munus & officium cumulatâ laude gessisti.* ——— *Non Ciceronis tantùm officia* ——— *pro viribus emendari rubrisque capitulatim sejungi, sed (ut amoris usuram tibi redderem) Lalium, Catonem, Sextúmque de republicâ (quod Somnium Scipionis dici solet) emendatos paritérque sejunctos tua tandem submitto trutina gravissimóque judicio. Atque ut brevì ferre totâ de re sententiam possis, summam quandam mearum partitionum (quam vulgò Tabulam dicunt) tanquam librorum omnium commentarium in operis vestibulo disposui, quam mox istis oculis aequissimis tuis judicibus subjicio. Vale, Ædibus Sorbona Parisii scriptum.*

Jo. Lapidani Tetrastichon ad Guillermum Fichatum.
Accipe distinctos, Guillerme, libros Ciceronis,
Si læsi pateant, criminis auther eris.
Sin fuerint frugi, major tibi quàm Lapidano
Gratia debetur, laus quoque major erit.

Sequitur deinde Tabula in Officia, & sedecim versus elegi *Jo. de Lapide ad cunctos virtutum amatores* in laudem Officiorum Ciceronis. Lælio etiam, Catoni, & Somnio, sua singulis seorsim tabula præponitur. Tabulæ istæ contentorum sive argumentorum atro colore excuduntur, quamvis in epistolâ prædictâ *Rubrarum* fiat mentio. Sed constat hujusmodi Tabulas tunc *Rubricas* nominari. Sic in Quintiliano Romæ apud Udalr. Gallum ann. 1470. edito aliisque libris usus illius vocis reperitur.

1 Bibl. Amerbach. p. 27

2 Bibl. Noriberg. Saubert. p. 118.

3 Labb. Nov. Biblioth. p. 340.

4 Saubertus, qui confirmat eam esse in Bibl. Noriberg., putat p. 117. esse editam Romæ.

5 Bibl. Noriberg. Saubert. p. 118.

6 In cat. 1. Bon. Vulcanii. p. 31. n. 113. Sed inquirendum amplius videtur.

7 Vid. Daum. Syllog. Poetar. Christian. Paullino Petrocorio præfix. XX. 4. Ex hôc libro discimus Gintherum Zainer ex Reutlingen jam a. 1470. impressisse. Vix dubito illum jam ante a. 1470. libros edidisse; sed non deprehendi annum adpositum. Quia pauciora de eo occurrunt, huc referam egregium testimonium ex *Rosweido Redivivo* i. e. *vindiciis vindiciarum Kempensium.* Colon. Agripp. 1649. in 12o. edit. p. 310. *In illustri bibliothecâ ampliss. reip. Augustana — in pluteo* 8. *librorum Theolog. Cod.* 32. *in fol. habentur libri IV. de imitatione Christi; & in calce illorum isthac verba: Viri egregii Thoma montis S. Agnetis in Trajecto regul. Canonici libri de imitatione Christi numero quatuor finiunt feliciter per GINTHERUM ZAINER ex Reutlingen progenitum litteris impressi ahenis. Quo anno Gintherus formis ac prelo suo Thomam Kempensem auctorem lib. de imit. Chr. subjecerit, pro more aut incuriâ illius saculi neglexit. Prafert tamen in fronte codex luculentum senii sui testimonium isthoc. (Iste liber emtus est à conventu Augustensi ord. fr. Carmelit. a. 1486.) Immo ex antiquiss. mortilogio MS. in-*

Mat-

mem-

Mattheoli Perusini tractatus de memoriâ augendâ.[1] 4to. . . . 1470.

4

[L] Aratoris Subdiaconi sacra poësis.[2] 8vo. Mediolan. 1470.
[L] Xisti S. Petri ad vincula Cardinal. tractatus de sanguine Christi.[3] 4to. . . . . 1470.
[S] Flavii Josephi historiographi opera omnia: *per Johannem SCHUSZLER civem Augustensem.*[4] fol. . . . . 1470.
[L. & Wittian. Catalog.] Illustrium Virorum epistolæ: *per Sweynheym & Pannartz.* fol. Romæ. 1470.
Rob. de Licio Liber de formatione hominis.[5] Noriberg. 1470.
Caii Plinii secundi Historiæ Naturalis Libri XXXVII: *apud Stephanum Corallum.*[6] fol. Parmæ 1470.
[S] Cicer. Offic. Paradox. Senect. Amic. Somn. *per Vindelin.*[7] fol. Venet. 1470.
[S] Antonii Cornazani Placentini vatis poëmata, partim Italicè, partim Latinè scripta. 4to. . . . . 1470.
Platin. de naturâ rerum; obsoniis; honestâ voluptate & valetudine lib. X. ad B. Roverellam Sancti Clementis Presbyterum Cardinalem: *apud Gherardum de Flandriâ*[8] 4to. Viennæ Austriacæ. 1470.

De

membranâ canonicorum Regular. Ord. S. Augustini ad S. crucem Augustæ Vindelicorum (ubi perpetuum anniversarium sibi instituit Sc. Zainerus) constat hunc Gintherum Zainer diem suum obiisse 14. Aprilis, Anno 1475. Adde p. 313.

1 Bibliothec. Amerbach. p. 45. Alii Libri afferuntur hôc anno impressi, de quibus possit meritò dubitari. Viz. Ex Cat. Jo. Birderii C. 3. *Francisci Philelphi Poemata* 4to. Sed plerique edit. Mediol. 1476. primam editionem vocant. Ex Bibl. Menarsian. p. 329. n. 2368. *Constant. Lascaris de octo partibus orationis, de constructione, nomine, pronomine secundùm omnem linguam & poeticum usum opusculum. Gr. Lat.* 4to. *Lovan.* Sed minimè dubito, quin hîc Catalogus erraverit. Vidi equidem de *Constantini Lascaris Byzantini de octo partibus Orationis librum primum; ejusdem de Constructione secundum; ejusdem de Nomine & Verbo tertium; ejusdem de Pronomine secundùm omnem linguam & poeticum usum opusculum: Gr. Lat.* Omnia hæc sinè anno impressionis *Lovanii apud Theodoricum Martinum.* 4to.

2 At in Catalog. Barberin. Biblioth. 1469.

3 At in Catalog. Barberin. *Sixt. IV. pap. tractatus de sanguine Christi, de futuris contingentibus, & Dei potentiâ.* 4to. 1473.

4 Cum his versibus:

Judaïcam guerram, gentes, urbem, sacra, terram,
Fine simul tristi pro sanguine perdita Christi,
Josephus iste meus peredidit auctor Hebræus.

5 Valent. Ernest. Lœscher. ex Gu. Cavii Hist. Liter. Scr. Eccl. P. I. p. 160. Append.

6 Vander Linden de Script. Medic. p. 104. Libri autem Parmæ impressi mihi innotuerunt nulli hôc anno: nec Coralli mentio occurrit ante annum 1473. Nescio itaque, an pro 1470 non reponendum sit 1476.

7 Cum hôc disticho:

E Spirâ nato Ciceronis opuscula quinque
Hac Vindelino formis impressa fuere.

8 Cremon. Litterat. Tom. I. p. 318. Vehementer autem suspicor, pro 1470 legendum esse 1480, sub quo anno hæc editio memoratur.

Pp 2

De Vetula libri tres. * Colon. 1470.

1

Biblia Latina; cum historiâ Aristeæ, Matthiâ Palmerio interprete: *per Conrad. Sweynheym, & Arnold. Pannartz* [1] fol. Romæ. 1471.

Biblia Italica, interprete Nicolao de Malermi: *typis Vindelini de Spirâ* [2] fol. Venetiis 1471.

Biblia Italica, eodem interprete [3] fol. . . . . 1471.

Cypriani Epistolæ: *per Conrad. Sweynheym & Arn. Pannartz.* [4] fol. Romæ. 1471.

Læ-

* Albert. Fabric. Biblioth. Lat. lib. I. cap. 15. *Nihil magis ridiculum, quàm* libros tres de Vetulâ *genuinis Ovidii scriptis annumerare, qui hexametris versibus descripti cum præfatione Leonis (Protonotarii Sacri Palatii Byzantini sub Vatachio Principe) prodiere Coloniæ* 1470. De hôc opere lege plura sub anno 1471.

1 Long, *Biblioth. Sacr.*] cum Epistol. Jo. Andr. ad Paul. II scriptâ 15. *Mart.* & in fine Libri, *Aspicis illustres* &c. Vide etiam Tenzel. in Monum. Unterrud. 1692. p. 696. & 697. Horum Bibliorum Volumen primum cum epistolâ Joannis Aleriensis anno 1471. datâ vidit amicus quidam meus in bibliothecâ Regis Hispaniæ Matriti.

2 Long, *Biblioth. Sacr.*] cum Nicolai de Malermi Epistolâ *Italicâ* ad Laurentium Theol. *Venet.* & hujus responsione *Latinâ*: & in fine Libri, *Ad laudem Dei & Virginis Mariæ impressum est hoc Volumen Venetiis* (typis Vindelini de Spirâ) *Anno salutiferæ incarnationis filii Dei* M. CCCC. LXXI. *Kalendis Augusti.*

Chevill. p. 78.] On lit à la fin: *Impresso fu questo Volume nel alma patria de* Venetia *ne gl'anni di la salutifera Incarnatione del Figluolo di l'Eterno & Omnipotente Dio.* 1471. *in Kalende de Augusto.* Elle est sortie des Presses de *Vendelin* de *Spire*, comme il paroitra à ceux qui liront les vers *Italiens*, que *Jerôme Squarzafica* a mis sur cette Edition.

Krantz. in Memorabil. bibliothecæ Elisab. Wratislau. 1699. 4to. p. 72. hæc scribit: *Biblia inspexi Italica duobus voluminibus sat magnis comprehensa Venetiis a.* 1471. *membranis purissimis impressa; quibus quidem majores literæ tituliique pro more ævi desunt: minutus tamen character adeò purus, adeò distinctus & elegans est, ut multos nostri temporis typos superare mihi videatur.*

3 Long, *Biblioth. Sacr.*] cum Prologo S. Hieronymi *Italicè* ex versione Nic. de Malermi. Absque Loci & Typographi nomine. M. CCCC. LXXI. *Kalendis Octobris.*

4 Cum versibus, *Aspicis illustres* &c. Cum epistolâ Alerieñ. ad Paul. II. Venet. —— *Hôc certe tempore sudanti satis mihi in immenso Nicolai de Lyra super Veteris & Novi Testamenti ad litteram glossemate; ab impressoribus nostris, qui Bibliæ libros informabant, repentè efflagitatus sum, ut, quoniam charta major illos defecerat, ne officina eorum vacarent, quod nunquam fit absque ingenti artis dispendio, aliquod minoris voluminis opus illis commodum expedirem* &c. *Converti me ad sublimis & animi & facundiæ virum divum Cyprianum Carthagineñ. epum. & ejus epistolas in manus sumpsi* &c. *Superioribus diebus cùm apud elegantissimi & in primis culti animi patrem Oliverium Carrafam tt. Sancti Eusebii cardinalem Neapolitanum aliquot conviva cœnaremus, multo de literis sermone habito visum est inter cætera præstantissimi ingenii viro, hinc quoque studiosis, morem geri, & vetusta quædam in autoribus verba, quæ partim pluribus ævi nostri, partim ferè omnibus inaudita sunt, ab iis, qui totam propè vitam in ejusmodi stadio consumpsissent, fieri planiora.* &c. *In præsenti epistolâ placuit veluti prægustationem exhibere.* &c. *In epistolâ secundâ ad Cornelium pontificem* Po-

Eædem: *per Vindelinum Spirensem.* [1] fol. Venetiis. 1471.

· PLUTARCHI APOPHTHEGMATA Laconica, Latinè; Francisco Philelpho interprete, cum ejus præfat. ad Nicol. V: *per Vindelinum.* [2] fol. Venetiis. 1471.

Ciceronis ORATIONES: *per Conrad. Sweynheym, & Arn. Pannar* [3] fol. Romæ. 1471.

Eædem: *per Christophorum Baldarfer Ratisponensem.* * fol. Venetiis. 1471.

Epistolæ Familiares: *per Nicolaum Jenson.* [4] fol. Venetiis. 1471.

Eædem. [5] fol. . . . . . . 1471.

Eædem. [5 6] fol. . . . . . . 1471.

De

Romanum, ingregari *pro* adunari. *III. & X. & XXVI. & LXI.* abstinere *pro* repellere. *IIII.* exambire *pro* ambitiosè contendere. *VI. & IX.* succedaneus *pro* successivus. *VI.* pransit *pro* pransus est. *VIII.* sportulantes *pro* accipiendis sportulis dandísque operam dantes. *XI.* alio *pro* alii. remissa *pro* remissio. *XII. XXI.* tingere *pro* baptizare. *XIII.* epulares cœnæ *id est* Saliares. *XIIII.* brutus *pro* insensatus. *&* autumna *neutro genere, id est,* autumni. *XV.* comestura *id est* ærugo &c.

1 Ad Calcem Libri hæc leguntur; *Loquitur Lector ad Vindelinum Spirensem, qui Cypriani Epistolas reddit in lucem.* M. CCCC. LXXI. Mira est profectò hæc subscriptio, in quâ videntur versus deesse, qui ad Q. CURTII ab eodem fine anno excusi calcem adjiciuntur. (Vide priùs.) *Johannes de la Caille*, [p. 28. *A Spire fut imprimé en. en* 1471. Epistolæ Cypriani in folio. *Ce Livre est fort rare & très-recherché*] eodem errore ducitur, quo alii quos notat *Chevillerius* pag. 61. *Ces paroles ont imposé à* Jean * Saubert, *qui a fait la Liste des anciennes Impressions, qu'on garde dans la Bibliotheque de* Nuremberg; † *à l'Auteur de l'Edition d'*Oxford *des Ouvrages de ce Saint*; *à Mr.* ‡ Beughem, *& à d'autres, qui ont crû; que* Vendelin *l'avoit imprimé dans la ville de* Spire.

2 In fine Libri, M. CCCC. LXXI.

Impressum formis, justóque nitore coruscans
Hoc Vindelinus condidit Artis opus.

3 Cum *Agrariis, Catilinariis, Verrinis, Philippicis.* ANDR. *Aleriens.* præfatur ad PAUL. II. —— *M. Tullii quot potuimus Orationes unum in corpus nupes congregavimus* —— In fine Libri, *Aspicis illustres* &c. M. CCCC. LXXI.

* *M. CCCC. LXXI. LODO. CARBO.* [Hoc nomen est correctoris; de quo lege paulo pòst, in Serv. ad Virgil.]

Germani ingenii quis non miretur acumen?
Quod vult, Germanus protinus efficiet.
Aspice, quàm mirâ libros impresserit arte;
Quàm subitò veterum tot monumenta dedit
Nomine Christophorus Valdarfer gentis alumnus;
Ratisponensis gloria magna soli.
Nunc ingens Ciceronis opus, causásque forenses,
Quas inter patres dixit & in populo,
Cernis, quàm recto, quàm emendato ordine struxit:
Nulla figura oculis gratior esse potest.
Hoc autem illustris Venetûm perfecit in urbe,
Præstanti Mauro sub duce Christophoro.
Accipite hunc librum, quibus est facundia cordi;
Qui te, Marce, colit, sponte disertus erit.

4 M. CCCC. LXXI. *à Nicolao Jenson Gallico viventibus nec non & posteris impressum.*

5 *Tullius ingenua præfulgens mente solebat*
Has Cicero claris mittere patritiis.
Marco respondent, multâ quos arte notârat:
Eloquium priscis summo in honore fuit.
M. CCCC. LXXI.

5. 6 Hæ duæ Editiones sunt à præcedente

* *Histor. Biblioth.* Noriberg. p. 119 Spiræ 1471. *Epistola* Cypriani.
† *Oxon.* 1682. Præfat. *Ad manum habui vetustissimas editiones:* Spirensem *anni* 1471. *innominatam, cui nec patria nec ætas affigitur.*
‡ *Incunab. Typogr.* pag. 51.

De FINIBUS: *sumptibus JOANNIS ex COLONIA Agrippinensi.* [1] fol. Venetiis. 1471.

Offic. Paradox. Amic. Seneɛt de NATURA DEORUM; DIVINAT. Tusculan. Quæst. de FINIB. FAT. PETITIONE CONSULAT. Pars LIBELLI de PHILOSOPHIA; TIMÆUS; ACADEMIC. de LEGIBUS: *per Conr. Sweynh. & Arn. Pann.* [2] fol. Romæ. 1471.

TRISMEGISTUS, Ficino interprete: *per GERARDUM de LISA* [3] 4to. TARVISII. 1471.

PHALARIDIS EPISTOLÆ, Francisco Arhetino interprete: *per eund.* [4] 4to. Tarvisii. 1471.

Caii PLINII secundi Novocomensis oratoris facundissimi EPISTOLARUM libri octo: [5] fol. . . . . 1471.

EPISTOLE de PHALARI traducte da Francisco Aretino di Greco in Latino, & di Latino in Vulgare da Bartolomeo Fontio Fiorentino. 4to. . . . . 1471.

BAPTISTA de ALBERTIS de AMORE. 4to. . . . . 1471.

Ejusd. de REMEDIO AMORIS. 4to. . . . . 1471.

HIS-

dente & à se invicem diversæ, absque Loci & Typographi nomine.

1 *Joanne ex Coloniâ Agrippinensi sumptum ministrante impressum.* M. CCCC. LXXI. *Christophoro Mauro duce.*

2 In fine, *Aspicis illustres* &c. M. CCCC. LXXI. XX. *Sept.*

3 In libri initio; *FRAN. RHOL. Tarvisanus*

GERAR. de LISA Scriptori
mei copiam fecit
ut ipse cæteris
majorem copiam
faceret.
Tarvisii.
M. CCCC. LXXI. *November.*

In fine, M. CCCC. LXX. *die* XVIII. *Decemb.*

4 Cum his versibus,

Qui modò notus erat nulli, positúsque latebat,
Nunc Phalaris *doctum protulit ecce caput.*
Flandria *quem genuit, primus namque are* Girardus
Tarvisii *hoc rarum* Lisa *notavit opus.*
M. CCCC. LXXI.
Tarvisii.

5 Sinè Loco & Typographo; sed in Editoris Epistolâ dedicatoriâ leguntur hæc; *Ludovicus Carbo Sal. Plu. dicit illustrissimo & Excellentissimo Principi Borsio, Duci Mutinæ ac Regii, Marchioni Æstensi, Comitique Rodigii. Gratulari licet sæculo nostro, Dive Borsi, Dux præstantissime; in quo certè optimarum Artium studia maximè florent; eloquentia & legitima illa eruditio suum tandem decus agnoscat; in pristinámque dignitatem restituta sit, adeò latè pateat Romana & Græca facundia, ut jam & Galli & Britanni bonos Oratores & Poëtas habere videantur: ad quam quidem rem commodissimum adjumentum præstiterunt nobilissima Germanorum ingenia, qui artificiosissimas imprimendorum Librorum formas excogitârunt, ut sapientissimorum Auctorum plurima simul eodem temporis momento Volumina in promptu essent; omnésque utilissimi Codices & in magnâ copiâ & in leviore sumtu parari possent. —— Imprimísque has Plinii secundi Junioris Epistolas operâ meâ emendatas correctásque impressoribus misi, ut quod rarissimum esse solebat, jam commune omnibus fieri incipiat* —— Mihi probabile videtur hunc librum excusum fuisse à Christophoro Valdarfer, in cujus typographêo Ludovicus Carbo correctoris munere fungebatur.

HISTORIETTA AMOROSA fra Lionora di Bardi e Hippolito Bondalmonte di Firenza.[1] 4to. . . . . 1471.

Cæsaris Commentarii: *per Nicolaum Jenson.*[2] fol. Venetiis. 1471.

Suetonius: *per Nicolaum Jenson.*[3] fol. Venetiis. 1471.

VALERIUS MAXIMUS: *Per Petrum Schoyffer.*[4] fol. Moguntiæ. 1471.

Idem: *per Vindelinum*[5] fol. Venetiis. 1471.

OVIDII Opera tribus Voluminibus; Metamorphoses, Heroides, Amatoria, Elegiæ, & Fasti: *per Conrad. Sweynheym, & Arnold. Pannartz.*[6] fol Romæ. 1471.

SILIUS ITALICUS; Studio Aleriens. Episcopi: *per Conr. Sweynheym & Arnol. Pannartz.*[7] fol. Romæ. 1471.

CALPHURNII BUCOLICUM. HESIODI OPERA & DIES carmine Latino per Nicolaum de Valle: *per eosdem.*[8] fol. Romæ. . .

Servii Commentarii in Virgilium: *per Christoph. Baldarfer Ratisponensem.*[9] fol. Venetiis. 1471.

ÆMI-

1 Sinè loco & Typographo.

2 *Nicolaus Jenson Gallicus Venetiis foeliciter impressit.* M. CCCC. LXXI.

3 Cum his versibus,

Hoc ego Nicoleos Gallus *cognomine* Jenson
Impressi: mira quis neget Artis opus?
At tibi dum legitur docili Suetonius *ore;*
Artificis nomen fac, rogo, Lector, ames.
M. CCCC. LXXI.

4 *Presens Valerii Maximi opus pclarissimū in nobili urbe Mogūtina Rheni terminatū anno M. CCCC. LXXViij. XViij. Kalendis Juliis per egregium Petrum Schoyffer de Gernshem artis impsserie mgrm feliciter ɔsūmatū.*

5 Cum versibus in fine iisdem, qui priùs, *Impressum formis* &c.

6 In JO. ANDR. Episcop. *Aleriens.* in *Cyrno* Epistol. ad PAUL. II. leguntur hæc —— *Metamorphoseos opus* —— *quanquam inemendatum* —— *omnibus illius prestat operibus* —— *id nos per ætatem præsentem quasi ludentes inter majora Ciceronis orationum opera recognovimus. Cætera ejus Poëtæ opera quantâ curâ possumus, congregamus; ut lenissimus Vates in duobus legi totus Voluminibus possit. Romæ quinto decimo Kal. Aug.* M. CCCC. LXXI. *Pontificatus tui septimo.*

Et in fine Libri, *Aspicis Illustres* &c.

Fasti nonnisi post annum 1473. prodierunt; uti observatur in Catalogo secundo; Vide Ovid. 1471.

7 *Die.* V. *April. Summo Pont.* PAULO II. *Veneto Ann. Pont.* VII. JO. AN. *Episc. Alerien. in insulâ Cyrno recognitionem absolvit diebus circiter* XV.

Cum versibus *Aspicis illustres* &c.

8 Sinè anni notâ, sed eodem fortè anno quo SILIUS, quia in Catalogo (de quo antea) recensentur sic; *Silii Italici cum C. Calphurnio & Hesiodo volumina.*

9 Cum his versibus;

In commune bonum mandâsti plurima formis,
Ratisponensis *gloria* Christophore.
Nunc etiam docti das Commentaria Servi,
In quibus exponit carmina Virgilii.
Divulgásque Librum, qui rarior esse solebat,
Ut parvo precio quisque parare queat.
Hunc emite, ô Juvenes; operâ Carbonis *ad unguem*
Correctus vestris serviet ingeniis.
M. CCCC. LXXI.

Hic (ut puto) est idem LUDOVICUS CARBO, de quo priùs; qui PLINII Epistolas curavit hôc anno excusas sinè Loci & Typographi nomine. Eas igitur conjicio à CHRISTOPHORI BALDARFER prælo exiisse.

Observatu dignum est hôc eodem anno ab hôc eodem typographo hos vulgatos fuisse

Æmilii Probi Vitæ: *per Nicolaum Jenson*, *VIII. Id. Martias.* fol. Venetiis. 1471.

Pomponius Mela. 4to. Mediolani. 1471.

Leonard. Aretin. de Bello Italico adversus Gothos: *per Nic. Jenson.* [1] fol. Venetiis. 1471.

Quintiliani Institutiones: *per Nicol. Jenson.* [2] fol. Venetiis. 1471.

Nonius Marcellus. fol. * . . . . 1471.

Laur. Vall. de Ling. Lat. elegantiâ, & de Ego, Mei, Tui & Sui ad Joan. Tortellium Aretinum: *per Nicol. Jenson.* [3] fol. Venetiis 1471.

Ioan. Tortelii Aretini Commentarii Grammatic. de Orthographiâ dictionum è Græcis tractarum: *per Nicol. Jenson*; fol. Venetiis. 1471.

Lectura.

fuisse Servii Commentarios cum diversis carminibus: quæ ex V. C. Josephi Smith exscripta hìc adjiciam.

Siquis in Italiâ bene pressa volumina quærit,
Nulla quibus toto corpore menda sedet;
Hoc opus inspiciat: sunt exemplaria quippe
Emendata tuâ, magne Guarine, manu.
Edidit ille mei genitus Baptista Guarini
In lucem nullo tempore visa prius.

Quæ pretio ingenti summisque laboribus empta
Christophorus potuit solus habere celer;
Sanguine Valdarfer, quem Ratispona creavit.
Inventoris opus lingua Latina probat.
M. CCCC. LXXI.

Hæc Commentariorum editio Venetiis prodiit, non Ratisbonæ (In utrâque urbe tamen prodiisse scribit Antonius Orlandi, p. 23. & 125.) *per Christophorum Valdarfer Ratisponensem.* Hinc in errorem inducti Johannes de la Caille p. 28. & ante illum Cornelius à Beughem p. 126. patriam typographi pro loco editionis sumpserunt. Idem Cornelius (& ex illo forsan Orlandi p. 125.) scribit p. 45. Ciceronis Orationes *Ambergæ* prodiisse anno 1471. Qui error natus est, quòd hæ ab *Adamo de Ambergau* anno 1472. excusæ sint.

Aliam horum editionem Antonius Orlandi p. 137. memorat:

Mauri Servii Honorati Grammatici in Virgilii Opera diligens Interpretatio: *per Andream Gallum.* fol. Ferrariæ. 1471.

1 In fine hi versus;

Gallicus hunc Librum impressit Nicolaus Jenson;
Artifici grates; optime Lector, habe.
M. CCCC. LXXI.

2 *Quintilianum eloquentiæ fontem ab eruditissimo Omnibono Leoniceno emendatum M. Nicolaus Jenson Gallicus viventibus posterísque miro impressit artificio: anno* M. CCCC. LXXI. *Maii die* XXI. *Deo gratias.* Omnibon. *Leonicenus* in suâ ad Moysen de Buffarelis Episcopum *Belumnensem* Epistolâ sic conqueritur — *qui tertio antè Anno Librum ipsum auditoribus nostris exponere aggressus, ita vitiatum repereram* — Videtur forsan innuere aliquam editionem quæ præcesserat; nescio an eam, quæ ex officinâ Sweynh. & Pann. Anno superiore prodierat.× In hâc Quintiliani editione cap. 6. lib. 6. ad paginæ finem admissus est error unius integræ lineæ omissæ×[Præcipiam igitur, ne, *quod effici non potest*, *aggrediamur*;×× *vitemus & communia.*] Bunemannus ex Bibliothec. Noriberg. Saubert. p. 119. affert Quintilianum Parisiis 1471 excusum: quem sanè puto non esse diversum ab hôc, qui Venetiis prodiit à Nicolao Jenson. Error autem hinc ortus est, quòd typographus *Gallicus* hunc librum *Parisiis* impressisse crederetur.

* Ad calcem; Finito Libro Laus et Gloria Christo. M. CCCC. LXXI.

3 *Per me M. Nicolaum Jenson Venetiis opus feliciter impressum est.* M.CCCC. LXXI.

× cette note est une erreur: la ligne se trouve à la page (?) la phrase est précédée de différentes manières dans les mss; elle a exercé la sagacité des commentateurs. Dans l'édition de 1471, il n'y a pas omission mais transposition, la seconde ligne précède la première.

×× ut contraria (corrigit Maittaire qui a ainsi commis deux erreurs).

Lectura DOMINICI de Sancto Gemino super secundâ parte Decretalium : *per Adam ROT.* [1] fol. . . . . . 1471.

DECRETUM GRATIANI: *per Henricum EGGESTEIN* [2] fol. ARGENTINÆ. 1471.

BARTHOLI de Saxo ferrato LECTURA in 2m Justiniani Codicis partem : *per Sixtum RIESSINGER* [3] fol. NEAPOLI. 1471.

Ejusd. Lectura in tres Libros reliquos Codicis, *per eundem* [4] fol. . .

Barthol. Commentar. Jurid. *per Vindelin.* [5] fol. . . . . 1471.

AUCTORITATES Decretorum, per Johannem Caldrini. *PETRUS de OLPE.* [6] fol. Coloniæ Agrippinæ. 1471.

Beati Pauli Horosii presbiteri historiographi discipuli Sti. Augustini in Xpiani nois querulos libri septem [NB. *titulus hic eodem modo exprimitur, quo excusus est :* Germano-Gothico charactere:] *per Johannem Schuszler florentissimæ urbis Augustæ concivem impressi, anno à partu virginis Mariæ salutifero M°. quadringentesimo & septuagesimo primo; circiter Junii nonas septimas.* [7] fol. August. 1471.

Roderici Zamorensis Speculum vitæ humanæ : *per Guntherum Zeiner de Reutlingâ.* [8] fol. Aug. Vindel. 1471.

Z

Biblia Vulgata : *anno millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, per ANTONIUM COBURGER.* fol. *in regiâ civitate* NURNBERGENSI. 1471.

Lactan-

1 MENTEL. *Paranes. de Ver. Typogr. Orig.* pag. 73. *nullâ calami exaratione, sed quâdam artificiosâ characterisandi & imprimendi inventione completa feliciter & operata per magistrum* Adam Rot, *Clericum* Metens. *Diœces. Anno Domini* M. CCCC. LXXI. *Die verò Lunæ ultimâ* Decembris.

2 *Caille*, pag. 19. le commencement & la fin sont en rouge & noir, & d'une grandeur extraordinaire plus que *Charta magna.* Bunemannus scribit extare in Bibliothec. Monaster. S. Mauric. & Simeon. Mind. *Gratiani Decretum unà cum apparatu Barthol. Brixiensis artificiosâ adinventione imprimendi absque ullâ calami exaratione sic effigiatum —— per vener. virum Henr. Eggesteyn art. liberal. magistrum civem inclitum civitatis Argentine* 1471.

3 Cum his versibus,

Quas cernis mirâ Sixtus Theotonicus *Arte*
Parthenope impressit composuitque notas;
Ut quæ vel magnis numerosa Volumina haberi
Sumptibus haut poterant, copia larga foret.
SIXTUS RIESSINGER.

4 Sinè anni notâ ; sed iisdem typis, & in fine SIXTUS RIESSINGER.

5 Cum his versibus:

Hos Wendelinus *clarâ virtute magister*
Transcripsit; celeri formula pressa pede.

Naud. *Addit. à l'Hist. de* LOUÏS XI. p. 138. & *Caille*, p. 21.

6 *Die Lunæ* 23. *Jun.*

7 Rara est hæc nováque computi ratio, cùm plures sex Nonis Romanum non admittat Kalendarium.

8 P M. *Impressum à Günthero Zeiner ex Reutlingen cive progenito, commanenti autem in urbe Augustensi, anno* 1471. *Idus Januarias* 3.

Lactantius: *M CCCC LXXI. ADAM.* [1] fol. . . . . 1471.

Questiones de quodlibet fratris Thome de Aquino de ordine fratrum predicatorum: *per ARNOLDUM THERHOERNEN.* [2] fol. Colon. 1471.

Liber de remediis utriusque fortune prospere scil. & adverse per quendam —— poetam prestantem necnon sacre theologie professorem: *Explicit liber de remediis fortuitorum casuum noviter compilatus & impressus Colonie per Arnoldum therhoernen finitus Anno domini M. CCCC. LXXI. die Veneris octava mensis februarii. Deo gras.* [3] 4to. Colon. 1471.

Antidotarium Nicolai; tractatus, qui vocatur Quid pro quo; tractatus, Sinonima: *impress. per Nicol. Jenson Gallicum.* 4to. Venet. 1471.

Liber Servitoris de preparatione medicinarum simplicium; liber XXVIII. Bulchasi Benaberazerin translatus a Simone januensi interprete Abraam judeo tortuosiensi: *impress. per Nicol. Jenson.* 4to. Venet. 1471.

Sallustius: *per Vindelin. Spir.* [4] fol. Venet. 1471.

1 De hôc typographo lege Annal. Typograph. Tom. I. pag. 97. Huic editioni adjiciuntur decem priores versus epigrammatis (recitati in Annal. Ibid. p. 95.) *Arguit hic hominum* &c. *Presserat hunc primò mundi caput inclyta Roma; Post Regina premit nempe colenda maris.* Sed Romanæ Lactantii editioni, quæ lucem aspexit ann. 1468. & iterum 1470. præiverat Sublacensis 1465.

2 Annorum numeri vetustis characteribus 19ΛI excuduntur.

3 Typographi illius nomen variè effertur, *Therhoernen*, *Terbornem* (ex similitudine *h* & *b*) & *Tersfernem*; & *Ter. Hoernen*, in Biblioth. Menarsian. p. 394. n. 3265. ubi de hôc libro additur hæc nota. *Autor hujus libri est Adrianus Carthusiensis: quod nomen exemplari cuidam (quod est Ultrajecti in Bibliothecâ Joanninâ) in margine adscriptum legitur.* Eadem quoque editio sub ejusdem Adriani Carthusiensis nomine occurrit in Catalog. Kilmansegg. part. 2. p. 660. n. 3214. In Biblioth. Dalmannian. p. 381. recensentur duo libri cum his titulis: n. 847. *Liber de remediis utriusque fortuna* (&c. ut suprà) *Colon.* 1471. 8vo. Et n. 848. *Seneca de remediis fortuitorum.* 8vo. *vetus editio.* Alb. Fabricius in Biblioth. Latin. (edit. 1712. pag. 367.) notat in editione Senecæ Operum Venetâ 1492. legi hunc tractatum sub hâc inscriptione: *Seneca ad Gallionem de remediis fortuitorum. Est oratio per dialogum sensûs & rationis.* In Biblioth. Uffenbachian. part. 4. pag. 11. in Volumine XXI. continentur MS. *Seneca de fortuitis remediis ad Gallionem libri duo.* A Tertuliano in Apologetici fine laudatur *Seneca in Fortuitis*, uti & *Cicero in Tusculanis*: ad quem locum, *Ciceronis*, inquit Pamelius, *Tusculana*, *& Seneca liber ad Gallionem de remediis fortuitorum passim extant.* Franciscus Petrarcha in epistolari suorum librorum duorum *de remediis utriusque fortuna ad Azonem* præfatione sic scribit; *Is* (Senecæ) *libellus passim in manibus vulgi est. —— quódque ille Gallioni suo tunc præstitit, id Azoni meo nunc præstare propositum est mihi* &c Senecam equidem facilè credam de hôc argumento ad Gallionem scripsisse: illud autem, quod sub ejus nomine circumfertur, fragmentum genuinum esse vix assentiar. At meos limites transgredior; cujus propositum est de librorum editionibus agere, non de genuinis authorum operibus disputare.

4 *Qui cupis ignotum Jugurtha noscere letum,*
Tarpeia rupis pulsus ad ima ruit.
Quadringenta iterum formata volumina nuper

Cicer. Crispi

Cicer. de Naturâ deorum, Amicitiâ, Divinatione, Finibus: *Joanne ex Coloniâ Agrippinensi sumptum ministrante; Christophoro Mauro duce*. fol. Venet. 1471.

Terent. VARRON. de ling. Latin. ex emendatione Platynæ & EUTROPIUS historiographus, & post eum Paul. DIACONUS de historiis Italicæ provinciæ ac Romanorum: *impressus anno M. CCCC. LXXI. die lunæ. XX. mensis Mai. Ponti. S. in Christo patris ac domini nostri domini Pauli papæ secundi, anno ejus septimo*. fol. Rom. 1471.

Virgilii opera & opuscula. [1] fol. .... 1471.

Terentii Comœdiæ: *per Joan. de Coloniâ*. [2] fol. Venet. 1471.

OVIDII Opera omnia; scil. Metamorph. Amator. Fast. & Trist. *per Balthesar. AZOGUIDUM*. [3] fol. BONONIÆ. 1471.

Martialis epigrammata. [4] 4to. FERRARIÆ. 1471.

Di-

Crispi dedit Venetis Spirea Vindelinus.
Sed meliora quidem, lector; mihi crede, secundo
Et reprobata minùs, antea quàm dederat.

Crispi Sallustii vita, invectiva in Ciceronem, & Ciceronis responsio. M. CCCC. LXXI. Quòd in versibus præcedentibus contra quantitatem peccetur, nil mirum est iis, qui in istis primitivis subscriptionibus versantur.

1 *Cur hæc sculpantur quamvìs obscœna, riquiris:*
Da veniam; sunt hæc scripta Marone tamen.

2 *Callippi calamo fuit exemplare repertum:*
Unde est impressum, quod legis, hospes, opus.

Vale vir optime. Raphael Iovenzonius Ister remendavi. Joannes Agrippinæ Coloniæ decus impressit. Anno domini nostri Ihesu Christi M. CCCC. LXXI. divo Nicolao Throno Venetiarum duce. Finis fœlix.

3 *Franciscus Puteolanus Parmensis Francisco Gonzagæ Cardinali Manthuano Sal. pl. d. Poemata Publii Ovidii Nasonis nuper à me recognita impressáque sub tuo nomine edere constitui* &c. Sequitur mox *Vita Publii Nasonis*; ad cujus calcem, *Hujus opera omnia, Medeâ exceptâ, & triumpho Cæsaris, & libello illo Ponticâ linguâ composito, quæ incuriâ temporum perierunt, Balthesar Azoguidus civis Bononiensis honestissimo loco natus primus in suâ civitate artis impressoriæ inventor & summâ necessitudine mihi conjunctissimus ad utilitatem humani generis impressit M. CCCC LXXI.* Editionem hanc rarissimam in Bibliothecâ (ubi & plurimas alias) Pembrokianâ vidi. Observandum est tunc primùm Ovidium prodiisse integrum. Nam Ovidianorum operum, quæ hôc anno ex Conradi Sweynheym & Arnoldi Pannartz officinâ emissa sunt, partes solùm duæ, scilicet Metamorphoses & Elegiæ (uti ex Aleriensis epistolâ his premissâ & catalogo ad Bibl. Nic. Lyr. ann. 1473. adjecto constat) lucem aspexerunt; Fastorúmque libros nonnisi post illud tempus ex illorum prælo (quamvìs nullam anni notam præferant) oportet prodiisse.

4 Ad calcem. *Hìc terminatur totum opus Martialis Valerii, quod continetur in quatuordecim libris partialibus, impressum Ferrariæ die secundâ Julii. M. LXXI.* centenariis [CCCC.] omissis. In hâc editione liber Spectaculorum desideratur. Character est Romanus. Apud clariss. Rich. Mead M. D. vidi exemplar, in quo literæ initiales singulorum librorum manu quâdam pingendi peritissimâ erant formatæ, & figuris ad vivum optimè expressis insignitæ. Litera M secundi libri exhibet taurinum caput; quale inter religionis insignia veteribus usurpata cernitur [Vide Vet. Rom. Relig. du Choul. 1685. pag. 259. 260.] Hanc editionem cum Spirensi contuli; & planè constat utramque ex diversis manuscriptis excusam fuisse. Nullum typographi nomen adscribitur. Putarem equidem prodiisse ab Andreâ Gallo, ante quem nemo (quod sciam) Ferrariæ excudit: cujúsque mentio

Dicamerone del Bocaccio: *apud Christoph. Valdarfer.* [1] fol. Venet. 1471.

FESTUS POMPEIUS. [2] fol°. Mediol. 1471.

Laur. Vallæ de Elegantiâ Latinæ linguæ libri sex. [3] fol°. Rom. 1471.

AUGUSTINI DATI Senensis elegantiolæ: *per ANDREAM GALLUM* civem Ferrariensem. [4] 4to. Ferrar. 1471.

Joan. Tortelli Aretini commentarii grammatici: *per Ulricum Gallum, & SIMONEM Nicolai* [5] fol. Rom. 1471.

Con-

hoc ipso anno mox fiet. Martialis editio à Vindelino Spirensi (Annal. Typogr. Tom. I. pag. 71.) sinè anni notatione vulgata habet librum Spectaculorum, additâ ad calcem Georgii Alexandrini epistolâ (quæ in editionibus Joannis de Coloniâ 1475. & Philippi de Lavagniâ 1478. recuditur) in quâ hæc: *Georgius Alexandrinus Angelo Adriano oratori regio salutem. Legimus scriptores veteres in conquirendis bibliopolis atque librariis, quorum fide ac diligentiâ, quos emissuri essent, libri exscriberentur, non mediocrem curam habuisse.* —— *Quam diligentiam si posteriores servâssent, non adeò acceptus per manus error increvisset.* —— *In epigrammatis Martialis adeò frequens & multiplex vitium fuit, ut* —— *etsi non mediocri eruditione* —— *viri laborent, plurima tamen tum obscura tum ignota habeantur. Quod opus cùm nuper imprimendum foret, peterentque nonnulli, ut eo perlecto, si quippiam vel temporum injuriâ vitiosum vel literatorum quorundam arrogantiâ depravatum offendissem, id corrigerem,* —— *diu equidem repugnavi* —— *sed suscepi opus, quod recusare non poteram* —— *facilitate nostrâ freti, quod per nos castigatum fuit, id ut publicè enarraremus, effecerunt* &c. *Legentes* —— *si per immutationem, transmutationem, detractionem, additionem & inversionem literarum metri ratio confusa, si depravatum quid fuerit, id mihi vitio non vertant, sed eorum indiligentiam accusent, qui artificio præpositi sunt.* —— *Quædam de poetæ vitâ & operibus ejus subjunxi* &c.

1 *Io son un cerchio dor che circonscrive*
Cento giemme ligiadre: in chui si stila
Le oriental perle: chanoda e persila
Le tosche lingue pelegrine e dive.
Pero qual cercha lombre di suo rive
.. chelga inpresso: che amor m' postila
Vostre dolceze; e par che ancor sfavila
Gioco e miserie di qualunche vive:
Meser Giovan bochacio el primo Autore
En di mie prose e di quel bel paese
Che marte venero per degno honore.
Christofal Valdarfer Indi minprese.
Che naque in ratispona: il chui fulgore
Dal ciel per gratia infra mortal disese.
Se donque dimi arnese
Vestir voleti i suone ad ogni spirto
El mio Vulgar che orna di loro e mirto.
:M: CCCC: LXXI:

2 Ad finem libri, *Laudetur Christus per quinque foramina læsus.*

FESTI POMPEY LIBER EXPLETVS EST.

Mediolani, tertio Notas Augustas, Millesimo: Quadringentessimo: Septuagessimo Primo. Ad honorem & laudem illustrissimi ac invictissimi Galeaz Maria Mediolani ducis quinti, ac ducatûs sui anno quinto. Nullum est indicium typographi, quem tamen probabile videtur fuisse Ant. Zarotum, qui anno præcedente imprimendi initium Mediolani fecit.

3 *M. CCCC. LXXI. in Pinia regione Paulo sedente secundo, Anno Pontificatus sui VII. B. R. M.* Quid hæ tres majusculæ velint, non assequor. Ex charactere agnosco Udalr. Gallum typographum; tum etiam ex his verbis, *in piniâ* (vel potiùs, *pineâ*) *regione.* Vide Sueton. 1470.

4 Anni numerus indicatur per figuras 1471. Non (uti antea solebat) per literas majusculas.

5 *Fratris Adæ de Montaldo Genuensis Augustiniani sacræ theologiæ doctoris: Johannis Arretini: ad Philippum archiepiscopum Arelateñ. proemium.* —— *proles regia Philippe præsul Arelatensis* —— *existimavi, ut Johannis Arretini singulare ab eodem digestum*

Constitutiones Clementinæ (in membranâ:) *per Petrum Schoiffer de Gernsheim.* [1] folo. Mogunt. 1471.

Matthæi de Gradibus Opera Medica. [2] folo. . . . . 1471.

Petri de Crescentiis de Agriculturâ libri XII. *per Joh. Schusler.* [3] Auguft. 1471.

Pet. Abani five de Apono Conciliator differentiarum 209. inter philofophos & medicos. [4] Venet. 1471.

Hans Lenker Perfpectiv. [5] folo. Nurnberg. 1471.

Virgilius. * Romæ. 1471.

Georg. Alexandr. Comment. in Sapph. Ovid. Epistol. & Emendationes aliquot locorum apud Plinium & Virgilium [6] 4to. Venet. 1471.

De Vetulâ Libri III. (qui fub Ovidii nomine à barbaro quodam poetaftro ante aliquot fæcula confícti funt) [7] LUBECÆ. 1471.

Hu-

geftum opus orthographicæ rationis excitaretur —— tuo nomini dedicandum. —— Sub pontificio Sixti quarti Genuenfis, quo tempore fcientia in lucem venit; viri circumfpecti Vlricus Gallus Teutonicus & Simon Nicolai Lucenfis, opifices impreffóriæ facultatis, magnis fumptibus & impenfis inftrumentorum ad hujusce artis indigentiam opportunorum, hoc inchoatum ad finem laudabilem detorferunt. —— Johannis Tortelli nostri, qui inter poetas & oratores & grammaticos confcribendus eft, opus accipito &c. *Elimatum certè fatis diligenter mihi fuit; & pro viribus meæ imbecillitatis ingenii omnibus factum fatis* &c. Hanc epistolam fequitur, *Orthographia Johannis Arretini prohemium ad Nicolaum quintum fummum pontificem.* Et ad calcem;

Hoc opus exactum eft Tortelli infigne Johannis:
Quo funt fcripta fini nomina cuncta gravis.

Infculptum eft Romæ in domo de taliacoxis fub juffu Vlrici Galli Teutonici & Simonis Nicolai Lucenfis. Anno do. M.CCCC.LXXI. Pont. Sixti IIII. Genuenfis anno primo.

1 Bibl. Norib. Saubert. p. 118. Valent. Erneft. Lœfcherus has poffidere fe fcribit. *Easdem cum apparatu Jo. Andr. fol. Argent.* 1471. citat ex Biblioth. Norib. Saubert. p. 120. Bunemannus: & ex eâd. p. 118. *Jo. Chryfostomi de patientiâ* (*de patriâ* Orlandi. p. 311.) *libros tres: Noriberg.* 1471. & ex Bibl. Rothean. part. 1. p. 18. n. 680. *Petri Berchorii Reductorium Morale. fol. Davent.* 1471. [quod malo referre ad ann. 1477. ubi fit ejus mentio.]

2 Catalog. Roberti Martin Londin. Bibliop. p. 36.

3 Biblioth. Norib. Saubert. p. 119. Vide Beughem. p. 50. Sed Orland. p. 123. *Argentinæ.*

4 Hendreich. Pandect. Brand. f. 4. a.

5 Catal. Kilmanfegg. part. III. p. 2.

* Chartâ regiâ in illustri bibliothecâ Hieron. de Backere, ex quâ vendita hæc editio XI flor. Habuit quoque eam Jo. Meurfius, Cat. p. 5. Et Cat. Auct. apud Corn. Hack. a. 1669. p. 10. n. 168. Hanc puto effe editionem, quæ in librorum à Sweynheym & Pannartz imprefforum catalogo recenfetur; quam in quâdam Angliæ bibliothecâ extare comperio.

6 Citat Bunemannus ex Bibl. Amerbach. p. 56. Dubito tamen an hic non fuerit erratum, LXXI. pro LXXXI. Hic enim liber fub anno 1481 occurrit.

7 Hallervord. Biblioth. Curios. p. 300. Beughem. p. 101. Caille. p. 51. Sed fidem certiorem accepit hæc editio à *selectorum literariorum fpecimine XVI. Lubecæ D. XXX. Mart. A. MDCCXXIV. à Jo. Henr. à Seelen edito*; in quo (p. 6.) Vir clariff. & peritiff. *primum ad meos Annales Supplementum exhibet ex Libris Lubecenfibus concinnatum*: ubi affert *Joannis de Turrecrematâ expofitio-*

nem

4

Hugonis de Novo Castro Victoria Christi contra Antichristum. [1] fol. Paris. 1471.
Rob. de Licio sermones festivales. [2] Venet. 1471.
Sixt. IV. Commentaria contra errores Carmelitæ. [3] Rom. 1471.
Jo. de Turre-crematâ scripta aliquot. [4] August. 1471.
[S] Mesue de medicinis universalibus: *Apud CLEMENTINUM Patavinum. MCCCCLXXI. XV Calendas Junii* fol°. Venet. 1471.
Joannis Boccatii de claris Mulieribus tractatus; versus à medico quodam Ulmensi in linguam Germ. prodiit. [5] August. Vind. 1471.
Regule, Ordinationes, & Constitutiones Cancellarie Sanctissimi dñi nostri domini Sixti Divina Providentia Pape IIII. Scripte & correcte in Cancellaria aplica —— date in crastinum assumptionis sue ad summi Apostolatus apicem, videlicet die decima mensis Augusti anni a Nativitate Dñi M. CCCC. LXXI. [6] 4to. . . . .

5

[137] Jo. Fran. Poggii Florentini Facetiarum *Libri* IV. (sinè nomine typographi; character tamen est Andreæ Galli.) Ferrar. 1471.
[99. & Beugh. 5.] Rodolphi Agricolæ Lucubrationes quædam. 4to. Colon. 1471.
[123.] Vallæ Orationes omnes. Argentin. 1471.
Bi-

nem Psalmorum Lubec impressam, in fol°. sinè anni & typographi mentione. Cui statim addit 1471. *Libr. tres de Vetulâ. Opus hoc*, inquit, *cujus editio Lubecensis haud dubiè ad Coloniensem anni* 1470 *adornata*, *Ovidio est suppositum. Verus ipsius auctor*, *qui sæculo undecimo vel duodecimo, videtur vixisse*, *utrùm fuerit* Pamphilius Maurilianus, *an alius*, *non satis constat. Conjecturis enim & suspicionibus omnia absolvuntur*, *quæ de auctore hujus scripti legimus. Multo certiùs possumus affirmare*, *quòd recentiori ævo ab hominè Christiano*, *sacris Romanis addicto*, *sit congestum*; *idque ex occurrentibus in eodem vocibus*, *recentiorem ætatem sapientibus*, *e. c.* Alkimia, Prælatura, Camisia, Treuga *&c*, *necnon doctrinis de* Trinitate, Resurrectione mortuorum, Religione Christianâ, *& pluribus evincere. &c.* Multâ in illâ Viri doctiss. Dissertatione de Lubecensis typographiæ incunabulis rara & accuratè tractata continentur, ad quæ lectorem remitto: sperans interim Authorem in re literariâ adeò versatum (cui hìc publicas meas pro *sui Speciminis dono* ad me misso gratias habeo) plura editurum fore hujusmodi *Specimina*.

1 Val. Ern. Lœscherus cur in suo supplemento hunc librum bis posuerit, nescio.

2 Idem ex Cavio l. c. P. I. Append. p. 160.

3 Idem ex Cav. p. 151. App.

4 Quænam sint scripta illa, Lœscherus non indicavit.

5 Hallervord. Biblioth. Curios. p. 164.

6 PM. *A la fin on lit*: Lecte & publicate fuerunt supradicte Regule Rome in Cancellaria aplica die Martis vicesima mensis Augusti Anno dñi M. CCCC. LXXI. *Après cela se trouvent les Taxes de cette Chancellerie*, *sous ce titre*; Sequuntur Taxe Cancellarie Apostolice, & primo de Expectativis Rubrica. *Copié sur le livre même*, *qui est un trespetit in Quarto*, *sans nom de ville & d'imprimeur & sans date*; *mais certainement imprimé à Rome dans ce tems là.*

I.

Biblia Latina: *Præsens hoc opus præclarissimum almâ in urbe Moguntinâ inclytæ nationis Germanicæ, artificiosâ quâdam adinventione imprimendi seu characterizandi absque ullâ calami exaratione sic effigiatum, & ad eusebiam Dei industriè consummatum per Petrum Schoiffer de Gernsheim anno Dominicæ incarnationis millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo in vigiliâ Matthiæ Apostoli.* [Jacob. Long. Biblioth. Sacr.] * fol°. Mogunt. 1472.

NICOL. de LYRA in Bibl. *per Conr. Sweynh. & Arn. Pann.* ** fol°. Romæ. 1472.

Lactantius: *per Vindelinum.* [1] fol. Venet. 1472.

CASSIODORI HISTORIA Tripartit. ex Socrat. Sozomen. Theodor. *per Johannem Schusler* [2] fol. Aug. Vind. 1472.

IOANNES SCOTUS in Sententias: *per ANTONIUM Bononiensem.* [3] fol. Venetiis. 1472.

SEX-

* BRIAN. WALTON. Prolegom. IV. ad Bibl. Polyglott.] *Prima Bibliorum editio impressa (erat Latina vulgata) Moguntiæ anno* 1472. *teste* Luca Brugensi *præfat. libri de Variantibus Scripturæ locis. Aliam tamen illâ priorem quidam se vidisse dicunt.* Hæc editio (uti scribit Bunemannus) est in Bibl. public. Elisab. Wratislaw; cujus finalia verba plenius exhibet Krantz in memorabilibus. p. 74. *Præsens hoc opus* &c. *nationis Germanicæ, quam Dei clementia tam alti ingenii lumine donóque gratuito cæteris terrarum nationibus præferre illustraréque dignata est, artificiosâ* &c. Hoc, inquit Krantz, quamvis domesticum dici possit testimonium, vix tamen credibile est ausum fuisse Petrum hunc in re adeò recente & in omnium oculis versante ambitiosè mentiri: nec hoc aliis quiescentibus impune fecisset.

** Hic liber distinguitur quinque voluminibus.

1. Præfat. Jo. ANDR. ad XYST. IIII. data M. CCCC. LXX. XIII. Novemb. Dein Genes. usque ad Paralipom. & in fine *Aspicis illustres* &c. *In domo Petri de Maximis. M. CCCC. LXXI. XVIII. Nov.*
2. Usque ad Ecclesf. & in fine *Aspicis illustres* &c. *In domo Petri de Maximis. M. CCCC. LXXII. XXVI. Mai.*
3. Usque ad Maccab. cum præfat. Jo. ANDR. ad XYST. IIII. datâ. M. CCCC. LXXII. X. Kal. Feb. & in fine *Aspicis illustres* &c. *In domo Petri de Maximis. M. CCCC. LXXII. XIV. Januar.*
4. Quatuor Evangelia.
5. Act. Epistol. & Apocalyps. cum præfat. Jo. ANDR. ad XYST. IIII. & in fine *Aspicis illustres* &c. *In domo Petri de Maximis.* M. CCCC. LXXII. *XIII. Mart.*

1 Cum his versibus:

Arguit hic hominum sectas Lactantius omnes
Septeno falsas Codice vera docens.
Sive Deum tangat turbato lumine cernens
Ira furor gemino pernotat indè Libro.
Et Volucrum versu phœnix comprenditur uno,
Quæ nostro nunquam pascitur alma solo.
Hincque redemptoris nostri non carmina desunt,
Quæ positum è tumulo dulce canendo vocant.
Presserat hunc primò mundi caput inclyta Roma;
Pòst regina premit nempe colenda maris.
Impressum formis justóque nitore coruscans
Hoc Vindelinus condidit Artis opus.

2 *Caille*, pag. 28. sic Biblioth Norib. Saubert. p. 120. & Bibl. Jo. Vander Meer. L. B. 1683. p. 6. n. 171.

3 *Caille*, p. 21.

SEXTUS DECRETALIUM: *per Leonardum PELUGL & Georgium LAVER.* [1] fol. Romæ. 1472.

Tractato ditto PONGIE LINGUA compillato per Dominico Cavalcha da vico Pisano: *per Johannem PHILIPPUM de LIGNAMINE.* [2] fol. Romæ. 1472.

Tractatus de INSTITUTIONE Simplicium CONFESSORUM, editus à pre fre Antonio ordinis fratr. prædicatorum: *per Georg. Laver.* [3] 4to. Romæ. 1472.

ANTONIN. de VIRTUTIBUS: *per Antonium Koberger.* [4] fol. Noribergæ. 1472.

Antonin. de CONFESSIONE; *per Georg. Laver.* —— 4to. Romæ. 1472.

VALTURII de re MILITARI Libri duodecim ad Sigismundum Pandulphum Malatestam Ariminensium regem ac imperatorem: *per JOHANNEM Veronensem.* [5] fol. VERONÆ. 1472.

BARBATIÆ Jurisc. Opera. [6] fol. Bononiæ. 1472.

BALDI Jurisc. Opera. [7] fol. PARMÆ. 1472.

HONORIUS de Imagine Mundi: * Libellus de Vitâ & Moribus Philosophorum & Poetarum: Alcinoi disciplinarum Platonis Epitoma, interprete Episcopo Tropiensi. [8] fol. .... 1472.

Plin. Natur. Histor. *per Nicol. Jenson.* fol. Venetiis. 1472.

Cæsar. Comment. *per Conrad. Sweynheym & Arn. Pannartz.* [9] fol. Romæ. 1472.

Sue-

1 *Caille*, pag. 18.

2 De hôc Libro vide quid dictum sit priùs.

3 Cum his rhythmis;

Studio correcta diligenti sepeque lecta
Per Celestinum nomine sed re pulverinum,
Sancto in Eusebio degentem Cenobio,
Qui me scribebat, Ge. Laver nomen habebat
Rome versatus tunc, sed Herbipoli natus.
Anno millene quater C. Sep. que deno
Bis uno juncto, sed mense sub februo.
Sub quarto Sixto pontifice Zeraphico.

4 *Caille*, pag. 27. & Bibl. Norib. Saubert. p. 121 & Olear. P. I. E. p. 66.

5 *Johannes ex Veronâ oriundus Nicolai Cyrurgiæ medici filius Artis impressoriæ magister hunc de re militari Librum elegantissimum litteris & figuratis signis suâ in patriâ primus impressit*: M. CCCC. LXXII. Ad finem versus aliquot leguntur, è quibus hos selegi;

Hæc Sigismundo felix sub principe scribis,
Quique operis causas dat tibi sæpe tui.
Dúmque Taraconias Etrusco ab littore gentes
Vertit, habes unde hæc ipse notare queas.
Prisca hæc, Valturi, si tempora nacta fuissent,
Militiæ ferres præmia magna tuæ.
Téque Palatini cepissent culmina Phœbi,
Roberte, ætatis gloria prima tuæ.
Æternos igitur vives cultissimus annos,
Militiæ verus réxque patérque simul.
Nos sub te pariter Musis armisque vacamus:
Téque sequi, ô scriptor, nos juvat usque gravis.

6. 7 *Caille*, pag. 29.

* MON. *Liber de vitâ & moribus Philosophorum est Gualteri Burley: Episcopus autem ille Tropiensis Alcinoi interpres est Petrus Balbus Pisanus.*

8 Episcopus *Tropiensis* affatur NICOLAUM *Cusensem* Cardinalem. M. CCCC. LXXII. *XXIIII. Novemb.*

9 XXV. *August. In domo Petri de Maximis.*

Suetonius : *per Conrad. Sweynheym & Arn. Pannartz.* fol. * Romæ. 1472.

Justin. Epitom. Trogi, & Florus : *per Conrad. Sweynheym & Arn. Pannartz.* [1] fol. Romæ. 1472.

APPIANUS Latinè, Petro Candido interprete : *per Vindelinum.* [2] fol. Venetiis. 1472.

Tit. Livius : *per Conrad. Sweynheym & Arnold. Pannartz.* [3] fol. Romæ. 1472.

Strabo Latinè : *per Vindelinum.* [4] fol. Venetiis. 1472.

ANDREÆ de YSERNIA Comment. in CONSTITUTIONES Regni SICILIÆ : *per Sixtum Russingerum.* [5] fol. Neapoli. 1472.

COR-

* Cum versibus, *Aspicis illustres* &c *Romæ impresserunt* &c. M. CCCC. LXXII. *die* XVII. *Septembris.*

1 In fine; *Aspicis illustres* &c *Romæ impresserunt talia multa simul.* M. CCCC. LXXII. *die* XXVI. *Septembris.*

2 In fine;

Hic est Alexandrinus Appianus
A Candido Lingua Latina patrono
Romanus, hunc impressit & Vindelinus;
Quem Spira nobilis parens Dædalei
Produxit ingenî faceti lepidique.

Carmen est Raphaëlis Zovenzonii Istri poëta.

In Labb. Nov. Biblioth. p. 339. n. LX. Appianus recensetur Romæ excusus 1472. Sed nil dubium est, quin sit error typographicus (qualibus abundat ille Labbei Catalogus,) & pro *Romæ* legi oporteat *Venetiis.* Venetam enim hujus anni editionem vidi ipse in Bibliothecâ Regiâ Parisiensi; Romanam frustra quæsivi.

3 In fine; *Aspicis illustres* &c. *Romæ impresserunt talia multa simul. In domo Petri de Maximis.* M. CCCC. LXXII. *XVI. Julii.*

4 Libri decem priores à GUARINO *Veronensi*, septem posteriores à GREGORIO *Thiphérnio* translati.

Præfatur Jo. ANDR. ad PAUL. II. *Venet.* —— *Guarini Veronensis & Gregorii Tifernatis (quibus Strabonis transferendi à Nicolao V. demandata erat provincia) sumptis exemplaribus ex Gregorii archetypis Asiam atque Africam describi feci. Guarini autem Europâ perlectâ, quæ in eâ multa deerant fragmenta* —— *amicorum ope addi omnia procuravi. In quo Theodoro meo Gaza atque Andronico, Lappo item Birago Græcè Latinèque doctissimis viris non exigua gratia est habenda.* —— *ne gurgustium quidem ipsum, unde prodirem, ante Pauli II. Veneti pontificatum felicissimum habui: priùs fui Acciensis Episcopus, ex quâ ecclesiâ post quadriennium potest quatuor cornuum vervex unus expectari. Nunc modestè illius mei Divini principis beneficio collocatus sum in sanctâ & quietâ Aleriensi Ecclesiâ* —— *vir cultus atque elegantissimus Pontremulensis Nicodemus ad tuam sanctitatem ducalis orator Mediolanensis ornatissimus. Namque illum inter ceteros amicos meos veteres sinceros ac vetustissimos magnâ ratione plurimùm veneror* ——

R. Zovenzonius poëta Reverendissimo d. Jacobo Zeno Episcopo Patavino.

Orbis noscere, lector, universi
Si tractus cupis, hos emas libellos
Strabonis tibi: nomini dicatos
Zeni præsulis optimi sacrique,
Quo nil doctius eruditiúsque,
Nunc Antenorei vident Penates;
Impressos digitis Videlianis.

Vides, Lector, STRABONEM ante hunc annum apud SWEYNH. & PANN. excusum, tam ex Jo. ANDR. Epistolâ, quàm ex Catalogo Librorum SWEYNH. & PANN. sæpius memorato. Tempus autem primæ illius editionis nondum novi. In Biblioth. Menarsian. p. 60. n. 735. habetur *Strabonis Geographia Romæ* 1472. Sed forsan mendum est typographicum.

5 Cum his versibus;

Hoc Martinus opus miro fecit ordine condi

Sumpti-

CORPUS CANONICUM. [1] fol. Moguntiæ. 1472.
Apuleius. [2] fol. Romæ. 1472.
Cicer. Epistol. Famil. *per Conrad. Sweynheym & Arnold. Pannartz.* fol. Romæ. 1472.
—— Offic. Parad. Amic. Senect. Somn. Scip. *per Vindelinum.* fol. Venetiis. 1472.
Cicer. Orationes: *per ADAMUM de AMBERGAV.* [3] fol. 1472.
Cicer. TUSCULANÆ QUÆSTIONES: *per Nicol. Jenson.* [4] fol. Venetiis. 1472.
PLAUTUS: *per Johannem de Coloniâ, & Vindelinum de Spirâ* [5] fol. Venetiis. 1472.
Virgilius: *per Leonardum ACHATEM.* [6] fol. Venetiis. 1472.
Virgil. Bucolic. Georg. Æneid. & reliqua opuscul. cum Priapeiis: *per BARTHOLOMÆUM Cremonensem.* [7] fol. . . . . 1472.
Te-

Sumptibus & chartis Bibliopola suis.
Sixtus hoc impressit: sed bis tamen antè revisit
Egregius doctor Petrus Oliverius.
At tu quisquis emis, Lector studiose, libellum
Latus emas; mendis nam caret istud opus.

Neapoli sub Ferdinandi Regis invictissimi aureo seculo & Augustâ Pace. M. CCCC. LXXII.

1 Primam Corporis Canonici editionem hanc vocat *Alb. Fabric.* in *Biblioth. Latin.* p. 847. Vide, quid in meo supplemento transcripserim [ex Præf. ad Ant. Augustin. de Emend. Gratian.] sub ann. 1472. Justinian. *p. 318. n. 1.*

2 Hanc tanquam primam editionem memorat *Tho. Crenius* parte XI. *Animadvers.* p. 3. è *Jo. Priceo.* Fabric. Biblioth. *Lat.* p. 520. *Jo. Pric.* ad APUL. *Miles.* pag. 488. hanc & *Vicentinam* 1488. Principes vocat; & in Præfat. ad Lector. ——— *Vicentina anni* 1488. *editio omnium, Romanâ ann.* 1472. *exceptâ, quod scimus, prima.*

3 Cum his versibus;

Hoc ingens Ciceronis opus causásque forenses,
Quas inter Patres dixit & in populo,
Tu quicunque leges, Ambergau natus ahenis
Impressit formis. Ecce magister Adam.

4 In fine, *Nicolao Trono duce Venetiarum inclyto.*

5 *Plautina Comœdia XX. Georgio Alexandrino emendatore; de cujus eruditione & diligentiâ judicent legentes. Impressa operâ & impendio Joannis de Coloniâ Agrippinensi atque Vindelini de Spirâ. Venetiis* M. CCCC. LXXII. *Nicolao Throno principe jucundissimo & duce fœlicissimo.*

6 Editio hæc continet Bucolica, Georgica & Æneidem. In fine adduntur hi versus;

Urbs Basilea mihi, nomen est Leonardus Achates:
Qui tua compressi carmina, dive Maro.

Anno Christi humanati M. CCCC. LXXII. *Venet. Duce Nicol. Trono.*

7 Editio hæc continet *Bucolic. Georgic. Æneid.* & reliqua opuscula. In principio post Vitam & Versus variorum de Poëta & ejus Poëmate adduntur hæc,

M. CCCC LXXII. *Nicolao Truno Principe Venetiarum regnante, quæ in hôc Volumine continentur, fœliciter impressa sunt.* In hâc editione comprehenduntur, 1. Tabula librorum in illo volumine contentorum. 2. Maronis vita, cum quibusdam epigrammatibus tam Virgilii quàm de Virgilio. 3. Summa Virgilianæ narrationis: & hoc hexastichum;

Quem legis, impressus dum stabit in ære charatter,
Dum non longa dies, vel fera fata prement;

Can-

Terentius: *per Conrad. Sweynheym & Arn. Pannartz.* [1] fol°. Romæ. 1472.

DONAT. in Terentium: *per Conrad. Sweynb. & Arn. Pann.* [2] fol. Romæ. 1472.

AUSONII [3] Peonii Poëtæ disertissimi EPIGRAMMATΩN Libri: PROBÆ CENTONÆ clarissimæ feminæ excerptum è Maronis carminibus ad testimonium Veteris Novíque Testamenti opusculum: Ovidii Consolatio ad Liviam: Calphurnii Bucolicum carmen: PUBL. Greg. TIFERNI HYMNI & alia Poëmata. [4] fol. Venetiis. 1472.

DAN-

Candida perpetua non deerit fama Cremona:
Phidiacum hinc superat Bartholomaus ebur.
Cedite chalcographi: millesima vestra figura est;
Archetypas fingit solus at ille notas.

4. Bucolica, Georgica, Æneis. 5. Moretum; Maffei Vegii Supplementum; Priapeia; Copa, Est & Non; Rosæ; Culex, & reliqua opuscula.

Quis ille (quem versus laudant supradicti) Bartholomæus fuerit nescio; nisi idem qui anno 1473. vocatur Bartholomæus Cremonensis; ubi versus iidem prædicti leguntur.

1 *Caille*, pag. 17.

2 In fine, *Aspicis illustres* &c. *Roma impresserunt talia multa simul.* M. CCCC. LXX. *die* X. *Decemb.*

Dubito, an SWEYNHEYM & PANNARTZ impresserint etiam TERENTII Textum, de quo nil certum comperi, præter testimonium *Johannis la Caille*, quem forsan in errorem induxisse potuit DONATI Commentariorum editio.

3 In Vit. AUSON. Edition. ELIÆ VINETI, *Burdigala* anno 1580.] Pæonii *appellationem non aliunde ortam existimo, quàm quòd semidoctus quispiam, qui eundem putaret esse* Ausonium *patrem Medicum & filium* Ausonium *Poëtam*, Pæonium *pro Medico* Ausonium *Poëtam vocaverit.*

4 Sine Typographi nomine. *Ad Lectorem.* O *Musarum cultor quisquis es, Ausonii Paonii epigrammatωn libellum intuens, quantâ fuerimus sedulitate usi in his, qua tum ad Gracarum, tum ad Latinarum litterarum eruditionem solertiámque pertinent, advertas percamur: ac Pub. Ovidii Nasonis vatis eminentissimi ad Liviam de morte Drusi epistolam, Probaque Falconia vatis clarissima à Divo Hieronymo comprobata centonam: necnon Calphurnii Siculi poeta Bucolicum carmen, demúmque P. Gregorii Tiferni epigrammatωn libellum, ut diligenter perlegas, vehementer etiam atque etiam rogamus. Vale.* B. G. [id est, Bart. Girardinus.]

• In fine *A nativitate Christi ducentesima nonagesima quinta Olympiadis anno* II. VII. *Idus Decembres. Venetiis.*

Et post *Bucolic.* CALPHURN. *Anno incarn. Domin.* M. CCCC. LXXII. Ex hâc ergo duplici Anni designatione simul collatâ constat Olympiadas esse per quinquennale spatium computandas; aliter enim Computi utriúsque ratio non conveniet. Neque tamen hoc mirum videri oportet, nam hoc temporis spatium πενταετηρὶς etiam dicitur; ac ideo Poëtæ pro solido quinquennio acceperunt: *quinquennis Olympias* OVID. *de Pont.* Lib. 4. Eleg. 6. Consule not. LINDENBROG. in CENSORIN. *de die natal.* Edit. 1642. p. 139. & JOS. SCALIG. *Emend Tempor.* Edit. 1629. p. 51.

Proba Falconia vatis clarissima de fidei nostra mysteriis ex Virgilio centones. Tum sequitur hoc tetrastichum, quod transcripsi, uti ibi legitur, ita sanè mendosè, ut sensum satis expiscari nequeam.

BARTHOLOMEVS GIRARDINVS.

'Αυσόνιος fueram solus; νῦν χεῖλε τὶ κοσμῷ
Artificis χειρὴ εἰσί τε καὶ φυσεῖ
Τῦτ' ἔργον *cum prisca queat renovare vetustas:*
Tum Νέος *antiquis praferet officiis.*

Proba Centena clarissima femina opusculum &c. In his mira est unius vocis varietas; *Proba Falconia centona, Proba Falconia centones, Proba Centona clarissima femina opusculum.*

DANTIS CAPITULA Italicè: *per GEORGIUM & PAULUM Teutonicos.* [1] fol. MANTUÆ. 1472.

PRUDENTIUS. 4to. DAVENTRIÆ. 1472.

La COMEDIA di DANTE Alleghieri delle pene & punicioni de vicii & demeriti & premii delle virtu: *per Johan. Numeister* [2] fol. 1472.

Franc. PETRARCHÆ laureati Poëtæ RERUM VULGARIUM FRAGMENTA, ex originali libro extracta in urbe Patavinâ; Italicè: *per BAR. de VALDE. & MARTIN. de SEPTEM ARBORIBUS.* [3] fol. PADUÆ. 1472.

*PHILOCOLO composto per Johanne Boccacio: *impresso per GABRIELI di PETRO & del compagno PHILIPPO.* [4] fol. Venet. 1472.

Aul. Gellius: *per Nicol. Jenson.* [5] fol. Venetiis. 1472.

MACROBIUS: *per Nicol. Jenson.* fol. Venetiis 1472.

AUTHORES Rei RUSTICÆ: *per Nicol. Jenson.* [6] fol. Venetiis. 1472.

Pris-

culum. Vox *Centona* ut mulieris nomen sit, crassissima est ignorantia; *Cento* & *Centones* genus est carminis ex variis fragmentis consutum; *Centona* pro *Centone*, ut puto, barbariem redolet. Is error diu postea apud Typographos remansit, nam in editione *Parisiensi* JOAN. PETIT. ann. 1509. legitur *Proba Falconia centone clarissime femine excerptum è Maronis carminibus ad testimonium veteris novique testamenti opusculum Centones.*

1 *Magister Georgius & magister Paulus Teutonici hoc opus Mantua impresserunt adjuvante Columbino Veronensi.*

2 In fine,

Nel mille quatro cento septe & due
Nel quarto mese a di cinque & sei
Questa opera gentile impressa fue
Jo maestro Johanni Numeister opera dei
Alla decta impressione & meco fue
El fulginato Evangelista mei.

3 In fine;

* *B A R. de Valde. Patavus. F. F.*
Martinus de Septem arboribus Prutenus.
M. CCCC. LXXII. *Die* VI. *Novemb.* Adjicitur Francisci Petrarchæ vita. La nativita sua negli anni M. CCC. IIII.. a di XXXI. Luglio, pocho inanzi ad levar dil sole. M. CCC. LXX iiii. a di xviiii. Luo mori el Petrarcha.

4 Nescio, an hic PHILIPPUS non idem fuerit, qui anno 1473. PHILIPPUS PINZIUS appellatur.

5 PETRUS LAMBECIUS in Prodromo suarum criticarum in AULI GELLII *Noctes Atticas* Lucubrationum ann. 1647. apud SEB. & GABR. CRAMOISY in 8vo. *Parisiis* edito hanc Editionem memorat. Hæc sunt ejus verba in præfatione ad Lectorem; *Adhibui in consilium duas omnium antiquissimas editiones, quas instructissima Bibliotheca Eminentissimi Card.* Mazarini *mihi suppeditavit, quarum una* Romæ *impressa est ab* Aldo Manutio *anno* Christi M. CCCC. LXIX. *altera* Venetiis *à* Nicolao Jenson M. CCCC. LXXII. Et postea pag. 19. *Absit ut* ALDUM Romanum, *qui primus hunc Auctorem dedit, &* Theodorum Gazam, *quo adminiculatore* Aldus *se usum esse fatetur, tanta condemnemus perfidia &c.* Et iterum p. 23. — *in* Aldinâ *editione, qua* Romæ *prodiit* M. CCCC. LXIX. Miror LAMBECIUM, *Romanam* editionem *Aldo* adjudicando, tam graviter errâsse.

6 Hanc Editionem FRANCISCUS COLUTIA *Verzinensis* ipsi Typographo dedicat,

Ni-

* i. e. *Bartholomaus de Valdezochio*; quod constat ex Libro *Secretta Tsteria* &c. 1473.

Prisciani Grammatica; Commentarii Ruffini de Metris; Prisciani translatio Dionys. de situ Orbis. [1] fol. .... 1472.

Isidori junioris Hispalensis episcopi Ethimologiarum [*sic enim imprimitur*] libri numero viginti: *per Gintherum Zainer.* [2] fol. Aug. Vind. 1472.

Summa Iohannis Nach translata de Latino in Germanicam Linguam: *per Johann. Bamler.* [3] fol. Aug. Vind. 1472.

Catholicon: *per Petrum Scoeffer.* [4] fol Mogun. 1472.

2

Lepistole, Lectioni & Evangelii chessi leghono in tutto lanno: *stampati per CHRISTOPHORO ARNOLDO* fol°. à Venesia. 1472.

Repetitiones, Disputationes, necnon Tractatus diversorum Doctorum [qui scil. sunt, Lanfrancus de Oriario de Brixiâ, Angelus de Perusio, Tyndarus de Testibus &c] summâ cum diligentiâ per doctores famosissimos emendati: *impress. ere, opera & impendio Joannis de Colonia atque Vindelini de Spirâ; Anno Dñi M. CCCC. LXXII. Nicholao Throno principe jucundissimo & duce felicissimo.* fol°. magno: duabus columnis. Venet. 1472.

Prima pars Nicolai Abbatis secundi libri Decretalium: *per Vindelinum de Spirâ.* [5] fol. Venet. 1472.

Jus-

Nicolao Jenson Gallico Franciscus Colutia Verzinensis s. p. d. Et hunc vocat *virum praestantis ingenii*, additque se ab eo rogatum *ut* Palladii *opus de Agriculturâ emendaret.*

1 Sinè Urbis aut Typographi indicio. Anni nota non in Libri totius calce sed paulò antè ad unius ex Prisciani operibus finem additur; quod aliquando in Editionibus illis antiquis evenire observavi, quasi voluerint Typographi isti lectorum oculos fatigare & industriam exercere.

2 *Libri finiunt faeliciter: per Gintherum Zainer ex Reutlingen progenitum, literis impressi ahenis* [charactere Romano] *Anno ab incarnatione Domini. Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo secundo. Decima nona die Mensis nouēbris.*

3 *Johānes Bamler in freytag vor Michaelis in der Keyserlichen Stat Augspurg.* Anno M. CCCC. *un in de* LXXIJ. *iare.*

4 Mentel. p. 90, 91. *Praesens hoc opus praeclarissimum almâ in Urbe* Moguntinâ *inclyta nationis* Germaniae; *quam Dei Clementia tam alto ingenii lumine donóque gratuito caeteris terrarum nationibus praeferre, illustraréque dignata est, artificiosâ quâdam adinventione imprimendi seu characterizandi, absque ullâ calami exaratione sic effigiatum, & ad eusebiam Dei est industriè consummatum, per* Petrum Scoeffer de Gernsheim, *Anno Dominicae incarnationis* M. CCCC. LXXII. *in vigilio* Matthiae *Apostoli.* In hâc subscriptione secutus sum authoritatem Mentelii, quem Bunemannus notat minùs rectè tribuisse Catholico subscriptionem eandem, quae in Bibliis Latinis hôc anno impressis, & suprà memoratis, occurrit; nisi putes haec maxima duo opera uno eodémque anno & die *in vigiliâ* Matthaei *Apostoli* fuisse consummata.

5 *Raphael Zovenzonius P. viro optimo Vindelino Spirensi S. P. D.*

Abbatis pars prima, notis qua fulget ahenis,
Est Vindelini pressa labore mei:

Justiniani Institutiones : *præclarum opus almâ in urbe Maguntinâ inclytæ nationis Germaniæ, quam Dei clementia tam alti ingenii lumine donóque gratuito cæteris terrarum nationibus præferre illustraréque dignata est, non atramento communi, non plumali cannâ neque aereâ, sed artificiosâ quâdam adinventione imprimendi seu caracterizandi sic effigiatum & ad eusebiam Dei industriè est consummatum per Petrum Schoyffer de Gernshem, anno Dominicæ incarnationis Millesimo. CCCC. LXXII. XXIX. die mensis Octobris.* [1] fol. Mogunt. 1472.

Con-

Cujus ego ingenium de vertice Palladis ortum
Crediderim. Veniam tu mihi, Spira, dabis.

Anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, die VIII. Julii.

1 In hâc editione habentur versus [*Scema tabernaculi* &c] quæ recitabuntur postea ann. 1473. in *Compilat. Decretal.* Hic lubet nonnihil (quod & antea adnotari debuerat) monere de voce *Gernshem*; quæ mihi videtur abbreviata pro *Gernserhem*. Nam figura, quâ exprimitur litera *s* in illâ voce, compendiaria est, & complectitur *ser*; idémque compendium ejusdem literæ in verbo *obsvare* pro *observare* in libris istis vetustis Gothico charactere impressis, quorum lectionem crebræ abbreviationes difficilem reddunt. His fidem faciet, quod exscribam ex Antonii Augustini archiepiscopi Tarraconensis dialogorum libris duobus de emendatione Gratiani (edit. in 8vo. Paris. per Franc. Mugueturn Regis & Archiepiscopi Parisiensis typographum M. DC. LXXIII.) in præfat. ad lector. Sect. XXVI. *Opera pretium est heic referre admonitionem eorum, qui primi post typographicam artem inventam emiserunt in lucem istud Gratiani opus. Volumen est magna molis, tum rarissimum utpote cujus unicum exemplar hactenus viderim, quod mecum pro amicitiâ nostrâ communicavit Lucas Dacherius monachus Benedictinus. Erunt haud dubiè, quos delectabit scire, per quos primùm & quo tempore editus sit hic liber, quibus auspiciis, quibus exhibentibus sumptus & operas, ut solebant in initiis typographia omnia ista adnotari. Sic ergo legitur in calce illius editionis.* [Rubris characteribus] „ Anno incarnationis dominicæ M. CCCC. LXXII. „ Idibus Augustiis; sanctissimo in Christo „ patre ac domino domino Sixto Papâ „ quarto Pontifice Maximo, illustrissimo „ nobilissimæ domûs Austriæ Friderico „ Romanorum Rege, rerum dominis; „ nobili necnon generoso Adolpho de Nassau archiepiscopatum gerente Maguntinensem, in nobili urbe Magunciâ, quæ „ nostros apud majores aurea, quam di„ vina etiam clementia dono gratuito præ „ cæteris terrarum nationibus arte impres„ soriâ dignata est illustrare, hoc præsens „ Gratiani Decretum suis cum rubricis non „ atramentali pennâ cannâve, sed arte „ quâdam ingeniosa imprimendi, cuncti„ potente adspiranti Deo, Petrus Schoiffer de Gernserheym suis consignando „ scutis feliciter consummavit. „ Scutula illa bina, quibus Petrus Schoefferus suos solebat libros consignare, originem dederunt illis insignibus typographicis, quæ deinceps artis illius magistri sibi adoptaverunt. Krant. in Memorabil. Biblioth. Public. Elisab. Wratislau. 1699. 4to. pag. 75. *Me præcipuè signa typographorum celebrium libris impressa delectârunt; quorum ingentem, si licitum esset, farraginem referrem. Petri Schœfferi scutula rubra de ramo suspensa, anchora Aldi, lilium Junta, Palma Isingrinii vel Guarini, Arion Oporini, caduceus Frobenii, leo Brylingeri, pedum Episcopii, malleus rupem percutiens Henrici Petri, cancer papilionem capiens Frellonii, aquila inter serpentes Rovillii, gryphus Sebastiani Gryphii, Olyva Stephanorum, Hervagii triceps Mercurius, rana Froschoveri, anchora manibus sustentata Crispini, Pegasus Wechelianus, Circinus Plantinianus, aliáqua multa talia relatu difficilia, non parum mihi delectationis præstiterunt.* Adde, quæ Lilienthalius in Consultat. de histor Literar. pag. 173. *Optarem ego*, inquit, *ut curiosus quidam signa omnium in universum typographorum accuratè descripta arique incisa unà cum fundamento illorum exhiberet, detectis in-*

Conciliator differentiarum philosophorum & præcipuè medicorum, Petri de Abano Patavini: *impreſſ. Mantuæ, domino Lodovicho de Gonzagha Marchione ibidem feliciter regnante anno M. CCCC. LXXII. per THOMAM Septem-castrenſem & Socios, jubente Ludovico Carmelitâ.* fol°. Mant. 1472.

Pulcher tractatus continens vitam, mores, ac elegantiſſima philoſophorum dicta ſimul & geſta; collectus per venerabilem doctorem Walterum Burley Anglicum: *per me Arnoldum terhoenen.* [1] 4to. . . . . . 1472.

Diodori Siculi ſex libri, Pogio interprete; & Corn. Tacit. de ſitu, moribus & populis Germaniæ: [M CCCC 72. ubi obſerva mixtam annos exprimendi rationem per literas & figuras.] fol. Bonon. 1472.

Ciceron. Topica & Partitiones: *Anno Dominico M. CCCC. LXXII. ad laudem Christi O. M. atque virginis Mariæ. Ecce finis Partitionum Oratoriarum, quas Gabriel Fontana Placentinus non indiligenter recognovit.* 4to. . . . . 1472.

Ejusdem Epistolæ familiares: *per Philippum* LAVAGNA. [2] Mediol. 1472.

Ejusd. Officia & Paradoxa: *p̄ns marci Tulii clariſſimū opus arte quadam p̄pulcra per uenerabilē p̄bie magistrum ac etiam inclite Argentin̄. ciuitatis ciuē dn̄m Heinricu Eggeſteyn, ſum̄a cum diligentia impſſum ē Anno dn̄i M. CCCC. LXXII.* [3] fol. Argent. 1472.

Ar-

insimul omnibus, quotquot ſub ſignis mentitis ſuos libros imprimere auſi ſunt. Ejusmodi enim notitia; præter ſummam jucunditatem, inſignem etiam in re librariâ præſtaret uſum.

1 Is antea ann. 1471. imprimebat Coloniæ, & ſubſcribebat ſe Therhoernen. Ejus inſigne fuit ſcutum rhombatum per crucem in quatuor partes ſectum; quarum tres gerunt unaquæque, figuram literæ ♄.

2 Ad calcem. *Epiſtolarum familiarium M. Tull. Cicer. multa volumina in diverſis Italiæ locis hâc novâ impreſſorum arte tranſcripta ſunt: quæ ſi ut plurima numero, ita etiam ſtudio correcta eſſent, novo hôc labore non fuiſſet opus. Sed tanto errorum numero confunduntur, ut non modò litteræ pro litteris, & pro verbis verba perturbatiſſimè involuta, verùm etiam epiſtolæ in epiſtolas, libri in libros ſic inveniantur confuſi, ne tam doctorum diligentiâ ad communem utilitatem confecta quàm avariſſimorum hominum cupiditate lucri gratiâ feſtinando convoluta, contorta, contaminatáque manifeſtè videantur. Quæ cùm audirem ex viris cùm doctiſſimis tum etiam prudentiſſimis, ego Philippus Lavagna civis Mediolanenſis, ut pro virili meâ aliquâ ex parte meis civibus prodeſſem, nactus exemplar correctiſſimum ſtudio diligentiſſimo hominum doctrinâ præſtantium trecenta volumina exſcribenda curam* [mihi hìc videtur reponendum *curavi*] *operâ adhibitâ, ut ſingulæ paginæ antea quam imprimerentur, ab aliquo doctorum perlecta eſſent & caſtigata: quem ego laborem niſi profudiſſe videbor, pleraque in futurum accuratiſſimè ut tranſcribantur, laborabo, non minori publicæ quàm meæ utilitatis ratione ſervatâ.*

Barbara cum Marci verbis admixta legebas:
Hunc lege, quod verum eſt hoc Ciceronis opus.
Virgo decus cœli Christi ſanctiſſima mater,
Laus tibi cum nato ſit ſinè fine tuo.
M CCCC LXXII. VIII KL. APRILES.

3 In hâc editione typographus [Henricus

Arretini Epistolarum libri octo. [1] fol°. ..... 1472.

Virgilii opera, opuscula, & Priapeia. [2] fol°. ..... 1472.

Virgilii opera [Bucol. Georg. Æn.] cum comment. Servii; & in fine Æneidis, Libell. Servii de naturâ syllabarum ad Aquilinum: in principio post præfationem ad Lectorem; *Florentiæ VII. Idus Novembres; M CCCC. LXXI. BERNARDUS CENNINUS aurifex omnium judicio præstantissimus & DOMINICUS ejus F. egregiæ indolis adolescens expressis ante calibe caracteribus & deinde fusis literis volumen hoc primum impresserunt. PETRUS CENNINUS Bernardi ejusdem filius quanta potuit cura & diligentia emendavit: ut cernis. Florentinis ingeniis nil ardui est.* In fine; *Absolutum opus Nonis Octobris M CCCC LXXII. Florentiæ.* * fol°. FLORENTIÆ. 1472.

Catullus; Tibullus; Propertius [3]; Statii Sylvæ. fol°. ... 1472.

Aul. Gellius: *in domo Petri de Maximis; M. CCCC. LXXII. die Sextâ Augusti; per Sweynh. & Pann.* fol°. Rom. 1472.

Jo. Bocacii poetæ lepidiss. decameron [*Italicè*;] opus facetum: *Mantuæ impressum; cùm ejus florentiss. urbis principatum fœliciss. ageret divus Lodovicus Gonzaga secundus; anno ab origine Christianâ. M. CCCC. LXXII. PETRUS ADAM de Michaelibus ejusdem urbis civis imprimendi auctor.* fol°. Mant. 1472.

Am-

cus Eggestein, cujus mentio facta est anno præcedente in Annal. Typograph. Tom. I. pag. 93.] Moguntiacæ editionis, quæ prima ann. 1465. prodiit, characterem, & rubricarum rationem, per omnia, quàm potuit proximè, studuit æmulari, odâ etiam Horatianâ ad finem adjectâ. At in Paradoxis, Græcus Paradoxorum textus non imprimitur.

1 *Reverendissimo in Christo patri & domino Jacobo Zeno Patavino Antonius Moretus Brixiensis & Hieronymus Alexandrinus —— in emendandis imprimendisque Leonardi Arretini epistolis libenter tibi paruimus* &c.

2 Charactere pulchro, & quali ferè Antonius Zarothus utebatur. In folii prioris versâ paginâ leguntur hæc majusculis literis excusa. *Lector, si Vergilii vatis eminentissimi opera legere cupis, hac majestatem antiquitatis redolentia perlege: nec quicquid in his emendandis, corrigendis, castigandisque operibus Romana Venetáque lima poliverit, terserit, & ad suum redegerit nitorem, perspicuum est: sed diligens ista sedulitas & criticorum censura discedat, cesſetque nimis affectata castigatio: cùm ab ipsis propriis Maronis exemplaribus, quæ Romæ in æde divi Pauli reposita sunt, integrum, purum nitidúmque opus hoc effluxerit, natúmque sit: si vis certior fieri; id legito. Vale, anno incarnationis Dominicæ M. CCCC. LXXII.*

* In fine; *Bernardinus Cenninus aurifex omnium judicio præstantissimus & Dominicus ejus F. optimæ indolis adolescens impresserunt. Petrus ejusdem Bernardi F. emendavit, cum antiquissimis autem multis exemplaribus contulit. In primisque illi cura fuit: ne quid alienum Servio adscriberetur, neu quid recideretur, aut deesset: quod Honorati esse pervetusta exemplaria demonstrarent. Quoniam verò plerosque juvat manu propriâ suóque more Græca interponere, eáque in antiquis codicibus perpauca sunt, & accentus quidem difficillimè imprimendo notari possunt; relinquendum ad id spatia duxit. Sed cùm apud homines perfectum nihil sit, satìs videri cuique debebit, si hi libri (quod vehementer optamus) præ aliis emendati reperientur. Absolutum opus Nonis Octobris. M. CCCC. LXXII. Florentiæ.*

3 Cum his versibus;

Carmina quis potuit tutò legisse Tibulli?
Vel tua, cujus opus Cynthia sola fuit.
Ardoris nostri magne poeta jaces.

3

Ambrosii Hexaëmeron. [1] fol°. August. Vindel. 1472.

Jacobi de Theramo Consolatio peccatorum: *per Joannem Schusler.* [2] August. Vindel. 1472.

Joannis de Turrecremata opera. [3] August. Vindel. 1472.

Roberti de Licio Ord. Min. Opus Quadragesimale de Pœnitentiâ. [4] Venet. 1472.

Dominicus Bolanus de conceptione Mariæ Virginis. [5] . . . 1472.

Thomæ secunda secundæ. [6] fol°. . . . . 1472.

Bonaventuræ Breviloquium. [7] Norib. 1472.

Hartmanni Schedelii Chronicon. [8] fol°. Norib. 1472.

Discours d'Antonio Cornazani en vers Italiens depuis la creation du monde jusques à la passion de Jesus Christ. [9] 4to. . . . . 1472.

Jo. Bocaccii libell. Ital. ad Flamettam Pamphili amatricem [10] 4to. . . . . 1472.

Alberti de Eyb Margarita Poetica: *per Anton. Coburger.* [11] fol°. Norib. 1472.

4

[VEL] Thomæ Dorniberg Aureola ex Hieronymi floribus contexta. [12] fol°. Romæ. 1472.

[CA] Opus prime secunde Thome de Aquino: *per Petrum Schoeffer.* fol°. Mogunt. 1472.

[S] Attilæ, qui vocatus est Flagellum Dei, bella, Italicè: *per magistrum de Petro.* 4to. Venet. 1472.

[25]

1 Catal. Wilh. Vander Meer. Lugd. B. 1641. apud Is. Commelin. A. 1. n. 39.

2 Bibl. Norib. Saubert. p. 120. Monui in Programm. de Biblioth. Mind. me possidere editionem antiquiorem.

3 Bibl. Norib. Saubert. p. 121. Orlandi hanc editionem Joanni Schusler ascribit, addítque ea opera excusa fuisse octo tomis; utì & Beughem. p. 139.

4 Reiser. Ind. Append. de Edit. vetust. Bibl. Augustan. p. III.

5 Bibl. Norib. Saubert. p. 120. Sic & Beughem. p. 32. & Orland. p. 299.

6 Biblioth. S. Mauric. & Simeon. Mind.

7 Biblioth. Norib. p. 121. Sic & Beughem. p. 33. & Orland. p. 300.

8 De hâc editione lege Martin. Zeiler. Centur. V. Ep. 38. & celeb. Henmann. de Anonym. & Pseudonym. p. 141. Fidei tamen meæ moram facit id, quod legitur in *Chronico Chronicorum* (de quo suo loco) *per Anton. Coburg. Norib.* 1493.

9 Labb. Biblioth. Nov. p. 354. n. MXXXVII. Sic Beughem. p. 49. & Orland. p. 316. *Discorso in versi dalla creazione del mundo fino alla venuta di Gesu Cristo.* 1472. 4.

10 Catal. Seidel. p. 373. n. 772. Hic liber excusus est etiam anno 1481. Venet. apud Philippum Petri.

11 Biblioth. Norib. Saub. p. 121. & Orland. p. 140. & Beughem. p. 58.

12 Hanc Beughem. p. 55. & Orlandi p. 323. *Auroram* vocant.

ſ.

[25] Jo. Duns Scotus ſubtiliſſimus doctor in primum ſententiarum : *per Antonium Bononienſem. XIII. Kal. Decemb.* [1] fol. Venet. 1472.

[76] Ægidius Romanus de Regimine Principum : *per Stephanum Planck. Die nonâ menſis Maii.* [2] fol°. Romæ. 1472.

[137] Jo. de Sacro-Bosco Anglici V. C. Sphæra Mundi : *per Andream Gallum.* [3] 4to. Ferrar. 1472.

[108. & Beugh. III.] Poggii Facetiarum libri. fol°. Mediol. 1472.

I

Biblia Latina [4] fol°. . . . . 1473.

S. Auguſtin. de Civit. Dei : *per Petrum Schoeffer.* [5] fol. Mogunt. 1473.

Euseb. de Præparat. Evangel. Latinè, interprete Georg. Trapezuntio : *per Leonhardum AURL.* [6] fol°. . . . . 1473.

Rationale Divinorum officiorum : *per Joannem ZEINER de Reutlingen.* [7] fol. . . . .

Johan. Boccac. de Claris Mulieribus : *per Johan. Zeiner. de Reutlingen.* [8] fol. Ulmæ. 1473.

Petri

1 Sic & Caille, p. 21.

2 Suſpicor erratum hìc eſſe, & pro 1472 reponi oportere 1482. Conſule editionem hujus libri ſub anno 1482 notatam.

3 Cum his verſibus:

Impreſſi Andreas hoc opus ; cui Francia nomen
Tradidit : At civis Ferrarienſis ego.
Herculeo felix Ferraria tuta manebat
Numine, perfectus cum liber iste fuit.
M. CCCC. LXXII.

4 Long, *Biblioth. Sacr.*

5 Cum *Comment. Tho. Valois & Nicol. Triveth. In Urbe Moguntinâ partium Alemania, per Petrum Schoiffer de Gernsheim* cIɔ. cccc. Lxxiij. *die* V. *menſis Septemb.*

6 Præfat. Trapezunt. ad Nicol. IV. cum his verſibus:

Artis hìc & fidei ſplendet mirabile numen ;
Quod famâ auctores, auget honore Deos.
Quid magis artificem peteret dux, Christus & autor ;
Tres facit æternos ingenioſa manus.

M. CCCC. LXXIII.
Leonhardus Aurl.

Hoc tetraſtichon eſt pars octaſtichi in hujus Libri editione ann. 1470. memorati.

7 *Caille*, p. 26. ſcribit impreſſum *Reutlingæ* ; at verò *Johannem Zeiner*, *Reutlingæ* civis licèt fuerit, *Ulmæ* tamen impresſiſſe ex Libri ſequentis ſubſcriptione liquet.

8 *Liber Johannis Boccacii de Certaldo de mulieribus claris ad Andream de Acciarolis de Florencia Altevillæ Comitiſſam : per Johannem Zeiner* de *Reutlingen Ulme impreſſus.* M. CCCC. LXXIII. Buneman. ex Gerhard. Confeſſ. Cathol. lib. 2. art. 3. c. 4. f. 561. a. *Hic liber Bocacii in Germanicam linguam translatus eſt à medico civitatis Ulmæ & nuncupatus Duciſſæ Auſtriæ a. 1473. impreſſus in eâdem urbe typis antiquis & rudibus cum effigie parturientis papiſſæ.*

PETRI COMESTORIS HISTORIA SCHOLASTICA: *literis æneis impressa per Gintherum Zainer.* [1] fol. . . . . 1473.

BOET. de CONSOLAT. PHILOSOPH. in textu Latino Alamanicâque linguâ refertus ac translatus cum expositione beati Thomæ: *condidit hoc civis aluminus Nurembergensis opus arte suâ Antonius Coburger. XXiiij Julii.* fol. Nuremb. 1473.

BERNARDIN. de FESTIVITATIB. VIRGIN. *per Fredericum CREUSNER.* [2] Noribergæ. 1473.

RAINERI SUMMA: *per Johannem SENSENSCHMID de Egra & Henricum KOLER Moguntinum.* [3] fol. Noribergæ. 1473.

VITA & TRANSITO & gli MIRACOLI del beatissimo Hieronymo: *per Bartholomæum Cremonensem.* [4] 4to. . . . . 1473.

De IMMORTALITATE ANIMÆ in modum dialogi: *per Johannem Philippū* [5] fol. . . . . 1473.

GUIDONIS de MONTE-ROCHERII MANIPULUS CURATORUM: *per Michaëlem de Columbariâ, Udalricum Gering, & Martinum Crants.* [6] fol. Parisiis. 1473.

NICOL.

1 Locus impressionis nòn adjicitur; sed Augustæ Vindelicorum anno 1471. & 1472. impressit. Quo cognationis gradu GINTHERUS hic JOHANNEM modò memoratum attigerit, nescio.

2. 3 *Caille*, pag. 28. Buneman. citat Raineri Summam ex Bibl. Norib. Saub. p. 123. Cat. Suffr. Sixtin. p. 65. & J. A. Fabric. ad Trithem. Script. Eccles. f. 127

4 Cum his versibus;

Quem legis, impressus dum stabit in ære character,
Dum non longa dies vel fera fata prement;
Candida perpetua non deerit fama Cremonæ;
Phidiacum hinc superat Bartholomeus ebur.
Cedite chalcographi: millesima vestra figura est;
Archetypas fingit solus at iste notas.

M. CCCC. LXXIII. *Nicolao Truno duce Venetiarum regnante impressum fuit hoc opus feliciter.*

Locus impressionis non apponitur; forsan *Venetiis*, quia nomen Ducis *Venetiarum* additum est.

5 *Italicè*, Authore *frate Jacobo Campharo di Genoa del Ordine de frati predicatori in Sacra Theologia licentiato in la universita de Oxonford.* M. CCCC. LXXIII. *die primâ Februarii. P. M. Sixti quarti anno ejus secundo completum est hoc opus in domo Johannis Philippi familiaris* S. Is scilicet fuit JOHANNES PHILIPPUS *de Lignamine* SIXTI quarti familiaris, qui *Romæ* imprimebat. Vide priùs ann. 1472.

6 *Chevillier*, p. 68. *Completus est Parisiis per industriosos impressoriæ Artis librarios atque magistros Michaelem de Columbariâ, Udalricum Gering, & Martinum Crantz Anno Dominicæ incarnationis* 1473. *mensis Maii die* 21. *De Columbariâ* i. e. *de la Ville de Colmar*, quâ ortus erat *Michael Friburger.* Chevill. pag. 42.

Caille, p. 61. *Chevill.* p. 55, 56. Le *Manipulus Curatorum* de GUY DE MONTROCHER est un des premiers Ouvrages de PIERRE CÆSARIS & JEAN STOL. Il fut imprimé l'année 1473. ainsi que rapporte Mr. NAUDE dans son *Addit. à l'hist. de* LOUÏS XI. (p. 139. Edit. 1713.) Et l'Université, dans ses Repliques aux Réponses des Libraires imprimées in 4to. l'année 1652, dit à la page 4. [Nous apprenons par des Livres, que ceux qui les ont imprimez étoient Maitres és Arts, comme dans le Livre intitulé, *Manipulus Curatorum* GUIDONIS DE MONTE-ROCHERII, qui fut imprimé en l'année 1473. Il y a, *Per Venerab. virum* Petrum Cæsaris *in Artibus Magistrum, ac hujus Artis industriosum*

Nicol. Orbell. de Scient. Mathemat. *per Baldaserem de Azzoguidis* [1] Bononiæ. 1473.

Vincentii Belvacensis Speculum: *per Johannem MENTEL* [2] fol. ..... 1473.

Opus Restitutionum, Usurarum, & Excommunicationum, per venerabilem dominum fratrem Franciscum de Pla-

sum artificem. comme on le voit à la fin de, *Tractatus de pluralitate Beneficiorum Ecclesiasticorum editus per Joann. de Lignano.* in 4to.] Gering imprima aussi cette même année-là ce même Livre. Si c'est la même impression, comme il est probable, on doit dire que ces Apprentifs, après avoir levé une Imprimerie, s'associerent aussi-tôt avec leurs Maîtres. Antoine du Verdier, dans sa *Bibliotheque* (p. 103.) fait mention d'un Roman, *l'Amant rendu Cordelier en l'observance d'amour, en rime.* 1473. Comme il ne nomme point les Imprimeurs, on le peut attribuer probablement à ces seconds. Cæsaris & Stol imprimerent le *Speculum Vitæ humanæ* de Zamora, in folo. où on lit ces vers à la fin de la table des matieres :

Hos lege divinos, Lector studiose, libellos :
Unde trahes vitæ commoda multa tuæ.
Hoc speculum clarum manibus gestare memento,
Quæ tua sit vita, noscere quisquis amas.
*Nam tibi distinctum punctis * virisque relictum*
** Viris persinxit Regia Parisius.*
Presserunt Petrus Cesaris, simul atque Joannes
Stol, quibus ars quod habet omne retulit eis.

Un recueil in 4to. de plusieurs petits Opuscules, comme *Tractatus de Origine Nobilium. Epistola Poggii Florent. de infelicitate Principum. Æneas Sylvius de miseriis Curialium. Seneca de remediis fortuitorum.* Et le *Casus breves Joannis Andreæ super primo Decretalium.* in 4to.

1 *Caille*, pag. 29.

2 Vincentii Burgundi Ordin. Præd. episcopi Bellovac. Bibliotheca mundi seu Speculum prodiit recusum Duaci, apud Beller. in 4. Vol. fol. 1624. per Benedictinos Duacenses. *Vide Bibliothec. Tellerian. pag.* 236. Speculum illud fuit quadruplex, naturale, doctrinale, morale, historiale. *Lege Ger. Joan. Voss. de Historic. Latin. lib.* 2. *cap.* 59. Prodiit primùm decem tomis in fol. Argent. 1473. per Joan. Mentel. *Vide Jac. Mentel. de typogr. orig. pag.* 78. Historialis Speculi excusi in fol. Norimb. 1473. Paris. & Mogunt. 1474. Basil. 1481. Venet. 1484. 1491. Duac. 1624. meminit vir clariss. Jacobus le Long in *Bibliotheq. Historiq. de Franc. Num.* 7120. Hujus Speculi prima editio rarissimè occurrit ; character est Gothicus & satis venustus ; columnas duas unaquæque pagina complectitur. Ejusdem duas tantùm vidi partes, Naturalem & Historialem, quatuor voluminibus comprehensas. Volumen primum continebat Speculi Naturalis partem primam, octodecim libris; secundum, secundam ejusdem, quindecim libris : (Libri itaque Speculi Naturalis sunt triginta tres :) Volumen tertium continebat Speculi Historialis partem primam octo libris [Et ad calcem ; *EXPLICIT. PRIMVM. VOLVMEN. SPECVLI. HISTORIALIS. IMPRESSVM. PER. IOHANNEM. MENTELLIN.*] & ejusdem secundam, octo libris [Et ad calcem ; *EXPLICIT. SECVNDA. PARS. SPECVLI. HISTORIALIS. VINCENTII. IMPRESSA. PER. IOHANNEM. MENTELLIN.*] quartum, ejusdem tertiam, sedecim libris [Et ad calcem ; *EXPLICIT. SPECVLVM. HISTORIALE. FRATRIS. VINCENTII. ORDINIS. PREDICATORVM. IMPRESSVM. PER. IOHANNEM. MENTELLIN. ANNO. DOMINI. MILLESIMO. QVADRINGENTESIMO. SEPTVAGESIMO. TERCIO. QVARTA. DIE. DECEMBRIS.*] Libri itaque Speculi Historialis sunt triginta duo.

* Sic imprimitur in la Caille p. 61. quod minimè intelligo.

PLATEA ordinis Minorum: *per LEONARDUM Basileensem* [1] fol°. Paduæ. 1473.

Secretta alcuna YSTORIA breve de re KARLO imperatore poi del nascimento & opere di quello magnifico'Cavalieri nominato GUERINO & prenominato MESCHINO: *per Barthol. de Val de Zochio & Martin. de Septem arboribus.* [2] fol. Paduæ. 1473.

Boccacii GENEALOGIÆ DEORUM; & opus de Montib. Sylv. Fontib. Lacub. Fluminib. Stagnis seu Paludib.: *per Vindelin. de Spirâ.* [3] fol. Venetiis. 1473.

SOLINUS de SITU & MIRABILIBUS Orbis: *per Nicol. Jenson.* fol. Venetiis. 1473.

Apuleius: *per Philippum PINZIUM Mantuanum.* [4] fol. Venetiis. 1473.

Plinii Natural. Histor. *per Conrad. Sweynheym, & Arn. Pannartz.* [5] fol. Romæ. 1473.

POLY-

1 Cum his versibus & hâc subscriptione, hìc (uti imprimuntur) exscriptis.

„ Quem legis impressus dum stabit in ere
„ carácter.
„ Dum non longa dies vel fera fata pre-
„ ment.
„ Candida perpetue non deerit fama Basi-
„ lee.
„ Phidiacum hinc superat Leonhardus
„ ebur.
„ Cedite chalcographi: millesima vestra
„ figura est.
„ Archetypas fingit solus at ille notas.

„ M. CCCC. LXXIII. NICOLAO
„ TRONO DVCE VENECIARVM
„ REGNANTE IMPRESSVM FVIT
„ HOC OPVS PADVE FOELICITER.

Versus prædicti comparentur cum versibus ad Virgilium 1472. adnotatis: & ad Vit. del Hieron. 1473.

2 *In Padua a di XXI. de Avrille. M. CCCC. LXXIII. Bartholomaus de Val de Zochio civis Patavus. Martinus de Septem arboribus Prutenus F. F.*

3 Ad calcem Genealogiarum;

D. Jacobo Zeno Patavino episc. R. Zovenzonius poeta D. D.

Zene Zovenzonii decus & spes unica vatis,
Zene Antenorei sol Iacobe soli.
Cuius auratum vestit sacra mitra capillum.
Quem ornanet (haud vereor) pontificalis apex.
Accipe divorum genus, incunabula cœli,
Templa quibus nostri constituere patres:
Donec ab ethereo defluxit Christus olympo
Nostra salus Deus ex virgine factus homo.
Tunc veteratores aris cesere [lege *cessere*]
relictis,
Quas cruor humanus sæpius imbuerat.
Errorem nosces populorum: te liceat [lege
licet] *olim*
Nil lateat. Quippe est mens tua tota sophos.
Stemma vale Veneti lux gloria Zene senatus:
Atque Zovenzonii sit tibi cura tui.
Hac Vindellinus signis qui impressit ahenis
Se tibi commendat familiamque suam.
Venetiis impressum anno salutis M CCCC. LXXII. Nicolao Throno Duce felicissimo Impe.

Et ad calcem operis de montib. sylv. fontib. lacub. fluminib. stagn. seu paludib. *Impressum finit Venitiis Idus Jan. CCCC. LXXIII.* neglecto millenario.

4 *Caille*, pag. 22.

5 Cum versibus sex, *Aspicis illustres* &c. *M. CCCC. LXXIII. die Veneris VII. Maii.* Author literariorum ὑπομνημάτων (quæ vocantur *Memoires de litterature*) tom. 1. part. 2. pag. 276. habet hæc —— *l'Edition qui parût à* Venise *l'an* 1472. *chez* Nicolas Jenson, *& dont* Jean André *l'Evêque d'*Aleria *eut l'inspection.* Pace tamen viri doctiss. Episcopus *Aleriensis* non NICOLAI JENSON *Venetiis*, sed CONRADI SWEYNHEYM & ARNOLDI PANNARTZ.

POLYBIUS Latinè, Nicol. Perotto interprete: *per Conr. Sweynh. & Arn. Pann.* [1] fol. Romæ. 1473.

Commentarii IULII CELSI de rebus Caii Julii Cæsaris. Et Cæsar. Comment. de Bell. Gall. [2] fol. .... 1473.

Virgilius: *per Udalricum Gallum & Simonem de Lucâ.* [3] fol. Romæ. 1473.

CATULLUS: *per Stephanum CORALLUM.* fol. Parmæ. 1473.

STATII SYLVÆ: *per Stephanum Corallum.* fol. Parmæ. 1473.

Martialis Epigrammata: *per Sweynheym & Pannartz.* [4] fol. Romæ. 1473.

Æmil. Probi vitæ. [5] fol. Venetiis. 1473.

Cicer. Epistol. Famil. [6] fol. ..... 1473.

ALEXANDRI GRAMMATICA. [7] fol. Venetiis. 1473.

Dante: *per Antonium Zarotum.* fol. Mediolani. 1473.

Triomfi & Sonetti del Petrarch. fol. Venetiis. 1473.

Franc. Petrarch. Bucolica: *impreſſ. per Arnoldum Terbornem.* [8] 4to. Colon. 1473.

Unum

NARTZ *Romæ*, prælum curabat. NICOLAI autem JENSON Editio *Veneta* anno 1472. eam exhibet *Alerienſis* Episcopi ad PAUL. II. Epistolam, quæ in *Romanâ* editione anni 1470. cujus curam gerebat, primùm excuſa eſt. Solent enim editiones ſubſequentes, quod habetur in præcedentibus, ſæpe repetere. Sic *Veneta* LIVII Editio ann. 1470. recudit Epiſcopi *Alerienſis* Epiſtolam, quam anteà *Romana*, Anno non indicato, at tamen prior, expreſſerat.

1 Cum verſibus, *Aſpicis illuſtres* &c. *Roma impreſſerunt talia multa ſimul.*
M. CCCC. LXXIII. *Die Jovis ultimâ Decemb.*

2 Antiquo minuto abbreviato charactere, neque Loco nec Typographo nominatis. Liber autem ſic incipit: *Caii Julii Ceſaris Dictatoris exordia. Ut pleraque mortalium fragilia* &c. & ſic definit: *explicit liber. Deo gracias.* &c. *Anno Dni Mo. CCCCo. LXXo. Tercio.* Poſtea Cæſaris Comment. de Bell. Gallic. *Gallia eſt omnis diviſa* &c. & in fine hæc verba: *Finiunt Libri Commentariorum Julii Ceſaris de bello Gallico.* LXXIII. neglectis majorum numerorum [M. CCCC.] notis. Lege, quid de hôc Julio ſcribatur in Menagian. Tom. 2. pag. 99. & Tom. 4. pag. 80.

3 VIRGILII Opera cum aliis opuſculis. *In almâ Urbe Româ —— non atramento, plumali calamo neque ſtylo æreo ſed artificioſâ quâdam adinventione imprimendi ſeu characterizandi opus ſic effigiatum eſt ad Dei laudem induſtriéque eſt conſummatum per Udalricum Gallum & Simonem de Lucâ.* M. CCCC. LXXIII. *Die* IIII. *Novemb. Sixti quarti tertio.* Ultima pagina chartarum regiſtrum continet.

4 Editio hæc eſt (ut puto) omnium tertia. Prima per Vindelin. Venetiis, anno non addito, ſed forſan 1470. circiter; quam eſſe credo eandem, quæ à Petro Scriverio in ſuâ 1619. (lege pag. 211.) toties laudatur. Secunda, Ferrarienſis ann. 1471. Tertia hæc Romana, cum verſibus, *Aſpicis illuſtres* &c *Roma impreſſerunt* &c. *M. CCCC. LXXIII. die ultimâ Aprilis.*

5 Hâc editione uſum ſe teſtatur JOANNES SAVARO *Biblioth. Lat.* Fabric.

6 Hanc editionem in *Biblioth. Latin.* affert FABRICIUS ex Catalogo HEINSII.

7 P. M. Le nom entier de cet *Alexander* eſt *Alexander de Villâ Dei.* Le titre ordinaire du Livre eſt *Doctrinale puerorum*; qui, avant celui de *Deſpautere*, étoit la Grammaire Latine la plus uſitée; & qui a été imprimé quantité de fois.

8 Hæc fortè ſunt, quæ Bunemannus citat [Franc. Petrarchæ carmina, Nicolao Marcello principe regnante edita in 4to. majori. 1473.] ex Tomaſino, qui in Petrarchâ redivivo (ed. Patav. 1650. 4to. p. 26.) Antonio Brocardo, *Hoc opus*, inquit, *apud*

z

Unum ex Quatuor, seu Concordantia Evangelistarum, & desuper expositio continua exactissimâ diligentiâ edita à Zachariâ Crisopolita. fol°. .... 1473.

Sermones clarissimi in sacrâ Theologiâ magistri fratris Roberti Caratzuli de Litio ordinis minorum de timore judiciorum Dei: *impressi in civitate Neapolis, die XXI. mensis Julii, M. CCCC. LXXIII. per ARNOLDUM de BRUXELLA.* fol°. Neap. 1473.

Secunda pars hystoriæ Scholasticæ, quæ est de Novo Testamento: *impressa in Trajecto inferiori per magistros Nycholaum KETZLAER & Gherardum de LEEMPT. M. CCCC. LXXIII.* fol°. TRAJECT. 1473.

Institutionum Opus: *per Vdalricum Gallum Alamanum & Simonem Nicolai de Lucâ. X April.* fol°. Rom. 1473.

Nova Compilatio decretalium Gregorii noni: *Anno incarnationis dominicæ M. CCCC. LXXIII. IX. KL. decembris, sanctissimo in Christo patre ac domino Sixto papa IIII. pontifice maximo, illustrissimo nobilissimæ domûs Austriæ Friderico Romanorum rege gloriosissimo, rerum dominis; reverendissimo in Christo patre domino Adolpho archipræsule Maguntino in nobili urbe Maguntiâ, quæ nostros apud majores aurea dicta, quam Divina etiam clementia dono gratuito præ cæteris terrarum nationibus arte impressoriâ dignata est illustrare; hoc præsens decretale glosâ cum ordinariâ domini Bernhardi, non atramentali pennâ cannâve, sed arte quâdam ingeniosâ imprimendi cunctipotente aspiranti Deo Petrus Schoiffer de Gernsheim* [id est, *Gernserheim, nam s* ibi compendium est syllabæ *ser*] *suis consignando scutis feliciter consummavit* [1] fol°. Mogunt. 1473.

apud me extat olim à doctissimo viro Triphone Gabriele enarratum.

1 Vidi in amplissimâ juxtà ac lectissimâ Harleianâ bibliothecâ exemplar horum Decretalium illuminatum initiali Gregorii noni icunculâ, in quo primum uniuscujusque quaternionis folium in Pergamenâ impressum involvebat reliqua ejusdem quaternionis folia in communi chartâ impressa. Ad operis calcem sequentia leguntur carmina; quæ tamen in alio ejusdem editionis exemplari in Pergamen. excuso abesse observavi. Carmina illa describam eodem modo, quo eadem à Germano typographo fuerunt excusa. Mirabitur lector vocum monstra, poësinque tot solœcismis ac barbarismis deformatam, & toties contra omnes grammaticæ partes adeò absurdè peccantem, ut in plerisque Oedipo ad sensum eruendum opus sit.

Cur Deus ultimis temporibus artis impressoria novum seculo munus invenerit.
Pape quid hac nostris petit ars nova & inclyta seclis.
Priscis cur patribus lux ea non micuit.
Quos pater omnipotens creat. hos vocat. hos simul omnes
Vult salvos veri noticia fieri.
Hinc dudum exhibita est cupimus quam vita secunda
Cuncti. sed multi posse venire negant.
Hac iterum ydolatras arte & tinctos & apellas
Accersire parat quam prius adveniat.
Apologia vel excusatio cleri de ignorantia & carentia librorum.

Tran-

Transeat allophilus. Cristi causatur alumnus
Haud se scripturas nosse & apostolicus.
Est ait aut geropres michi nemo aut bibliopola
Grande procul pretium est. & paris alma scola.
Scribi scripturas disponere si volo sacras
Est labor, & falsos accomodare libros.
Si verum exemplar mendax transfertur in instar
Vix male corrigitur. margo sed inficitur.
Atramenve labat membranis. liquitur. elbet.
Sepe & cum precio & codice lector abit.
Fenore sic multo curarum sive labore
Grandibus impensis vix redimitur opus.
Has ob res libros clerus non comparat, imo
Tantis pertasus abstinet incomodis.
Et sic depascit pastor dum pascere nescit.
Ductor seducit nomen habens reducis.
Hinc erit, ut populus sic princeps sicque sacerdos:
Quos ne funguntur pelle sacerdotio.
Excusationis repulsio & artis impressoria commendatio.
Sed quid ages ego dum libros non redimendi
Aut non discendi nulla subest ratio
Causaris. Geropres tibi nemo aut bibliopola.
En venit hic venum codice farta penus.
Accusas nimis esse forum libri preciosum.
Nullus pro simili scriberet hunc precio.
Pauper es, & lodex tibi pulcra. vorans quoque liber.
Te ditet codex nil comedensque liber.
Si nequeat vice pastor paupere de stipe degens,
Comparet hunc pastor vellera lacque legens.
Forte schola est Paridis procul. en gignasticus heros
Ejusdem Thomas doctor Aquinus adest.
Quid prece cum precium labor aut opus est comodanti
Reddere. cum danti sufficiat precium.
Hic verum exemplar mendax non transit in instar,
Mille valent uno stante caracteria.
Ast atramentum probat hoc non esse caducum
Cerotumve rapax aut cineralis aqua.
Quamlibet in fluida carta non liquitur unda
Tetra. neque atrior hac fallit in arte liquor.
Litera continua & par libros gramma venustat.
Ex uno in cunctis esse memor poteris.
Ergo quod objiciant nichil amplius est pater alme.
Quo minus addiscant teque docendo tuos.
Exhortatio ad comparandum libros.
Immensi roboris qua tuta est vinea turris,
Cum propugnaculis principibusque manet.
Sed mille clipeos aut pendentes modo libros
Ad propugnacula nostra videre stupor est.
Heu Salomon ubi sunt docti bellisque robusti.
A quibus ambitur thalamus ille tuus.
Proch ubi pervigiles qui ut quondam femora cingant
Ensibus. aut ubi sunt & gladii ancipites.
Excita paliadios Salomon per cantica psalmos.
Ut sumant almos paule jube gladios.
Hos inquam gladios jubet ad quos Christus emendos
Ut vendant unam discipuli tunicam.
Hi sunt scripture divina volumina sacre
Juris & humani ecce duo gladii.
Heu venit illa dies nox imo venit. ubi ferri
Atque simul verbi fiet opus gladiis.
Quilibet ergo suos emat atque exercitet enses
Hanc propter noctem quam prius adveniat.
Primorum artis magistrorum typus & petri preconium.
Scema tabernaculi Moises Salomon quoque templi
Haud preter ingenuos perficiunt dedalos.
Sic decus Ecclesie majus. major Salomone
Jam renovans. renovat beselehel & hiiram.
Hos dedit eximios sculpendi in arte magistros,
Cui placet en mactos arte sagire viros.
*Quos genuit ambos urbs Maguntina * Johannes*
Librorum insignes prothocaragmaticos.
Cum quibus optatum † petrus venit ad poliandrum
Cursu posterior. introeundo prior.
Quippe quibus prestat sculpendi lege sagitus
A solo dante lumen & ingenium.
Natio queque suum poterit repetere caragma
Secum. nempe stilo preminet omnigeno.
Credere difficile est doctores quam preciosa
Pendat mercede scripta recorrigere.
Orthosintheticum cujus sintagma per orbem
Fulget franciscum presto magistrum habet.

Me

* Joannes Guttemberg & Joannes Fust.
† Petrus Schoiffer.

Aristotel. Ethic. decem libri, Latinè, Leonardo Aretino interprete: *per Sweynb. & Pann. die lunæ undecimâ Januarii.* fol. Rom. 1473.

Strabonis Geographici libri, Latine: *per Sweynbeym & Pannartz. die Veneris XII. Feb.* [1] fol. Rom. 1473.

Pii secundi Pont. Max. epistolæ: *opus impressum per magistrum Antonium de Zarotis Parmensem. Maii XXV.* fol°. Mediol. 1473.

Nicolaus Sagundinus ad Johannem filium de epistolari dicendi genere; Landivii equitis Hierosolymitani ad Francinum Beltrandum in epistolas magni Turci præfatio; Epistolæ Turci Latinè redditæ per Landivium: *impressæ per Arnaldum de Bruxellâ, die XVII. Sept* 4to. Neap. 1473.

Statii Achilleis: *Si quas, optime lector, hoc in opere lituras inveneris, nasum ponito; nam Stephanus Corallus Lugdunensis invidorum quorundam malivolentiâ lacessitus, qui idem imprimere tentârunt, citiùs quàm asparagi coquantur, id absolvit, ac summo studio emendatum litterarum studiosis legendum tradidit. X. Cal. April.* 4to. Parm. 1473.

Synonyma Simonis Genuensis: *impress. per Antonium Zarotum. die Martis. III. Augusti.* fol°. Mediol. 1473.

Nicolai Perotti ad Pyrrum Perottum nepotem ex fratre suavissimum Rudimenta Grammatices: *per Conr. Sweynb. & Arn. Pann. die XIX. mensis Martii.* fol°. Rom. 1473.

Epistola Francisci Petrarche de insigni obedientia & fide uxoria Griseldis in Waltherum: *Ulme impress. per Johãnem Zeiner de Reutlingen.* fol°. paginis viginti. Ulm. 1473.

Omniboni Leoniceni de octo partibus orationis liber; ad Fredericum

*Me quoque * conjunxit illi non vile tragema*
Publica sed comoda & terrigenum columen.
O utinam exscobere falsis moliantur ideam
Qui sintagma regunt & prothocaragma legunt.
Aureola indubie premiaret eos logothece
Quippe libris cathedras mille suberudiunt.

Estimo nec scriptas decretales neque pressas
Conferri nostris in tribus eximiis.
In folium spatium cunctis est marginis equum
Codicis hoc primum fulget ab arte decus.
Querere te textui distantem crebro fatigat
Glosam. hic folium vertere non opus est:
Te cito certificant monstrantia grammata glosam
Correctusque liber perficiet docilem.

1 Hæc editio eadem prorsus est, ac illa prior sinè anno (atq ut puto, circiter 1470.) nisi quòd in hâc absit Jo. Andreæ epistola; & tituli librorum (non, ut in illâ rubricâ scribantur, sed) atramento imprimantur; versus finales [*Aspicis illustres* &c.] in illâ octo sint, in hâc tantum sex. Utramque contuli, & observavi singulas paginas singulis paginis omnino consentire usque ad medium ultimi quaternionis folium, Scil. Lib. XVII. in folio quod incipit *Nunc pelagus.* Præterea ad calcem, librorum index, qui in illâ comparet, in hâc deest.

* In Justinian. Institut. 1472. ubi hi versus imprimuntur, pro *conjunxit* legitur *devinxit.* In his de se loquitur author horum versuum; se scilicet unà cum Francisco, quem modo nominavit, typographis Moguntiacis operam suam dare, & apud eosdem correctoris officium præstare.

cum de Gonzaga Marchionem : *per Jacobum Gallicum.* 4to. Venet. 1473.

3.

Augustini soliloquium de Arrhâ animæ. [1] folo. . . . 1473.
Jo. de Turrecremata in Psalmos. [2] folo. . . . . 1473.
Fioriti extrati de la Biblia [3] folo. . . . . 1473.
Xysti Papæ (ut ferunt) opusculum de sanguine Christi, de potentiâ Dei, de futuris contingentibus. [4] folo. Romæ. 1473.
Compendium Theologicæ Veritatis in VII libris. [5] . . . . 1473.
Jo. Gerson Collectorium super Magnificat. [6] . . . 1473.
Leonardi Utinensis Sermones : *per FRANCISCUM de HAILBRUN & NICOLAUM de FRANCFORDIA socios.* * 4to. Venet. 1473.
Augustini de Anconâ de summâ potestate Ecclesiasticâ. [7] August. 1473.

Sum-

1 Bibl. Ultraject. f. 3.

2 Bibl. Rothean. part. 1. p. 14. n. 533.

3 Labb. Nov. Biblioth. p. 351. n. DCCCCXCVII.

4 Id. p. 350. n. DCCCLX. *Tractatus de Sanguine Jesu Christi : Norib.* 1473. ex Bibl. Norib. Saub. p. 122. Et *S. Petri Cardinal. tractatus de Sanguine J. Christi : Norib.* 1474. ex eâd. p. 125.

5 Biblioth. Augustan. Sed libro in Biblioth. Mindens. nullus annus adscribitur, & literæ indicant majorem vetustatem.

6 Ita finit: *Et sic terminatur hac compilatio devota egregii & famosi magistri Jo. Gerson Sa. pagina doctoris eximii cancellarii Paris. A. D. M°. CCCC°. LXXIII°.* Duplex exemplar, quorum unum illuminatum, in Biblioth. Monaster. S. Mauric. & Simeon. Mind. Puto Saubert. ex conjecturâ (aut quòd vox *Paris.* sequatur vocem *Cancellarii*) in Histor. Bibl. Norib. p. 128. addidisse locum, *Paris.* 1473.

* Vid. Nov. Litt. Lipf. 1719. n. XI. p. 127. Hæc editio teste Monetâ habetur Divione in Bibliothecâ Carmelitarum.

Menagian. Tom. 3. p. 499. 500. 501.] „ Ceux qui ont cru que de toutes les im„ pressions la plus ancienne étoit celle des „ Sermons de Leonard d'Udine pretendüe „ faite l'année 1446. se sont trompés. Cet„ te année est la datte de la compilation „ de ces sermons, mais la datte de l'im„ pression est de 1473. J'ay vu le li„ vre dans la bibliotheque des Carmes de „ Dijon. C'est un volume in 4to. épais de „ 4. doigts imprimé à Venise en lettre Go„ thique à 2. colonnes avec cette inscrip„ tion à la fin, où le temps de la compi„ lation est nettement distingué de celui „ de l'impression en ces termes copiez ici „ fidelement. *Expliciunt Sermones aurei de „ Sanctis per totum annum quos compilavit „ magister Leonardus de Utino, sacra Theo„ logia doctor, ordinis fratrum Prædicato„ rum, ad instantiam & complacentiam „ magnifica communitatis Utinensis ac no„ bilium virorum ejusdem. M.CCCC.XLVI. „ in vigilia beatissimi patris nostri Dominici „ confessoris, ad laudem & gloriam Dei „ omnipotentis, & totius Curia triumphan„ tis. Impressi quoque sunt hi sermones Ve„ netiis per magistrum Franciscum de Hail„ brun & magistrum Nicolaum de Franc„ fordiâ socios. Laus Deo. MCCCCLXXIII.* „ Cette édition a été vue par le Pere Lab„ be, qui la rapporte p. 355. de sa nou„ velle Bibliotheque de MSS. Mais par „ une faute ou de l'auteur ou de l'impri„ meur l'année, qui devoit être marquée „ 1473. a été marquée 1475. Vide Annal. Typogr. Tom. I. p. 24. 25.

7 Bibl. Norib. Saub. p. 123. Olear. Bibl. Eccles. p. 89.

Summæ Hostienſis duo Tomi. [1] fol°. Romæ. 1473.
Corporis Juris Canonici cum apparatu Tom. II. [2] Mogunt. 1473.
Decretalium Bonifac. VIII. lib. 6. *per Petrum Schoiffer de Gerns.* (in membranâ) [3] fol°. Mogunt. 1473.
Petri de Ebano [Abbano, Apono] de Venenis. [4] fol°. Mant. 1473.
Joannis de Janduno [ſive Ganduno] Quæſtiones ſuper tres libros Ariſtotelis de Animâ. [5] fol°. Venet. 1473.
Averroes in Ariſtotelis Metaphyſicam : *per LAURENTIUM CANOZIUM.* [6] fol°. Patav. 1473.
Ægid. Roman. de regimine principum. [7] . . . 1473.
Roderic. Zamor. Speculum Vitæ Humanæ. [8] Aug. Vind. 1473.
Histor. Hungar. *typis ANDR. HESS.* [9] fol°. BUDÆ. 1473.
Historia Fiorentina di Leonardo Aretino tradotta della lingua Latina nella vulgare per Donato Acciaioli. [10] fol°. Venet. 1473.
Pomponii Melæ Coſmographia cum comment. Cocchi. * Venet. 1473.

4

[C] Bartolus in Digesta : *per Jo. de Colon. & Jo. Manthen.* fol°. Venet. 1473.
Rob. de Licio de Amore Divinorum Officiorum. [11] Neapol. 1473.
Nicolai Bonethi Ord. Minor. Metaphyſica. [12] [BARCINONE] 1473.
Gebri Arabis liber, qui Flos Naturarum vocatur. [13] *impreſſus anno.* 1473.
[74]

1 Labb. Nov. Bibl. p. 338. n. XI. & XII.
2 Bibl. Norib. Saub. p. 123.
3 Ibid. p. 121.
4 Commelin. Cat. Lugd. B. 1607. b. ij. De eâdem editione Heindreich. in Pandect. Brandenb. fol. 4. b. qui eam in 4to. citat, & addit in Bibliothecâ Brandenburgicâ Reg. Boruſſiæ extare Abani MS. de Venenis.
5 Labb. Nov. Bibl. p. 340. n. CLXI.
6 Id. p. 338. n. X. Habetur etiam exemplar in Bibliothec. Cantabrig. Ubi additur locus & typographus.
7 Bibl. Norib. Saub. p. 122. & Beughem. p. 3.
8 Bibl. Norib. Saub. p. 122. *Per Gunth. Zeiner.* Caille. p. 28.
9 Prima & rariſſima editio vocatur à Lambecio in diario Sacr. Itiner. Cellenſ. ed. noviſſ. f. 84. n. 267.
10 Bunemannus citat ex Labb. Nov. Bibl. p. 341. n. CCXVI. ſed erravit Labbeus, dum tempus traductionis pro tempore impreſſionis accipit. Vide ſub anno 1476.
* Bibl. Norib. Saub. p. 123.
11 Val. Erneſt. Lœſcher. ex Cavio. P. I. p. 161. Append. Et *Roberti Caraczoli Sermones de timore Divinorum judiciorum. fol°. Neapoli.* 1473. Bibl. Barber. part. 1. p. 229.
12 Hallervord. Biblioth. Curios. p. 285. 286. Suſpicor tamen hîc errorem eſſe in numeris : nam Beughem. p. 33. hanc editionem prodiiſſe *Barcinone* 1493 ſcribit. Sic & Bunemannus ex Biblioth. Auguſtan. Reiſer. p. 114.
13 Biblioth. Simler. p. 221.

ſ

[74] Gul. Durandi Rationale Divin. Officiorum: *præſens præclarum opus Romæ non atramento, plumali* &c (utì in Virgilio hujus anni) *per Uldaricum Gallum & Simonem de Luca, A. D. M. CCCC. LXXIII. Die XXIII. menſis Junii.* [1] fol°. Romæ. 1473.

[157] Alvarus Pelagius de Planctu Eccleſiæ; Vol. 2. *per Joan. Zeiner.* fol°. (in chartâ magnâ, liber rariſſimus) [2] Ulmæ. 1473.

[74] Joannis de Turrecremata meditationes cum figuris: *Finite ſunt contemplationes Reverendi Patris Domini Joannis de Turrecremata ſacroſancte Romane Eccleſie Cardinalis, poſite & depicte de ipſius mandato in Eccleſie ambitu ſancte Marie de Minerva Rome, non atramento, plumali* &c (ut ſuprà) *per Uldaricum Gallum Alemanum & Simonem de Luca Anno Domini M CCCC LXXIII. die vero XVij. Octobris. Regnante Sixto Quarto Pontifice Maximo.* Romæ. 1473.

[110] Petri de Bergamo Ord. Præd. Tabula aurea operum D. Thomæ Aquin. *per Baldaſer. de Azzoguidis.* fol°. Bonon. 1473.

[147] Baldi J. C. opera: *per Stephanum Corallum.* fol°. Parmæ. 1473.

[140] Vincentii Bellovacenſis Speculum Hiſtoriale, ab orbe condito ad ann. 1241. *per Anton. Coburger.* [3] fol°. Norib. 1473.

D

Pſalterium Latinum: *per Fredericum Creuſner.* [4] Noriberg. 1474.

S. Auguſtin. de Civit. Dei: *per Uldaricum Gall. Almanum & Simonem. Nicolai de Lucâ. IIII. Februarii.* fol°. Romæ. 1474.

Euſeb. HISTORIA ECCLESIASTICA, per Rufinum è Græco in Latinum traducta. fol. . . . . 1474.

Lactantius: *per Udalricum Gallum Alamanum & Simonem Nicolai de Lucâ.* [5] fol. Romæ. 1474.

Al-

1 Aliam hujus libri editionem à Joan. Zeiner, Ulmæ hôc anno in fol°. vulgatam afferunt Ant. Orlandi p. 157. & Beughem. p. 56.

2 Bunemannus (utì & Beughem. p. 104.) ex Biblioth. Norib. Saub. p. 125. Geſner. Bibl. f. 31. 2. Olear. Bibl. Eccleſ. p. 38. adducit, *Summam Alvari Pelagii Ord. Minor. de planctu Eccleſia Chriſtiana: Ulm. & Reutling.* 1474. Error in voce *Reutling.* (ſi quis eſt, ut conjecto) hinc oritur, quòd Zeiner *Ulma* typographus *Reutlinga* natus fuerit.

3 Sic & Beughem. p. 143. niſi quòd typographi nomen omiſerit.

4 Long, *Biblioth. Sacr.* & Bibl. Norib. Saub. p. 124.

5 *Almâ in urbe Româ totius mundi reginâ & digniſſimâ imperatrice, qua ſicut cateris urbibus dignitate praeſt, ita ingenioſis viris eſt referta, non atramento, plumali calamo, neque ſtilo * ęreo, ſed artificioſâ*

* *Ereo* non poteſt accipi (ut author doctiſſ. mſti à me antea citati ad editionem Cicer. Offic. 1465. interpretatur *area* pro *aërea*) pro *aëreo*, nam per diphthongum ę ſive æ excuditur.

AIGUILLON de l'AMOUR DIVIN: *par Pierre CARON.*[1] 4to. Paris. 1474.

PETRI de ANKARANO Consilia IURIDICA: *per Adam Rot Clericum Metens. Dioec. XXVII. Junii; sub Sexto IIII.* fol. Romæ. 1474.

HENRICI HARP SPECULUM: *per Petrum Schoeffer.*[2] fol. Mogunt. 1474.

BREVIARIUM ROMANUM: *per JOHANNEM FABRI & JOHANNINUM de PETRO.*[3] fol. TAURINI. 1474.

ANTON. GUERNERII Papiensis tractatus de MULIER. ÆGRITUDINIB. fol. . . . . 1474.

Liber Cibalis & Medicinalis PANDECTARUM MATTHÆI SYLVATICI medici de Salerno, Roberto Regi Siciliæ inscriptus. fol. 1. *April.* ** Neapol. 1474.

Manfredi il Percha; liber de medicinâ adinstar Aristotelis problematum; Liber de HOMINE & conservatione Sanitatis Italicè: *per Ugonem RUGERIUM & Doninum BERTOCHUM Regienses. Primâ Julii.* fol. Bononiæ. 1474.

Hesiodi THEOGONIA Latinis hexametris: & Plutarch. Apophthegmata à Franc. Philelpho traducta ad Philippum Mariam Anglum Mediolanensium ducem: *per Andream Gallum.*[4] 4to. Ferrariæ. 1474.

Liber

ciosa quâdam adinventione imprimendi seu caracterizandi sic effigiatum ad Dei laudem industrieque est consummatum per Vdalricum Gallum Alamanum & Symonem Nicolai de Lucâ, anno Domini M. CCCC. LXXIIII. die XII. Februarii. Pontificatu Sixti Papa quarti, anno ejus tertio.

Initio præfigitur epistola Joan. Aleriensis anno M CCCC LXX. data. Postea, *Ad R. P. D. Dominicum episcopum Brixiensem S. D. N. Papa vicarium Lactantii Firmiani emendatio per Angelum Cneum poetam laureatum. —— Nos cùm superioribus diebus ab Vdalrico Gallo Alamano & Simone Nicolai de Lucâ novarum impressionum, &, ut verè loquar, divinitus inventarum nobilibus ac singularibus opificibus rogaremur, ut Lactantii codices revolveremus* &c. *aliquanto limatiores Quintiliani libros oculis & studio tuo dignaberis* &c. *Nos cùm emendationes Lactantii à pluribus & sæpius factas tam Roma quàm Venetiis cerneremus, elicere conati sumus verissimum* &c.

1 Chevill. p. 57. Caille p. 61. *L'Aiguillon de l'Amour divin* de St. BONAVENTURE, traduit par JEAN GERSON.

2 Mallincrot. p. 68. *Fr. Henrici Harp Speculum aureum decem praceptorum Dei, opus praclarum in nobili Urbe Moguntiâ, quam imprimendi Arte ingeniosâ gratuitóque dono gloriosus Deus plus cateris terrarum nationibus praferens illustrare dignatus est, non atramento plumali canneâve pennâ cannâve, sed adinventione quâdam perpulchrâ per honorabilem virum Petrum Schoeffer de Gernsheim feliciter est consummatum Anno Dominica incarnationis.* M. CCCC. LXXIIII. *mensis Sept. Id. quarto.* Vide Bibl. Lugduno-Batav. Edit. 1640. p. 15. & Val. Andr. Bibl. Belg. p. 355.

3 *Bibliothec.* Tellerian. p. 210.

** Bunemannus ex J. A. Fabric. ad Trithem. de Script. Eccles. f. 127. not. [K] affert *Matth. Silvatic. Pandect. Medicin. fol. Bonon.* 1474. Beughem p. 127. habet *Bononia. & Neapoli.* 1474. Orland. p. 407. *Bononia* 1474. *per Baltassar. Azzoguid* ac 1474. *per magistrum Jo. Vurster de Kampidona, charact. nitidissimo, magnum Volumen.*

4 BONINI MOMBRITII *Mediolanensis* præfat. ad BORSIUM Ducem *Mutina* &c. in HESIODI *Theogoniam.*

Liber PRÆDICABILIUM Latinè : *per Johan. de Westphaliâ Paderbornensem cum THEODORICO MARTINI* [1] 8°. ALOST. 1474.

La PHISIONOMIE du Conciliator PIERRE d'APONO : *per Petrum MAUFER.* [2] Paduæ. 1474.

THOMASINI de Ferraria opus QUADRAGESIMALE : *per Johannem Koelhof.* [3] Colon. 1474.

HIEROCL. in PYTHAGOR. Latinè : *per Barth. de Val.* [4] 4to. Paduæ. 1474.

Tho. Aquin. QUODLIBETA : *per Andream FRISNER. de Wunsidel & Johan. Sensenschmid.* [5] fol. Norberg. 1474.

QUÆSTIONES Joh. Scoti super 2°. Sententiarum à Thomâ Penket Anglico emendatæ : *impresse per ALBERTUM de STENDAEL.* fol. . . . 1474.

VITA del IESU CHRISTO e de la sua gloriosa madre Vergene MARIA : *per Baldaser. de Azziguidi.* [6] fol. Bononiæ. 1474.

TESORO de ser BRUNETTO. Latinè. fol. *XVI. Decemb.* Tarvisii. 1474.

Librorum METAPHYSICÆ Aristotel. ab AVERROI Cordubensi commentatæ translatio : *per Laurentium Canozium Lenenariensem.* [7] fol. Paduæ. 1474.

Gul. DURANTI SPECULUM tribus Voluminibus, & quarto Volumine Speculatoris cum additionibus Jo. An. & Baldi : *per Georg. Laver.* [8] fol. Romæ. 1474.

AMMIAN. MARCELLIN. *per Impressores Georg. SACHSEL de*

In fine ——— *Ad decus gloriamque illustrissimi quondam Ducis Borsii & domûs Estensis ; ad Bonnini Mombritii Hesiodique memoriam ; Peregrini Prisciani nobilis Ferrariensis operâ, per Andream Gallum Ferrariæ hoc opus impressum est Anno legis gratiæ* M. CCCC. LXXIIII.

1 *In Alosto oppido Comitatûs Flandriæ per Johannem de Westphaliâ Paderbornensem cum socio suo Theodorico Martini.* M. CCCC. LXXIIII. *Maii die sexto.*

2 Chevill. p. 65. Naud. *Addit.* p. 137.

3 Caille, pag. 26. & Bibl. Norib. Saub. p. 125.

4 AURISPÂ interprete, cujus præfatio ad NICOL. Pontif. V. ——— *nuncios per diversas mundi partes ad libros perquirendos tam Græcos quàm Latinos tuâ impensâ misisti.* ——— *Venetiis tuo jussu libros aliquot emi, inter quos reperi Hieroclem super versibus Pythagoræ aureis* ——— *Octogenarius jam* ——— *ego hoc opusculum Latinum effeci* ———
Impressum M. CCCC. LXXIIII. *Patavii.* XV. *Kal. Maias.*
Bartholomæus de Val de Zocchc. F. F. TELOS.

5 Caille, pag 28. & Bibl. Norib. Saub. p. 125.

6 *Stampato in Bologna in casa d'Baldisera de li Azziguidi dieci de Decembre.* M. CCCC. LXXIIII.

7 *Finis impositus est nobilis Vincentini Johannis Philippi Aureliani & fratrum impensâ, operâ verò atque ingenio Laurentii Canozii Lenenariens. impress. Patavii.* M. CCCC. IIII. & LXX. III. *Kalendas Febr.*

8 *Impress. Romæ per Venerabilem magistrum Georgium Laver de Herbipoli.* M. CCCC. LXXIIII. XV. *Martii.*

de Reichenbal & Barthol. GOLSCH *de Hobenbart clericos.* [1] fol. Romæ. 1474.

VALER. MAXIM. *per Joh. de Colon. ac Joh. Manthen.* [2] fol. Venetiis. 1474.

HERODOT. HALICARNASS. HISTORIÆ. Latinè, Laur. Vallâ interprete: *per Jacob. Rubeum natione Gallicum.* [3] fol. Venetiis. 1474.

Justinus Historicus: *per Anton. Zarotum.* [4] fol. Mediolani. 1474.

Quint. Curtius. [5] fol. . . . . . 1474.

Cicer. Offic. Parad. Amicit Senect. *per Ant. Zarotum.* fol. Mediolani. 1474.

Cicer. Offic. Parad. Amicit. Senect. Somn. Scip. necnon de essentiâ mundi: *qui peroptimè emendatus impressus extat ductu & expensis Johannis de Coloniâ Agrippinensis & Johannis Manthem de Gherretshem.* fol. Venetiis. 1474.

Eadem. fol. *vigesimâ quartâ Decembr.* Neapol. 1474.

Virgil. cum opuscul. *per Philippum de Lavagnâ.* [6] fol. Mediolan. 1474.

Ovid. Operâ: *per Jacobum Rubeum.* [7] fol. Venet. 1474.

Te-

1 *Impressio Romæ facta est totius orbis terrarum reginæ olim & imperatricis arte maxima & ingenio per dignissimos impressores Georgium* SACHSEL *de Reichenbal & Bartholomeum* GOLSCH *de Hohenbart clericos; Anno dñi M. CCCC. LXXIIII. Die vero VII Junii mensis, Pontificatu vero Sixti Divina providentia Papæ Quarti, anno ejus tertio. Ad R. D. Ludovicum Donatum Episcopum Bergomensem præfatio in Ammiano Marcellino per A. Sabinum Poe. Lau.* —— *Vixque tantus author à quarto decimo libro ad sextum & vigesimum extat. Hii quoque libri per dignissimos impressores Georgium Sachsel de Reichenbal & Bartholomeum Golsch de Hohenbart clericos dantur in lucem: qui si aliquanto depravatiores apparebunt, non illi vitio dandi, nec nos qui commisimus imprimendos; quando maxima penuria in totâ Italiâ hujus voluminis est: nec fuit quod revolvere possemus, atque illis limam addere* &c. Henr. Valesius in suâ hujus historici editione ad lectorem. c. 3. *Prima Marcell. Histor. editio prodiit A. D.* 1474. *cui præfuit A. Sabinus poëta laureatus. Hæc editio, utpote nondum exortâ criticorum natione, omnium fidelissima est. Nævos enim exemplaris sui & lacunas servat omnes.*

2 *Venetiis, impressoribus expositus fuit per Joh. de Colon. Agrippin. ac Joh. Manthen de Gherretshem* M. CCCC. LXXIIII. *qui unà fideliter viventes eosdem impressores ad hoc duxerunt.*

3 Chevillerius, pag. 65. notat hunc RUBEUM perperam nominari Johannem à Naudæo (*Addit.* pag. 135.) & Johanne la Caille, (p. 21.)

4 Cum his versibus:

Historias veteres peregrinàque gesta revolvo
Justinus. Lege me: sum Trogus ipse brevis.
Quem manus Antonî Zarotho sanguine creti.
Impressit solers, Insubribúsque dedit.
M. CCCC. LXXIIII. *Idib Jun.*

Versus duo priores iidem sunt, qui in JUSTIN. 1470. ex edit. JENSON.

5 Fabric. *Biblioth. Lat.* pag. 445. vocat hanc primam CURTII editionem, quæ fuit apud CASPAREM BARTHIUM.

6 Bucolic. Georgic. Æneid. Maphei Vægii supplementum Copa. Moretum. Diræ. Epigrammata. Culex. Priapeia. 1474. *die* 14. *Junii.*

7 *Hujus opera omnia, Medeâ exceptâ & triumpho Cæsaris, & Libello illo Ponticâ linguâ composito, quæ incuriâ temporum perierunt, Jacobus Rubeus natione Gallicus honestissimo loco natus impressit, Nicol. Marcello*

Terentius. fol. *Prid. Non. Aug.* sinè distinctione versuum. . : 1474.
Horatius : *per Anton. Zarotum Parmensem. Die 16. Martii.* fol. * Mediolan. 1474.
Horatius : *per Carnerium AUGUSTINUM.* [1] 8vo. Ferrariæ. 1474.
Propertius. [2] . . . . . 1474.
Marci Manlii poëtæ clarissimi Astronomicon ad Cæsarem Augustum libri 5 Aratus Germanici ad Augustum : *impress. per me Ugonem Rugerium & Doninum Bertochum.* [3] fol°. [*die vigesima Martii. MCCCCLXXIIII. Laus Deo. Amen.*] Bonon. 1474.
VA-

lo duce Venetiarum. M. CCCC. LXXIIII.

Calphurnii carmen ad lectorem.

Perlege Nasonis divina poëmata lector
Musarum qui vis fontibus esse sacer.
Hic dedit ad reliquos compendia summa poëtas
Invia qui primus per loca fecit iter.
Corpora ter quino mutata volumine finxit
Unde fere est omnis fabula nota tibi.
Alterno teneros tibi carmine lusit amores:
Sanavitque sua vulnera facta manu.
Cesare dehinc leso geticum relegatus in orbem.
Composuit fastos: exiliique modum.
Sed dignum , hac veneta qui gallicus urbe jacobus
Impressit , mira condidit artis opus.

* *Anno MCCCCLXXIIII. Antonius Zarotus Parmensis cuncta opera Horatii Flacci Venusini non indiligenter emendata eleganter atque fideliter impressit. Quisquis hac coëmerit , nunquam pœnitebit.*

1 In exemplari , quod vidi , deerant *Sermones* & *de Art. Poët.*. Et hi versus addebantur,

Ferraria impressit regnante sub Hercule divo ,
Regia quo gaudet nunc Lionora viro ;
Carnerius puer Augustinus: cui dedit almam
Bernardus lucem bibliopola bonus.

2 Fabric. *Biblioth. Lat.* p. 259.

3 In hâc primâ editione notandum est hunc poëtam appellari *Manlium* , non *Manilium.* Hunc à Poggio inventum primò fuisse scribit Jo. Bapt. Recanatus in Poggii vitâ (pag. X. Pogg. Histor. Florent. ann. 1715. Unà cum Manilii Astronomicis prodierunt Aratea Phænomena à Germanico Latinis metris reddita ; quæ à Barthio innui , cùm lib. 47. Adversar. c. 18. membranas Bononienses allegaret , observat Fabric in Biblioth. Lat. lib. 1. cap. 19. Laurentii Bonincontrii Miniatensis commentaria in Manilium impressa Bononiæ ann. 1474. memorantur in Biblioth. Simler. p. 445. Sed Alb. Fabricius in Bibl. Lat. lib. 1. cap. 18. scribit ea Florentiæ anno 1484. fuisse addita. Antonius Orlandi p. 110. habet hæc : *M. Manilius Antiochenus* [Fabricius in Bibl. Lat. observavit Manlium Antiochenum cum Manilio poetâ à quibusdam confundi] *Astrologus & Poëta , Astronomicorum ejus libri V. versu heroico conscripti : per Baldaser. de Azzoguid. fol°. Bonon.* 1474. Sic Beughem. p. 90. omisso typographi nomine. Forsan Orlandi credidit hunc librum , utì & alios aliquot Bononiæ excusos , non ex aliis , quàm Baldaseris de Azzoguidis , officinâ prodiisse. Sic *Diodorum Siculum* 1472. & *Bernard. Expofit. nelli triumph. del Petrarch.* 1475. Baldaseri attribuit : quos tamen vidi sinè ullius typographi nomine; quique potuerunt tam apud *Rugerium* aliúmve quàm apud *Baldaserem de Azzoguidis* imprimi.

Bunemannus scribit *Manilium Bonincontrii: fol°. Rom.* 1475. ex Joseph. Scaligeri auctione p. 32. cum ejus MSS. notis emptum fuisse à Bibliothecâ Lugdun. B. teste P. Scriverio , pro 1 flor. 9 obol. & hanc editionem mereri examen ulterius , eò magis quòd ab aliis ad ann. 1475. non memoretur; Simlerusque Bonincontrii Commentaria anno 1474. excusa affirmet. Manilii editio Bononiensis ann. 1474. à me visa habet textum solum : in quem Bonincontrii commentaria anno sequente , nempe 1475. forsan prodire potuerunt. Michael Fayus , qui anno 1679. Manilium in Serenissimi Del-

VALER. FLACCI ARGONAUTICA: *per Ugonem Rugerium & Doninum Bertochum Regienses.* [1] fol. Bononiæ. 1474.

CALDERIN. Comment. in MARTIAL. *per Jacobum de Rubeis.* [2] fol. Venetiis. 1474.

Domit. Calderin. Comment. in Juvenal. cum defensione commentariorum Martialis, & recriminatione adversùs Brotheum grammaticum ad Julianum Medicen Florentinum: *editi Kal. Sept.* * fol. Rom. 1474.

Ejusd. Calderin. Comment. in Martialem, cum defensione: *impressi operâ & impendio Johannis de Coloniâ Agrippinensi & Johannis Manthen de Gherretzem, qui unà fideliter degentes eosdem impressores ad hoc duxerunt.* fol°. ** Venet. 1474.

A. SABINI Paradox. in Juvenal. *per Georg. Sachsel & Barthol. Golsch.* [3] fol. Romæ. 1474.

VARR. de LATIN. LING. & ANALOG. *per Joh. de Colon. &*

Delphini usum adornavit, notat hunc authorem *ex bibliothecis Germaniæ erutum & primum publicatum, jam tum nascente typographia, à Poggio Florentino* [At Poggius, utì monui in Annal. Typogr. Tom. I. p. 109. decessit anno 1459.] Deinde *evocatum Florentiam ex oppido Miniatensi in Italiâ Laurentium Bonincontrium astrologum; qui temporibus Alfonsi Neapolitanorum regis, hoc est ante ducentos annos & amplius* [quod propè satis ad ann. 1475. accedet] *poëtam hunc publicè interpretatum fuisse, nactum, ut ipse testatur, emendatiorem codicem, quàm quo usus erat Poggius.* At verò Bonincontrius si anno 1475. Manilium publicè interpretatus fuerit, non tamen indè sequitur ejus Commentaria eodem anno fuisse excusa. Josephus Scaliger in suis ad editionem Manilianam anno 1600. apud Christoph. Raphelengium publicatam Prolegomenis scribit *Laurentium Bonincontrium Miniatensem, ante centum quindecim annos, Commentarium nullius aut perexiguæ frugis in hunc poëtam edidisse. primúmque publicè interpretari conatum esse.* Si autem 115 anni anno 1600. detrahantur, propiùs perveniemus ad Florentinam editionem 1484. à Fabricio memoratam. Porrò videtur probabilius Bonincontrii Commentaria prodiisse Florentiæ, in quam urbem (utì suprà ostendi) evocatus ibidem poëtam illum interpretabatur.

1 *Die septimâ Madii.* Notandum est mensem *Maium* in antiquis illis inscriptionibus sæpe vocari *Madium.*

2 *Venetiis Arte & ingenio diligentissimi impressoris Jacobi de Rubeis natione Gallici. M. CCCC. LXXIIII. Idibus Septembris. Nicolao Marcello duce Venetiarum.*

* *Calphurnius Brixiensis Antonio Moreto amicorum optimo Salutem. Expositiones Domitii Calderini in Juvenalem summâ curâ recognovi: quas exclusâ in cæteros malivolentiâ cæteris omnibus, quas in Juvenalem adhuc viderim, præferre non dubito. Quare quod de Martiale diximus, idem de hoc opere Juvenalis præclarissimo affirmare possum, superioribus temporibus minimè intellectum fuisse, dum turba illa rudis antiquitatum ignara quasdam ineptias minimè tolerandas effunderet. Quod quum Domitio viro eruditissimo litterarum studiosi plurimum debeant, ut tibi quoque se debere fateantur, necesse est, qui curas & eniteris, ut hæc diligenter impressa ad studiosorum manus perveniant. Nam cæteri impressores, qui tuo consilio non utuntur, libros depravare consueverunt: quod certè huic arti turpissimum est.* &c.

** Bunemannus ex Catal. Ultraject. 1670. f. 63. citat editionem Coloniensem. At puto catalogi authorem deceptum fuisse nomine Joannis de Coloniâ, qui Venetiis imprimebat.

3 *Per Georgium Sachsel de Reichenhal & Bartholomeum Golsch de Hohenbart Clericos. Millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto. IX. August.*

& Joh. Manth. fol. Venetiis. 1474.

Sallust. *ductu & impensis Joh. de Colon. & Joh. Manth.* fol. Venetiis. 1474.

Corpus Canonicum. [1] fol. Venetiis. 1474.

SUPPLEMENTUM Summæ, quæ PISANELLA vocatur: *per Mathiam MORAVUM de Olomuntz & MICHAELEM de MONACHO socium ejus.* [2] fol. IANUÆ. 1474.

ABBAT. PANORMITANI Comment. in DECRETAL. *per Vindelin. de Spirâ.* [3] fol°. . . . 1474.

Fest. Pomp. *per Joh. de Colon. & Joh. de Manth.* [4] fol°. Venet. 1474.

Aul. Gell. [5] fol°. Romæ. 1474.

Sti. Ambrosii episcopi Mediolanensis de officiis libri tres; [*Et ad finem eodem charactere*, Vita Sti. Ambrosii secundùm Paulinum episcopum Nolanum ad beatum Augustinum episcopum; Passio sanctorum martyrum Protasii & Gervasii; Ambrosii ad Marcellinam sororem de inventione corporum Protasii & Gervasii; Vita gloriosæ virginis Agnetes à Sto. Ambrosio edita; Passio sanctorum martyrum Vitalis & Agricolæ:] *impress. per Christoforum Valdarfer Ratisponensem. die VII. Januarii.* 4to. Mediol. 1474.

Reverendissimi cardinalis tituli sancti Sixti domini Johannis de Turrecrematâ expositio brevis & utilis super toto Psalterio: *impressa anno Domini M. CCCC. LXXIIII. tercio Idus Septembris per Petrum Schoyffer de Gernsheim feliciter est consummata.* fol°. Mogunt. 1474.

Magistri Alberti ordinis prædicatorum sermones: *per Arnoldum Therhurnen.* fol°. Colon. 1474.

Opus ruralium commodorum Petri de Crescentiis: *quodam industrioso caracterizandi stilo, novissime omnipotentis Dei suffragio adinvento; extitit hac littera vera modernata abscisa & formata impressum per Joannem de Westfalia Paderbonens. Dioces. in alma ac florentissima Lovaniensi Universitate residentem anno M CCCC LXXIIII. Decembris die nona.* fol°. Lovan. 1474.

De-

1 Fabric. *Biblioth. Lat.* p. 847.

2 *Janua.* X. *Cal. Julii. millesimo quadringentesimo* LIJ. *quarto*, ubi notæ [LIJ] significant [LXX.]

3 Is Abbas *Panormitanus* fuit NICOLAUS DE TUDISCHIS *Siculus.* Cum his versibus:

Abbatis pars prima, notis quæ fulget ahenis,
Est Vindelini pressa labore mei;
Cujus ego ingenium de vertice Palladis ortum
Crediderim: veniam tu mihi, Spira, dabis.
1474.

Naud. *Addit.* p. 138. Caille, p. 21.

4 *Impensis Johannis de Coloniâ nec non Johannis Manthem de Gherrezem, qui unà fideliter degunt, impressioni diditur.* M. CCCC. LXXIIII. *XXIIII. Decemb.*

5 Fabric. *Biblioth. Lat. pag.* 510.

Decretorum Codex: *impressus singulari industriâ atque impensâ Nicolai Jenson, M. CCCC. LXXIIII. quarto Calendas Julias. Sixto quarto Pontifice maximo., Nicolao Marcello inclyto Venetorum duce.* fol°. Venet. 1474.

Radulphus de vitâ Jesu Christi in Evangelio traditâ: *per Nicolaum GOTZ de Sletzstat; Philippi Jacobique profesto, 1898. Jhesu incarnationis anno.*[1] fol°. in sanctâ Coloniâ. 1474.

MODESTUS de re militari; Libri de magistratibus, Sacerdotiis, & legibus; Suetonius de grammaticis & rhetoribus: *operâ & impendio Bartholomei Cremonensis ac BARTHOLOMEI de CARLO Vercellensis ejus consocii, die XXVII. Madii. M. CCCC. LXXiiii. Nicolao Marcello inclyto Venetiarum duce.* 4to. * Venet. 1474.

Sallustius: *per Johannem Coloniæ Agrippinensis necnon Johannem Manthem de Gherretshem, qui unà fideliter vivunt. XXIII. Martii.* fol°. Venet. 1474.

Blondi Forliviensis Italia illustrata; item Roma instaurata: *Romæ in domo nobilis viri Joannis Philippi de Lignamine Messanen. S. D. N. familiaris; hic liber impressus est anno Domini MCCCCLXXIIII. die verò Lunæ quintâ mensis Decembris; Pont. Sisti IIII. anno quarto.* fol°. Rom. 1474.

Ciceronis Orationes Philippicæ: *curâ & sollicitudine Johannis de Coloniâ Agrippinensi necnon Johannis Manthen de Gherretshem impressæ.* fol°. Venet. 1474.

Mar. Fab. Victorin. in Rhetoric. Ciceronis: *impress. per Antonium Zarotum Parmensem. V. Idus Decembris.* fol°. Mediol. 1474.

Homeri poëtarum supremi Ilias per Laurentium Vallensem in Latinum sermonem traducta: *HENRICUS Coloniensis & STATIUS Gallicus feliciter impressere; cum Justiniani Luzagi ad Bernardum Justinianum equitem auratum & oratorem eloquentissimum epistolâ.* fol°. *VIII. Kal. Dec.*[2] BRIXIÆ 1474.

Acronis commentatoris egregii in Quinti Horatii Flacci Venusini opera expositio: *per Antonium Zarothum Parmensem impressa, Idibus Sextilibus.* fol°. Mediol. 1474.

Junii Juvenalis Aquinalis Libri. [*Explicit Juvenalis. Deo gracias. M. CCCC. LXXIIII.*]; Auli Persii Volaterrani Satyrarum libri [*Laus Deo.*

1 Ejus insigne erat Scutum cantheriatum cum tribus conchis, & hoc lemmate, *sola spes mea in te virginis gratia.*

* In hujus libri exemplari, quod consului, non inveni Epigramma, quod legitur in fine *Vit. del S. Hieron.* 1473. quódque Antonius Orlandi p. 26. huic *Modesti* editioni subscribi dicit.

2 Cum epigrammate octasticho, cujus sunt versus hi quatuor;

Primus honor Vallæ (namque is traduxit) at alter
Bernardus posthac Justinianus erit.
Namque hic occiduas orator missus ad oras
E Gallis Latias rettulit ille domos.

Deo. Finis.] : *per Andream Gallicum.* [1] 4to. Ferrar. 1474.

D. Junii Juvenalis & A. Persii Flacci satyras quàm diligentissimè castigatas, *Antonius Zarothus Parmensis impressit.* fol°. Mediol. 1474.

Calderin. in Martial. Commentarii : *impressi per magistrum Johannem* GENSBERG, *auspicio & favore excellentis domini Johannis Aloisii Tuscani de Mediolano advocati consistorialis ; die Martis XXII. mensis Martii, sedente Sixto IIII. pontifice maximo.* fol°. Rom. 1474.

Francisci Petrarchæ laureati poëtæ necnon secretarii apostolici benemeriti rerum vulgarium fragmenta ex originali libro retracta [*Italico carmine* :] *per Leonardum Achatem.* [2] fol°. Venet. 1474.

Augustini Dati aliqua documenta : opus *completum per Arnaldum de Bruxellâ, Neapoli, ann. Millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, die nonâ mensis Marcii.* 4to. Neap. 1474.

Omniboni Leoniceni grammatica Latina : *die XIIII. Januarii.* [3] 4to. Patavii. 1474.

Nicolai Perotti rudimenta grammatices : *in almâ urbe Româ in domo nobilis viri Petri de Maximis, non atramento, plumali calamo neque æreo stilo, sed artificiosâ quâdam adinventione imprimendi seu characterizandi opus sic effigiatum est ad Dei laudem industriâque per magistrum Arnoldum Pannartz Alamanum anno salutis M. CCCC. LXXIIII. die secundâ mensis Decembris. Seden. Sixto Pont. Max. anno ejus quarto.* fol°. Rom. 1474.

Jacobus de Thessaloniâ de ludo Scaccorum : *translated into English by William* CAXTON. [4] . . . 1474.

Mo-

1 *Impressi Andreas hoc opus : cui Francia nomen*
Tradidit : At civis Ferrariensis ego.
Herculeo felix Ferraria tuta manebat
Numine : perfectus cum liber iste fuit.

2 *Urbs basilea mihi : nomen est Leonardus achates.*
Anno Christi humanati M. CCCC. LXXIIII. Venet. Duce. Nicol. Marcel. Lege Annal. Typograph. Tom. I. pag. 98.

3 *Ad principem Fredericum de Gonzagâ marchionem Omnibonus Leonicenus de Vincentiâ S. D.* —— *Avus & pater tuus* —— *nil antiquius habuerunt, quàm ut liberi sui his artibus imbuerentur* &c. *Quorum alter Victorinum Feltrensem conduxit, ut filiis genitori tuo ac fratribus literarum magister esset* &c. *Genitor tuus me dignum duxit condiscipulum suum, cui tantam indolem traderet, tuam dico fratrúmque tuorum, erudiendam. Tu nunc id curas, ut liberi tui disciplinis imbuantur.* —— *Ut eorum eruditioni consulerem, hunc libellum, quem postulabas, compilavi* &c.

4 *To the right noble, right excellent & vertuous prince George duc of Clarence Erle of Warwyck and of Salisburye, grete chamberlayn of England & leutenant of Ireland oldest broder of Kyng Edward by the grace of God Kynge of England and of fraunce, your most humble servant William Caxton amonge other of your servantes sendes unto yow peas. helthe. joye and victorye upon your enemeyes, Right high puyssant and redoubted prynce, For as moche as I have understand and knowe, that ye are enclined unto the comyn wele of the Kynge our sayd saveryn lord. his nobles lordes and comyn peple of his noble royame of England, and that ye sawe gladly the inhabitants of the same enformed in good. vertuous. prouffitable and honeste maners. In whiche your noble persone wit guydyng of your hows haboundeth, gyvyng light and ensample unto all other, Therfore I have.*

3

Moralisationes Bibliæ. [1] fol°. Ulm. 1474.
Jacobi Carthus. Sermones. [2] Ulm. 1474.
Thom. Aquin. in IV Evangel. *per Ant. Koburger.* [3] Norib. 1474.
Petri Lombardi liber Sententiarum. [4] Norib. 1474.
Pisani Supplementum : *per Franc. de Hailbrun & Nicol. de Francfortia socios.* [5] Venet. 1474.
Hieronym. Cardinal. in Vitas Patrum. [6] Norib. 1474.
Decretales cum Apparatu. [7] Mogunt. 1474.
Andreæ Barbatiæ Comment. super Tit. Decretal. De officiis delegatorum. [8] Venet. 1474.
De Turcarum præsenti afflictione. [9] . . . 1474.
Thom. Aquin. Secunda Secundæ. [10] fol°. Rom. 1474.
D. Abbat. Monacensis & Nic. de Tudeschis aliorúmque Consilia Juris. [11] fol°. . . . 1474.
Index Commentariorum instar in Universum jus Canonicum. [12] fol°. Venet. 1474.
Rayneri de Pisis Ord. Prædic. Pantheologiæ tomi tres : *per Anton. Koburger.* [13] fol°. Norib. 1474.

Pauli

I have put me in devoyr to translate a lityll book late comen into myn handes out of frensh into englishe, in whiche I fynde thaucterites. dictes and stories of auncient doctours philosophes poetes and of other wyse men whiche been recounted and applied unto the moralite of the publique wele as well of the nobles as of the comyn peple after the game and playe of the Chesse whiche booke right puyssant and redoutid Lord I have made in the name and under the shadewe of your noble protection, not presumyng to correcte or enpoigne ony thynge agenst your noblesse, For God be thankyd your excellent renome shyneth as well in strange regions as within the royame of Englande gloriously unto your honoure and laud, whiche God multeplye and encrece. But to thentent that other of what estate andegrese they stand in may see in this sayd lityll book, that they governed themself as they ought to doo, wherfor for my right dere redoubted lord I requyr and supply your good grace not to desdaygne to ressevve this lityll sayd book in gree and thanke, as well of me your humble and unknowen servant as of a better and gretter man than I am, For the right good wylle that I have had to make this lityll werk in the best wise I can, ought to be reputed for the fayt and dede, and for more clerely to procede in this sayd book I have ordyned that the chapiters been sette in the begynnynge to thende that ye may see more playnly the matter wherof the book treteth. &c. *and I sende yowe thaccomplisshment of your hye noble joyous and vertuous desirs. Amen. Fynysshid of the last day of marche the yer of our Lord God a thousand foure honderd and LXXiiii.*

1 L. Baron. ab Erskin. Catal. p. 4. n. 15.
2, 3, 4, 5 Bibl. Norib. Saub. p. 125.
6 Ibid. p. 124.
7, 8, 9 Ibid. p. 126.
10 Labb. Nov. Biblioth. p. 347. n. DCLXXXIII.
11 Seidel. Catalog. p. 408. n. 770. At idem abbas Monacensis, & Panormitanus Archiepiscopus vocatur Nicolaus Siculus, dictus de Tudeschis. Vide Simler. Bibliothec. p. 525.
12 Henr. van Lint. Biblioth. p. 19. n. ii.
13 Bibl. Augustan. Reiser. p. 111. & Biblioth. Cantabrig.

Pauli de S. Maria Dialogus, qui vocatur Scrutinium Scripturæ. [1] fol°. Mant. 1474.

Valesc. de Taranta de Epidemiâ sive Peste. [2] fol°. . . . 1474.

Vincentii Speculum Historiale: *per Jo. Fust.* [3] fol°. Mogunt. 1474.

Fasciculus Temporum. [4] fol°. Colon. 1474.

Philippi de Lignamine chronicon Pontificum. [5] 4to. Romæ. 1474.

Homeri Iliad. lib. III. IV. V. XIII. [sed ducenti, & amplius, postremi versus desiderantur] XVIII, & XIX paucula, item XX. & tres postremi, carmine Latino redditi, interprete Nicolao Vallâ legum doctore, Basilicæ Principis Apostolorum Romæ Canonico; qui libros eos complere vel emendare non potuit, morte præventus: *in domo Joannis de Lignamine Messanensis* [qui se vocat S. D. N. familiarem] [6] fol°. Romæ. 1474.

Terentii Comœdiæ. [7] fol°. Tarvis. 1474.

Nic. Perotti Rudimenta Grammatices. [8] Venet. 1474.

4

Cyprianus: *per Udalricum Gallum & Nicolaum de Lucâ.* [9] fol°. Rom. 1474.

[L]

1 Hanc editionem citant Cave in Histor. Ecclef. Litt. f. 79. & Olear. Bibl. Ecclef. p. 62. At in Catal. Joan. Philemon. A 3. n. 37. *Dialogus, qui vocatur Scrutinium Scripturarum per Petrum Paulum de Sancta Maria compositum, impressum* 1475. Adde Catal. Biblioth. Rothean. part. 1. p. 14. n. 523. qui dicit vetustissimum esse sed accuratum characterem. Lege Programm. de Bibliothec. Mindens. n. II. Val. Ernest. Lœscherus hunc librum sic describit; *Pauli Carthagenæ (qui citatur & sub nomine Pauli Burgensis) Libri II. Scrutinii Sanctorum. Mantuæ. fol.* 1475. [Erravit, ni fallor, typographus in voce *Sanctorum.*] Lego in Biblioth. Simler. p. 546. *Pauli de S. Maria, genere Judæi, fide Christiani, primò Episcopi Carthaginensis, ac postea Burgensis in Hispaniâ antistitis, archicancellarii regis Castellæ ac Legionis, scrutinium Scripturarum Lib.* 2.

2 Catal. Henr. van Lint. p. 34. n. 49.

3 Bibl. Norib. Saub. p. 125. Bibl. Augustan. Reiser. p. 115.

4 Catal. Gud. p. 381. n. 14. & Bentes. part. 2. p. 13. n. 114. & Segefrid. A 3. n. 169. Orlandi p. 156. habet sic: *Cronica, quæ Fasciculus Temporum dicitur; per quend. devot. Carthusien. usque ad Sixt. IV. conscripta: per me Jo. VELDENER summâ diligentiâ majorique impensâ, nonnullis imaginibus ad finem usque deducta, & proprio sigillo signata; quarto Kalendas Januarias. fol. in Universitate Lovanii.* 1474. *& denuo* 1476.

5 Labb. Nov. Biblioth. p. 354. n. MIV.

6 Voss. de Poet. Lat. pag. 80. Hallervord. Bibl. Curios. p. 291. & Cat. Auct. apud Corn. Hack. 1669. p. 12. n. 215. Lege Bayl. Diction. p. 2794. not. A.

7 Beughem. p. 132. Fabricius in Bibl. Lat. edit. 1712. p. 34. scribit Donati & Calphurnii commentarios huic editioni adjici. De hâc mihi nondum visâ liceat dubitare: alteri autem Tarvisinæ ann. 1477. adjectos vidi.

8 Bibl. Norib. Saub. p. 126. Beughem. p. 105.

9 Hanc, quam Lœscherus producit, Cypriani editionem prorsus ignoro, nec invenio in Fabric. Biblioth. Latin. Novi Lactantium hôc anno ab illis typographis Romæ excusum.

[L] Franc. de Plateâ Tractatus de Restitutionibus, Usuris, & Excommunicationibus: *per Joh. Kolhoef.* 4to. Colon. 1474.

[C] Baldus super 1. 2. & 3. Cod. *per Jo. de Colon. & Jo. Manthen.* folo. Venet. 1474.

[Simler. Biblioth.] Joannis Calderini Repertorium Juris. . . 1474.

[S] Sallustius: *per Anton. Zarotum, die 4. Augusti.* folo. Mediol. 1474.

[S] Cicer. ad Herenn. *per Anton. Zarotum.* folo. Mediol. 1474.

ſ

[74] Greg. IX. liber Decretalium: *per Udalricum Gallum Alemanum & Simonem Nicolai de Luca. Die XX. Septemb.* folo. mag no. Romæ. 1474.

[103] Bartholomæi de Chaimis de Mediolano Ord. Min. Interrogatorium, sive Confessionale: *per Christophorum Valdarfer, 3o. Cal. Octob.* 8vo. Mediol. 1474.

[27] Prognosticum Astrologicum super principales partes mundi editum Patavii, per Dominicum Franciscum Guascono, ad contemplationem illorum, qui futura contingentia per astrologiam præscire desiderant, pro anno 1475. *per magistrum Christophorum Arnoldum.* (Supponitur impressum Venetiis.) 1474.

[140] Caroli IV. Imperatoris Bulla Aurea: *per Anton. Coburger.* folo. Norib. 1474.

[110] Gul. Durandi Speculum Judiciale; Vol. IV. *per Baldaserem de Azzoguidis.* folo. Bonon. 1474.

[139. & B. 2.] Boni Accursii Pisani Animadversiones in C. Jul. Cæsar. Comment. 4to. Ferrar. 1474.

I

Biblia Latina; duobus Voluminibus. folo. . . . 1475.

Eadem: *per Antonium Coburger.* [1] folo. Norib. 1475.

Eadem: *per Johannem PETRUM de Ferratis Cremonensem.* [2] 4to. PLACENTIÆ. 1475.

Biblia Italica: *per Jacobum de Rubeis.* [3] folo. PINAROLII. 1475.

Biblia BELGICA. [4] folo. Coloniæ. 1475.

ELUCIDARIUS SCRIPTURARUM: *per Fredericum Creusner; 3a. feriâ ante Pentecost. die 6. Junii.* [5] folo. Noribergæ. 1475.

S.

1, 2 Long, *Bibliothec. Sacr.*
3 Idem, ex Caille, p. 21.
4 Idem. & Auct. Cat. Offic. Jod. Pluymer. Theolog. H 3.
5 Buneman. habet 1476. ex Bibl. Norib. Saub. p. 128. Est etiam inter libros Abbat. S. Geneovef. Paris. quorum Catalogum à V. C. Jacobo le Long accepi.

S. Augustin. de Civit. Dei : *confectum opus ab egregio & diligenti magistro Nicolao Jenson Gallico ; Petro Mozenigo principe ; anno à nativitate Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, sexto Non. Octobres.* (duabus columnis ; minuto charactere Gothico & lepido.) fol°. Venet. 1475.

S. BERNARDI SERMONES : *per Petr. Schoeffer.* [1] fol. Mogunt. 1475.

Joh. GERSON OPUSCULA. [2] fol. . . . 1475.

LEONARDI de UTINO SERMONES Aurei de Sanctis : *per Joh. de Colon. & Joh. Manthem.* 4to. * Venetiis. 1475.

Le LEGENDE de tutti li Sancti & le Sancte : *per Nic. Jenson.* [3] fol. Venetiis. 1475.

Vite de Sancti Patri composte per il Sancto Hieronymo : *per Gabriel di Pietro di Tarvisio.* fol. Venetiis. 1475.

S. GREGORII Magni HOMILIÆ 40. de diversis Evangelii Lectionibus : *per Michaëlem, Udalricum & Martinum ; die 1. mensis Octobris ;* sub rege Ludovico. fol. Paris. 1475.

Guillelmi Durandi Episcopi Mimatensis Rationale Divinorum Officiorum : *per Martinum, Ulricum & Michaëlem. Die 13. April.* fol. Paris. 1475.

DIALOGO de Sancto Gregorio Papa : *impensis Joh. de Colon. & Joh. Manthen de Gherretzem.* fol. Venetiis. 1475.

Il medesimo : [4] fol. Venetiis. 1475.

Roderici Zamorensis Episcopi Speculum Vitæ humanæ : *per Martinum Crantz, Ulricum Gering, & Michaëlem Friburger. Die primâ August.* fol. Paris. 1475.

Idem. : *per Martinum FLACHEN.* [5] fol. . . . 1475.

Ro-

1 *14. April. in nobili Urbe Moguntiâ Petrus Schoyffer de Gernsheym suis consignando scutis consummavit.*

2 *Completum & finitum est hoc opus anno* M. CCCC. LXXV. *5. Non. Mart.*

* Hanc editionem vidi in Bibliothecâ Regiâ Parisiensi ; eandémque citat Labb. Biblioth. Nov. p. 355. n. MLXVII. Aliam Bunemannus affert, *per Joh. Zeiner de Reutlingen. Ulmæ.* 1475. ex Bibl. Augustan. Reiser. p. 98. & Norib. Saub. p. 128. Nihil autem moratur, quominus illi sermones eodem anno in locis diversis excusi prodierint. Iidem anno proximo scil. 1476. editi sunt ; quam editionem in Celestinorum bibliothecâ extare affirmat Chevillerius p. 69. (nam, quòd p. 73. eandem anno 1475 tribuat, suspicor errorem esse typographicum) Et in chartis à V. C. Jacobo le Long, dum erat inter vivos, in meorum Annalium supplementum ad me missis, memorantur illi sermones editi in 4to. *per Martinum, Udalricum, & Michaëlem, Parisiis.* 1476. Chevillerius quidem typographorum nomen abesse scribit ; sed eos fuisse conjectat ex similitudine characterum cum ejusdem *Leonardi de Legibus ann.* 1477. editione.

3 *Per maestro Nicolo Jenson Franzose.* Et in fine Præfationis, *mille quatrocento septanta cinque.*

4 Diversa ejusdem Libri Editio. M. CCCC. LXXV. *Vigesimo Aprilis. Venetiis. P. M. F.*

5 *A Martino Flachen ex Basileâ civi progenito Arte impressoriâ in medium deditus feriâ tertiâ post festum beatæ Katharinæ anno millesimo quadringentesimo septuagesimo q̃nto.*

ROBERTI de LICIO opus QUADRAGESIMALE. [1] BASILEÆ. 1475.

PETRI NIGRI de Perfidiâ Judæorum tractatus : *per Conradum FYNER.* [2] ESLINGÆ. 1475.

Thomæ de Aquino Glosa continua super quatuor Evangelistas : *impressa per providum virum Antonium Coburger, anno dominicæ incarnationis MILLE. CCCC. LXXV. die VIII. AUGU.* [3] fol°. Nurmberg. 1475.

BARTHOLOMÆI PISANI ex ordine Prædicator. summa de CASIBUS Conscientiæ : *per Martinum, Michaelem, & Ulricum.* [4] fol. Parisiis. . . .

SUMMA ALEXANDRI ALENSIS : *per Johan. de Colon.* [5] Venet. 1475.

Nova Compilatio DECRETALIUM Gregor. IX. *per Nicol. Jenson.* * fol. Venet. 1475.

Jus-

1 Caille, p. 32. & Bibl. Norib. Saub. p. 127. & Beughem. p. 84.

2 Caille, p. 32. Lege Mallinkrot. p. 88. Hic liber forsan idem est, qui à Valentino Ernesto Lœschero memoratur sub titulo hôc, *Petri Nigri de conditionibus veri Messia.* Lœscherus tamen utrumque titulum distinctè, quasi duorum librorum, exhibet; *Eslinga* 1475. *fol°.* illum verò *per Conradum Fyner*, hunc sinè typographi nomine. Bunemannus vocat *Conr. Fyner de Gerhusen*; utì apud Saub. p. 126. Conf. Olear. Bibl. Eccles. p. 83. Cav. Append. H. E. L. p. 124.

3 Buneman. habet 1476. ex Cat. Auct. ap. Jo. Verhoeve. Hag. 1659. 4. B 3. n. 121.

4 Chevill. pag. 69. Naud. *Addit.* p. 139. 140. Absque anno; at cum his versibus;

*Heus tu qui famam * æternam cupis cumulare,*
Summâ Bartholominâ, aspice, ne careas:
Quam nitidè pressam Martinus reddidit, atque
Michael, Ulricus, moribus unanimes.
Hos genuit Germania, nunc Lutetia pascit,
Orbis miratur totus eorum opera.

Chevillerius (pag. 72.) putat hôc Anno imprimi hunc Librum potuisse, quòd sit eodem charactere, & eâdem fabricâ, quâ DURANDI *Rationale* ab iisdem hôc Anno impressum. Idem notat errorem Mentelii (p. 16.) qui scribit hunc Librum *primùm hoc loci* ab illis Typographis *vulgatum.*

5 Chevill. p. 39. notat Registrum Chartarum primùm in *Italiâ* inventum in hôc Libro reperiri. At verò VIRGILIUS ann. 1473. per UDALR. GALL. *Romæ* excusus habet Registrum.

* *Impressa impensâ atque industriâ Nicolai Jenson Gallici; Millesimo CCCC. LXXV. die I. Martii; Sixto quarto pontifice maximo; Petro Mocinico inclyto Venetorum duce.* In initio; *Alexander Nevus Vincentinus inter juris utriusque doctores Patavinos minor Vincentina ac Tarvisina ecclesia canonicus in celeberrimâ ac florentissimâ academiâ Patavinâ juris pontificii ordinariam legens scholaribus juri canonico ac civili ibidem studentibus salutem plurimam dicit.* —— *Salvatorem nostrum rogabitis* —— *pro Nicolao Jenson Gallico hujus divini voluminis impressore: cui ætatem nostram & futuram se debere fateri necesse est; quòd non modò doctissimorum gentilium plurimi codices, qui per vetustatem jam penè erant extincti, vel propter studentium multitudinem ipsorumor at caritas & inopia, ejus operâ, industriâ, liberalitate, ac labore miro quodam modo & divinâ arte reviviscerint, & omnes sint repleti; verùm & sacrarum volumina literarum fuerint reparata ad decus, laudem & stabilitatem sanctæ Romanæ ecclesiæ, ad utilitatem & voluptatem nostram ac omnipotentis*

* Aut potiùs *cupis æternam.*

Justiniani Institutiones : cum Glossâ : *per Johannem de Paderborn in Westphaliâ.* [1] fol Lovanii. 1475.

Justiniani Institutiones cum Glossâ : *In alma Urbe Româ per Udalricum Gallum Alamanum aliàs Han, ex Ingelstat civem Wienens. & correct. per Carolum de Alexandris de Perusio.* M. CCCC. LXXV. XVIII. *Cal. Aug.* Romæ. 1475.

Iohannis Mesuæ Practica de medicinis particularium ægritudinum : *per Bertoldum RYING de Argentinâ.* cum Petri Apponi additione. *XII. Januar.* fol. Neapoli. 1475.

Libro della Consolatione delle medicine simplici solenni di Giovanni di Mesue : *per Johannem VURSTER de Campidona.* fol. . 1475.

Hierocl. in Pythagor. verf. aur. Aurispâ interprete : *Romæ impressum in domo clari civis Petri de Max. ann.* M. CCCC. LXXV. *die* XXI. *Sept.*

tentis Dei & intemeratæ ejus matris virginis Mariæ gloriam & honorem &c. *Patavii, Calendis Augustis, M. CCCC. LXXiiii.* In fine ; *Petrus Albignanus Trecius doctissimo Francisco Colusia Sal. pl. d. —— Tu solitam adhibueris curam ac diligentiam, ne ipsius operis constructores aut impressores à castigationis tramite exorbitent. —— Quâ in re quantum polleas, & divini decreti & multa memoranda vetustatis volumina per Nicolaum Jenson Galliæ splendorem impressa ac per te castigata optimè declarant. Quòd Nicolaum ipsum ex urbe Româ istuc salvum adventasse scribis, gratulor, & eò magis, quòd & Comitem Palatinum à summo pontifice factum, & aliis quàm plurimis privilegiis in sua virtutis prærogativam eum donatum decoratúmque audio. Mihi crede, quòd nil præter spem usu evenit ; quin imò vaticinationis meæ signa sunt & præludia. Quis enim pro meritis digna ipsi præmia conferre possit ? cùm tam brevi temporis curriculo non modò gentilium scriptorum præclara opera jam penè extincta suâ prudentiâ, impendio ac liberalitate elegantissimè instauraverit, verùm & sacrorum impressione seu potiùs reparatione librorum divino ingenio ac mirificâ arte totam ecclesiam illustraverit ac decoraverit : adeo ut Deo propitio in omnem terram exiverit nomen ejus, & in fines orbis terræ opera ejus. Bene vale, Musarum alumne & virtutum decus, & me ipsi Nicolao commenda. Patavii ex cellulâ nostrâ librariâ collegii Campionis pridie Nonas Martias, M. CCCC. LXXV. Franciscus Colusia Verzinensis Petro Albignano Trecio juris utriusque peritissimo S. P. D. Accepi tuas literas, quibus me adhortaris, ut adhibeam solertiam, ne inter imprimendum decretale abs tua ac viri clarissimi Alexandri Nevii emendationis semitâ discedatur : & reliqua. Ad quod peragendum —— tria me compulere. Primum communis studentum utilitas, —— alterum viri præstantis Nicolai Jenson authoritate pontificis maximi Comitis Palatini impressoriæ artis principis summa erga me benivolentia. Tertium benivolus tuus ac Alexandri profundæ eruditionis viri erga me animus.* &c. *Venetiis, VIII. Id. Mart. M. CCCC. LXXV.*

1 Hæc leguntur rubricâ impressa;

Institutorum præsens opus insigne variis ex libris scriptis & impressis jurisperitorum industriâ perexactè emendatum ac per partes titulorum & paragraphorum juxta domini Johannis de Plateâ aliorúmque legum Doctorum præcepta limpidissimè distinctum Johannes de Paderborne in Westfaliâ alma in universitate Lovanensi residens non fluviali calamo sed Arte quâdam characterizandi modernissimâ suo proprio signo consignando feliciter consummavit Anno incarnationis Dominica M. CCCC. LXXV. *mensis Novembris die* XXI. *sanctissimi in Christo Patris & Domini Domini Sixti divinâ providentiâ Papæ quarti Anno Pontificatûs quinto. Divi Friderici tertii Imperatoris semper Augusti imperii Anno vicesimo quarto, regni sui Romani tricesimo sexto, & Hungariæ decimo septimo : illustrissimi denique Principis Caroli Dei gratiâ Ducis Burgundiæ Brabantiæ &c. Principatûs Anno Octavo ; generosi insuper Antistitis Ludovici de Borboan Leodiensis Dei gratiâ Præsulis anno XIX.*

Sept. per ingeniosum virum Arnoldum Pannartz. 4to. Romæ. 1475.

ARISTOTEL. de MORIB. ad Eudem. Latinè, Leonardo Aretino interprete: *per Joannem de Westphalià in florentissimà Universitate Lovaniensi residentem, non fluviali calamo, sed arte quâdam characterizandi modernissimà feliciter consummatum Anno Domini* M. CCCC. LXXV. *decimâ Junii.* Lovanii. 1475.

IOSEPHI Libri VII. HISTOR. Latinè: *impressit clarus ac diligentiss. artifex Arnoldus Pannartz natione Germanus in domo viri nobilis Petri de Max. civis Romani, anno incarnati Verbi* M. CCCC. LXXV. XXV. *Novembris. seden. Sixto IIII. Pont. Max. anno ejus V. Platyna emendavit.* Romæ. 1475.

Claudii Ptolomæi Cosmographiæ libri octo, Latinè, cum epistolâ Angeli ad Alexandrum Quintum Pont. Max. *En tibi, lector, Cosmographia Ptolemæi ab Hermano Levilapide Coloniensi Vicentiæ accuratissimè impressa; Benedicto Trivisano & Angelo Michaële præsidibus. M. CCCC. LXXV. IDI. SEPT.* [1] folo. VICENTIÆ. 1475.

Æneæ Sylvii de Curialium miseriis liber. 4to. . . . 1475.

Ejusdem HISTORIA BOHEMICA: *per Johan. Nicolai HANHEYMER de Oppenheym & Johan. SCHURENER de Bopardià.* [2] fol. Romæ. 1475.

Epithoma Historiarum ac Chronicarum dictum RUDIMENTUM NOVITIORUM: *per Lucam BRANDIS de Schaff.* [3] fol. Lubecæ. 1475.

HE-

1 Ad calcem; *Angelus Vadius & Barnabas Picardus Vicentinus lectori Sal. Habes, lector, quantum per nos fieri potuit, accuratissimum librum, in quo si fortè quid te offenderit, non enim confidimus omnia ad unguem exegisse, ne propterea quæ recta sunt asperneris, rogamus. Vale.*

Bunemannus hanc editionem tribuit *Coloniæ*; ex fide Catal. Gud. p. 370. & Bunting. part. 1. & Commelin. a. 1607. b iij. Sed (nisi fallor) errori huic causam dedit nomen typographi, *Hermanni Levilapidis Coloniensis*; qui tamen hunc librum *Vicentiæ* impressit.

2 *Quo anno Eneas Silvius Piccolom. Senensis historiam hanc edidit, assumptus est ad summum Pontificatum, & nominatus Pius Secundus. Idem mox pro salute Christiani populi Conventum Mantuanum indixit ac peregit M. CCCC. LVIII.* —— *Impressoribus magistris Johanne Nicolai Hanheymer de Oppenheym, & Johanne Schurener de Bopardia. Rome. Anno Jubilei & a nativitate Jhesu Christi M. CCCC. LXXV. die X. mensis Januarii. Sedente clementissimo Sixto Papa quarto, Anno ejus felici quarto, regnante invictissimo ac illustrissimo Principe ac Domino Domino Friderico tertio Ro. Imperatore semper Augusto, imperii ejus vigesimo quarto. Favente impressioni hujus operis Domino Johanne Aloisio Tuscano advocato Consistoriali. Memento mori.*

3 *Anno secundum carnem filii Dei à nativitate M CCCC LXXV ipso die sanctissimi regis & martiris Oswaldi, qui est V Augusti, sanctissimo in Christo patre ac domino, domino Sixto papa quarto, illustrissimo preclarissime domus Austrie Frederico tercio, Romanorum Imperatore invictissimo semper augusto ac pio nunc Colonie existente, Imperiali nobili in urbe Lubicana, arte impressoria, speciali gracia divina animarum ob salutem fidelium inventa, Epithoma istud, partes in sex, juxta mundi sex etates divisum, prius alibi non repertum, quod placuit* Rudimentum Noviciorum *intitulari, Dei adjutorio, qui supernas res ac subternas fortiter, suaviter, tranquilleque dispensat per magistrum* Lucam Bran-

HERODOTUS Latinè, Laur. Vallâ Interprete: *per Arnold. Pannartz.* [1] fol. Romæ. 1475.

DIOGEN. LAERT. Latinè, Ambrosio Camaldunensi interprete; ex recognitione Benedicti Brognoli: *per Nicol. Jenson. Die XIV. Augusti.* fol. Venetiis. 1475.

LUCIANI poëtæ & oratoris de VERIS NARRATIONIBUS Libelli duo Latinè, Lilio Castellano interprete: *per Arnoldum de Bruxellâ.* [2] 4to. Neapoli. 1475.

Suetonius; & HISTORIÆ ARGUSTÆ SCRIPTORES: *per Philippum de Lavagniâ.* fol. * Mediolani. 1475.

Sueton. de Grammaticis. Phalaridis Epistolæ Latin. interpr. Aretino. Fœliciter absoluta sunt A. M. CCCC. LXXV. Modest. de re Militari. De Magistratibus & Sacerdotiis. Plin. de Vir. Illustribus. Berardini [*legerem* Bernardini] Veronensis notæ in Tibullum; cum epistolâ ad Baptistam Ursinum Ærarii Pont. custodem, & almæ urbis gymnasii vicerectorem: *præsens opus Tibulli albici* [sic enim ibi imprimitur, sed vulgò *Albii Tibulli*] *imprimi fecit G. TIBULLUS de AMIDANIS de Cremonâ, Romæ, anno Jubilei, & à nativitate Domini M CCCC LXXV. die Mercurii XViii. mensis Julii, sedente clementissimo Sixto papâ quarto, anno ejus felici quarto.* 4to. Rom. 1475.

Valer.

Brandis de Schaff *feliciter est excusum atque finitum. Veteris novique testamentorum, ac aliarum incidentium historiarum contentivum, a protheplasto non solum usque ad Christum, ut in prohemio est promissum, sed etiam omnium Imperatorum ac summorum Pontificum, usque ad annum prememoratum, omnibus cum doctoribus famosis, poëtis, & sapientibus contemporaneis eorundem gestatorium, cum memorabilioribus eorum gestis ceteris precise in quantum unico fuit possibile volumine concludi, ut pauperes multos solvere libros non habentes, unum tantum haberent encheridion loco multorum semper ad manum librorum. Nec talis quenquam moveat abbreviatio, cum XPC, fons omnis sapientie, multa fecerit, que scripta non sunt. Jo. XXI. Pro cujus fine semper laus & gloria trino sit & uno Amen.* De hâc (cujus meminit Mentelius p. 74.) editione plura lectu digna excerpsit V. C. Jo. Henr. à Seelen in suo Selectorum Litterariorum Specimine XVI. p. 7. usque ad p. 20.

1 Cum his versibus:

Miraris, fuerim cum scriptor Ionicus, unde est,
Quòd nunc Romanus perleger Herodotus.
Magna quidem meritò referenda est gratia Valla:
Ille meam pulchre transtulit historiam.
Res igitur priscas, memorandáque facta virorum
Qui cupis ex uno discere, nostra legas.
Nam ne defuerint nostra exemplaria Romæ,
Arnoldi Artifices consuluere manus.
In quibus Andreas Aleriensis Episcopus olim
Extremam imposuit nec sinè laude limam.

Impressus Romæ: in domo nobilis viri Petri de Maximis. Anno salutis. M. CCCC. LXXV. *Die XX. mensis Aprilis. seden.* Syxto. IIII. *Pon. Max. Anno ejus quarto. DEO LAUS.*

In fine Libri habetur Registrum Chartarum. Ex versibus præterea discimus JOHANNEM ANDREAM Episc. *Aleriensem* hujus editionis curam habuisse.

2 *Die* VI. *Martii: regnante Ferdinando Sicilia rege Anno sui regni decimo octavo.* Cum tabulâ quinternionum.

* In hâc editione continentur authores hi; Scil. *Suetonius de XII. Cæsaribus*; [& ad calcem, *Mediolani impress. per magistrum Philippum de Lavagna* 1475. *die* 20. *Julii.*] Scriptor quidam *de exordio Nervæ & bonis* ejus

Valer. Maxim. [1] fol. Typis Gothicis. Parisiis. 1475.

Sallustii opera. 8vo. satis grandi; charactere Romano. M. CCCC. LXXV. VALENTIÆ. 1475.

SENECÆ PHILOSOPHI Opera Moralia, ac Epistolæ; & Rhetoris Declamationes sub domino Blasio Romero Monacho Populeti; philosopho ac theologo celebri: *per Mathiam Moravum*. [2] fol. Neapoli. 1475.

Senecæ Epistolæ cum litteris ejusdem ad Paulum. [3] 4to. Paris. 1475.

Cicer. Epistol. ad Familiar. fol. . . . 1475.

Virgilius: *per Nicolaum Jenson Gallicum*. [4] fol. Venetiis. 1475.

Idem, cum Comment. Servii: *per Jacobum Rubeum Gallicum*. fol. Venetiis. 1475.

Servii Comment. in Virgilium. [5] fol. . . . 1475.

Statii Sylvæ cum COMMENT. CALDERINI: *per Arnold. Pannartz*. [6] fol. Romæ. 1475.

Ca-

ejus moribus ac morte; *Ælius Spartianus*; *Julius Capitolinus*; *Ælius Lampridius*; *Trevellius Pollio*; *Vulcatius Gallicanus*; *Flavius Vopiscus*; cum *Eutropio* & *Paulo Diacono*; & *epistolâ Boni Accursii Pisani ad Cicchum Simonetam primum ducalem secretarium*. Et ad calcem; *Informatum est hoc opus per magistrum Philippum de Lavagna anno à nativitate Christi M.CCCC. LXXV. Undecimo Kalendas Januarias, Mediolani.* Hæc (quantum sciam) prima est editio horum Historiæ Augustæ scriptorum. Quod enim de illâ Mediolanensi 1465. à Salmasio laudatâ legitur, mihi videtur erratum fuisse M CCCC LXV pro M CCCC LXXV. nihil certe novi Mediolani impressum ante annum 1470.

1 Absque Typographi nomine, sed tantùm *in nobilissimâ Parisius*. Chevill. pag. 56. putat à PETRO CÆSARIS & JOANNE STOL impressum.

2 *Est impressum hoc opus in civitate Neapolis Anno* M. LXXV. (omissis centenariis) *Divo Ferdinando regnante.*

Gabrielis Carchani Mediolanensis in Artificem Carmen.

Jam penè abstulerat Seneca monumenta vetustas,
Vixque erat hæc ullus cui benè nota forent
Tam bona; sed docti Mathiæ Scripta Moravi
Artificis non est passa perire manus.
Huic igitur meritas grates studiosa juventus
Pro tam sublimi munere semper agas.

3 *Bibliothec.* Mazarin. Chevillerius p. 56. hanc editionem PETRO CÆSARIS & JOANNI STOL adjudicat.

4 *Virgilii opera feliciter finiunt Venetiis insignita per Nicolaum Jenson Gallicum* M. CCCC. LXXV.

5 *Anno millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto. Calendis Decembribus. Galeatio Mariâ Sfortiâ Vice-comite Mediolani* (ubi forsan liber impressus est) *duce quinto florente.* In hâc Editione voculæ paginæ sequentis indices (quas GALLI *reclames*, ANGLI *catch-words* vocant) variè disponuntur, aliquando ad exterius paginæ latus, nonnunquam sub extremæ lineæ medio, aut ad interiorem ejusdem marginem sitæ.

6 *Hôc volumine Domitius inseruit:*
Sylvarum Statii Papinii libros quinque à se emendatos:
Commentarios, quos in Sylvas composuit:
Commentariolos in Sappho Ovidii, quos edidit:
Propertii loca obscuriora à se elucubrata:
Particulam ex tertio libro suarum observationum, ubi nonnulla explicata sunt, quæ ad Linguæ Latinæ rationem magnopere pertinent.
Totum opus quanti laboris fuerit, ex rebus, quas in eo reperies, facilè cognoscas.
Impressit Romæ ad ædes Maximorum Arnoldus Pannartz è Germaniâ. Idib. Sextilib.

 An-

Catulli, Tibulli, Propertii Aurelii [1] nautæ poëtæ, & Statii Papinii Sylvarum liber: *impress. opere & impensâ Johannis de Coloniâ & Johannis Manthen de Ghersem, qui unà vivunt feliciter.* fol. Venetiis. 1475.

Martialis Epigrammata: *impressa impensis Johannis de Coloniâ sociique ejus Johannis Manthen de Gherretzem.* [2] fol. Venetiis. 1475.

IUVENALIS & PERSIUS: *per Joannem de Westphaliâ.* [3] fol. *in Academiâ* Lovan. 1475.

Juvenalis cum COMMENT. CALDERINI: *per Jacobum de Rubeis.* [4] fol. Venetiis. 1475.

OMNIBONI VINCENTINI in Lucanum COMENT. [5] fol. Venetiis. 1475.

Summa Oratorum omnium, Poëtarum; ac Philosophorum autoritates in unum collecte per clarissimum virum Albertum de Eiib utriusque juris doctorem eximium, que MARGARITA POETICA dicitur: *per Udalric. Gallum.* [6] fol. Romæ. 1475.

Ber-

Anno à natal. Christian. M. CCCC. LXXV. *Xysto Pont. Max.* Orland. p. 72. habet hæc: *Statii Thebaïs, cum interpretatione Placidi Lactantii; Achilleïs cum recollectis traditis à Domino Francisco Maturancio Perusino; Sylvarum libri V. cum com. Domitii Calderini: sinè nomine typographi, & cum aliâ præfatione ab eâ, quæ est typis Arnoldi Pannartz; charactere nitido; Romæ.* 1475.

1 De hôc nomine lege Fabric. *Bibliothec. Lat.* lib. I. cap. 14.

2 Ad calcem hæc: *Raphael Zovenzonius Ister Vindelino Spirensi ob ejus incredibilem solertiam. D. D.* Tamen Zovenzonii versus hìc omittuntur, quos habet princeps Vindelini editio (de quâ priùs). Omissio ejusmodi occurrit in Cyprianicarum Epistolarum editione per Vindelin. ann. 1471.

3 *Per Johannem de Westphaliâ in Lovan. Academ. commorantem arte quâdam characterizandi modernissimâ.* M. CCCC. LXXV. *Septembris Vicesimâ.*

4 *Diligentissimè arte & ingenio Jacobi de Rubeis natione Gallici* VIII. *Kal. Maias.* M. CCCC. LXXV. *invicto duce Petro Mocenico. Calderini commentarii — editi Romæ, quum ibi publicè profiteretur. Kal. Septemb.* M. CCCC. LXXIIII. *Defensio Comment. Martial. & recriminat. adversùs Brotheum. edit. Romæ K. Septemb.* M. CCCC. LXXIIII.

5 Cum hôc ad calcem carmine dodecasticho:

Egreditur Phœbi subiturus templa sacerdos,
Invide, ne noceas; quid nocuisse juvat?
Græcæ dulce decus linguæ, famamque Latinæ,
Omnibonum posses quis celebrare satis?
Nam nodos omnes Ciceronis solvit, opúsque
Quid sibi vult, docuit, Quintiliane, tuum.
Hoc falsò scripsisse ferunt juvenilibus annis;
Perlege, digna senis cognitione leges.
Non in Lucanum quicquam quod dignius extet,
Ex hôc ni rapiant, sæcula nostra dabunt.
Addidit Autorum Coradinus nomina, nilque
Sustulit, Omniboni quo minuatur honos.

Venetiis. M. CCCC. LXXV. XII. *Kal. Aug. Existente Venetiarum duce Petro Mocenico.*

De his Commentariis lege postea Horat. Tarvis. 1477.

6 *Feliciter finem adepta est per ingeniosum virum magistrum Vdalricum Gallum alias Han Alamanum ex Ingelstat civem Wienensem: non calamo, ereóve stilo sed nove artis ac solerti industrie genere Rome impressa Anno incarnationis Dominice MCCCCLXXV. die vero XX. mensis decembris Anni Iubilei. Sedente Sixto divina providentia papa IIII. pontifice maximo.*

Bernardini Glicini medicinæ ac philosophiæ discipuli in Triumph. el. P. Fra. Petrarchæ expositio [*Italicè*] ad illustrissimum Mutinæ ducem divum Borsium Estensem : *impress. die XXVII. mensis Aprilis.* fol. Bonon. 1475.

POGGII Florentini FACETIARUM liber : *per Fredericum Creusner.*[1] fol. . . . 1475.

IUNIANI MAII Parthenopæi liber, de priscorum PROPRIETATE verborum : *per Matthiam Moravum.*[2] fol. Neapoli. 1475.

2.

Biblia Latina : *impressa per Franciscum de Hailbrun & Nicolaum de Franckfordiâ socios.* fol. Venet. 1475.

S. Augustin. de Civit. Dei : *per Gabrielem Petri de Tarvisio.* fol. 1475.

Ejusd. Confessiones : *per Johannem.*[3] 4to. Mediol. 1475.

Liber sermonum sancti Leonis primi papæ doctoris floridissimi & eloquentissimi ; & Omeliæ beati Gregorii papæ & Origenis presbiteri : *sub anno millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, die sabbato post conceptionis gloriosæ virginis Mariæ. Deo gratias.* folo. . . . 1475.

Opus Moralium beati Gregorii papæ : *impressum Romæ apud S. Marcum ; anno à nativitate Domini & eodem jubileo millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto ; die quinta mensis Septemb. sedente Sixto iiii. Pontifice maximo, pontificatûs sui anno quinto.* folo. Rom. 1475.

Alphonsi Bonihominis Hispani tractatulus multùm utilis ad convincendum Judæos de errore suo : *per Johannem SCHALLUM.*[4] folo. Mant. 1475.

Sum-

1 *Hoc opus exiguum sculpsit Fredericus Creusner suâ fabrili arte, anno* M. CCCC. *septuagesimo quinto.*

2 *Impressere Mathias Moravus impressor solertissimus & venerabilis monachus Blasius theologus vir integerrimus ; opus edidit Junianus Maius Parthenopeus, cum annus secularis celebraretur ; orbis fere terrarum hominum insolentia præter Italiam bello turbulentissimus esset. M. CCCC. LXXV.* Idem fuit hic Moravus, cujus antea (pag. 349.) in SENECA operibus hoc Anno facta est mentio.

3 *Quod latum angustina ferat confessio fœtum*
Præsens fratre refert pagina pressa suo.
Theutonicis delatus enim bonus are Johannes
Hoc Mediolani fertile pressit opus.

ANNO INCARNATIONIS DOMINI M. CCCCo. LXXV. XII. KALENDAS AUGUSTI. Hic Johannes, nescio, an idem sit, qui vocatur alibi Johannes Legnanus.

4 Ad finem adjicitur octastichum, ex quo exscripsi hos versus;

Eterne laudes sint regi &c.

Tempore quo gaudet Lodovico principe Mantos,
Facta vigent cujus splendida per Latium :
Hoc opus impressit rerum scrutinia Schallus
Johannes doctor artis Apollineæ.

Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto.

Idem (ni fallor) est hic liber, qui à Val. Ernest. Lœschero sub hoc titulo exhibetur ; *Epistola R. Samuelis Maroccani contra Judæos. Mantuæ.* 1475. & ab Orland. p. 402. *R. Samuelis Maroccani Judæi, postea Christiani facti, epistola missa ad R. Isaac magistrum synagogæ in Subiul-*

meta.

Summa de Ecclesiasticâ potestate edita à fratre Augustino de Anconâ ordinis fratrum Heremitarum Sti. Augustini : *edita ac finita per me Arnoldum Therburnem, die septimo Kalendas Februarii.* fol°. Coloniæ Agrippinæ. 1475.

Repertorium Milis de Veronâ utriusque juris doctoris eximii : *non artis calamo scriptum, Sed ingeniosissime indecibilis artis impressum per Nicolaum Gotz de Sletzstat.* [1] fol°. . . . 1475.

Lectura eximii doctoris domini Bartoli super secundâ infortiati parte peroptimè à famosissimis emendata viris : *impressioni dedita per Joannem de Coloniâ sociúmque ejus Joannem Manthen de Gherretzem, qui unà fideliter degentes ipsius laboratoribus impensas procurârunt, die IX. Martii.* fol°. Venet. 1475.

Leges & Statuta Civitatis Veronæ ; prohemium duodecim & quinquaginta reip. Veronensium Præsidentium in leges & statuta civitatis Veronæ ; data in cancellariâ communitatis Veronæ XIIII. Id. Sept. Anno incarnati verbi M. CCCC. I. inditione Xiii. *Hæc præsens Statutorum & ordinamentorum cum quibusdam reformationibus ad ea pertinentibus, privilegiis & litteris ducalibus nobilis communitatis Veronæ cum summâ prudentiâ impressio accuratissimè facta est in urbe præclarâ Vicentiæ ad requisitionem & expensam providorum virorum Antonii, Gerardi, Joannis, Petri, & Bartolomei fratrum, & filiorum quorundam S. Zanoti de Placentiâ civium Veronæ, non atramento nec plumali calamo, neque stilo æreo, sed artificiosâ quâdam mirabili adinventione imprimendi seu caratherizandi* [repono sanè, *characterizandi*]. *Hoc opus sic effigiatum impressum est per Hermanum LEVILAPIDEM Coloniensem, Anno Domini M. CCCC. LXXV. Die verò Mercurii XX. mensis Decembris, in vigiliâ Sancti Thomæ apostoli. AMEN.* fol°. Vicentiæ. 1475.

Pii secundi Epistola ad Mahumetem Turcorum imperatorem : *XII: AVGVSTI:: G: F::* [i. e. *Gerardus de Flandriâ.* Vide Annal. Typograph. Tom. 1. pag. 90.] 4to. Tarvis. 1475.

Calendarium Joannis Regiomontani. [2] fol°. Venet. . .

Aris-

meta civitate ejusdem regni, XXVII. cap. constans, quâ Prophetarum dictis, Christum Jesum verum Messiam venisse, passum, mortuum esse, resurrexisse, cœlos ascendisse, iterúmque venturum esse judicare vivos & mortuos, egregiè demonstrantur. Mantuæ. 1475. 4. *Coloniæ* 1493. sub titulo, *De erroribus Judæorum.* [De quâ Coloniensi editione lege postea Buneman. ad ann. 1493.] *Hanc epistolam Arabicè scriptam in Latinam linguam transtulit Bonus Homo, nomine Alphonsus, Ord. Præd. Est edita Norimb.* 1498. [Vide postea Buneman. *Rabbi Samuel de Messiâ. Norimb.* 1498. & Lœscher. *Epistol. R. Sam. Marocc. Norib.* 1498.] Confer Simler. Biblioth. p. 27. 617. & Beugh. p. 122.

1 *Anno millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto. Sola spes mea in virginis gratiâ.* Cum eodem insigni, quo usus est anno 1474. *Coloniæ.*

2 *Aureus hic liber est : non est preciosior ulla*
Gemma Kalendario : quod docet illud opus.
Aureus hic numerus : lunæ solisque labores
Monstrantur facilè : cunctáque signa poli :
Quótque sub hoc libro terra per longa reguntur

Tem-

Aristotelis Problemata : *Romæ impressa per Johannem REYNHARD de Eningen ; quæ Theodorus Gazes Thessalonicens. olim è Græco in Latinum convertit, eâque nuper ultimâ emendatione emendavit ; sub Sisto IIII. Pon. Max. absoluta sunt A. M. CCCC. LXXV. Xiiii. Calend. Junii fœliciter. LAVS. DEO.* fol°. Rom. 1475.

Senecæ Epistolarum ad Lucilium impressio : *in almâ urbe Româ in domo nobilis viri Petri de Maximis, non atramento, plumali calamo, neque stilo æreo, sed artificiosâ quâdam adinventione imprimendi seu characterizandi opus sic effigiatum est ad Dei laudem industriéque per magistrum Arnoldum Pannartz Alamanum ; die primâ mensis Februarii, seden. Sixto Pon. Max. Ann. ejus quarto.* fol°. Rom. 1475.

Phalaridis epistolæ, Francisco Arhetino interprete : *IOHANNES de reno impressit in sancto Ursio Vincē. district.* 4to. . . . 1475.

Opus M. T. Ciceronis Epistolarum familiarium : *à Nicolao Jenson Gallico viventibus necnon & posteris impressum.* fol°. . . . 1475.

Æneæ Sylvii epistolæ in cardinalatu editæ : *impressæ per magistrum Johannem Schurener de Bopardiâ, anno Jubilæi & à nativitate Domini M. CCCC. LXXV. die XIIII. mensis Julii ; sedente Sixto papâ quarto, anno ejus felici quarto.* fol°. Rom. 1475.

Plautina dicta memoratu digna, à Bono Accursio Pisano collecta, &

Tempora : quisque dies : mensis : & annus erit.
Scitur in instanti quacunque sit hora diei.
Hunc emat, astrologus qui velit esse citò.
Hoc Joannes opus regio de monte probatum
Composuit : totâ notus in Italiâ.
Quod Venetâ impressum fuit in tellure per illos,
Inferiùs quorum nomina picta loco.

Tunc imprimuntur in rubricâ, *Bernardus PICTOR de Augustâ, Petrus LOSLEIN de Langencen, Erhardus RATDOLT de Augustâ.* In hôc libro sunt initiales literæ florentes. Anni nota non adjicitur; sed ex ipso calendario constat fuisse 1475.

Operæ pretium est hìc adjicere, quæ Bunemannus adnotavit.

In Bibliothec. August. Reiser. p. 114. *Calendarium, cujus authores sunt Bernhardus Pictor de Augustâ, Petrus Loslein de Langencen, & Erhardus Radholt de Augustâ.* 1476. *NB. Typus videtur esse recentior.* At puto (inquit Bunemannus) esse omnino antiquum typum, quem hi auctores ita nitidum olim dederunt, ut recentior videri possit. Singulare testimonium de Erh. Ratdolt ex Jacobi Canteri Frisii epistolâ ad Joh. Millerum in fine Guidonis Bonati de Forlivio rar. edition. impress. Venetiis mandato & expensis Melchioris Sesse per Jacob. Pentium Leucensem A. D. 1506. die 3 Jul. regnante inclyto Leonardo Lauretano Venetiarum principe hìc addo. *Quotiens & quam multis in rebus litteratorum hominum studia adjuverit, suavissime Johannes, conterraneus tuus & concivis Erhardus Ratdolt, nemo fere usquam doctus ignorat : adeò longe lateque per universum pene orbem ab illo impressa volumina cernuntur. Maxime vero ea, quæ nemo fere alius ejusdem artificii attingere ausus est ; quæ abditissimam nostro ævo mathematicorum disciplinam ostendunt. Hujus enim rationis librorum imprimendorum hic homo semper studiosissimus extitit : tanquam mathematicorum, quos dixi, tutor & parens. Ergo ejus opera & impendio multa olim in arithmetica : nonnulla in musica : nec pauca in Geometria : plurima vero in Astronomia volumina impressa sunt. E quibus nec hoc hercle postremum est : quanquam postremo fere tempore in lucem prodierit Guidonis Bonati opus* &c. Calendarium hoc forsitan est Jo. Regiomontani ; quod in Saubert. p. 128.

& Johanni Meltio ducali quæstori dedicatæ; [*Romano pulchro charactere; sinè indicio typographi, loci, anni; sed unà minore charactere liber sequens conjungitur*] Mirabilia Romæ: Et ad calcem ::*FINIS*:: *LAUS DEO*:: *M*:: *CCCC*:: *LXXV*:: *XII APRILIS*:: G:: *TARVISII*:: *F*:: Id est, Girardus de Flandriâ 8vo. Tarvis. 1475.

Valer. Maxim. *AN. IMPRESSIT. ZA.* [id est, *Antonius Zarotus*] *VII. KL. NOVEMBRES.* [1] fol°. Mediol. 1475.

Franc. Philelfi ad Jacobum Antonium Marcellum patritium Venetum & equitem auratum de obitu Valerii filii consolatio: *impress. Kalendis Januarii.* fol°. Rom. 1475.

Theseid. Zohanne da Certaldo cognominato bochazo; Italicè 12. libris cum comment. *impress. per Augustinum Bernardi filium.* [2] fol°. Ferrar. 1475.

Collectanea arrogantissimi Pompei Festi priscisque verbis promulgata [*Hunc illa editio præfert titulum*]: *à Johanne Reynhard de Enyngen Constantien. impressa Romæ sub Sixto IIII. Pont. Maxi. Anno sed nedum salutis ejusdem absoluta saluberrime extiterant. A. D. M. LXXV. Calen. vero Octobr.* [3] fol°. Rom. 1475.

Laur. Vallæ de Romani sermonis elegantiâ libri sex: *anno M. CCCC. LXXV. die verò secundâ mensis Julii, seden. Sixto IIII. Pon. Max. anno ejus quarto; hos verò libros impressit Arnoldus Pannartz natione Germanus in domo nobilis viri Petri de Maximis civis Romani. Tu, qui La-*

1 *Bonus Accursius Pisanus salutem dicit ducali secretario Ciccho Simoneta.* —— *Cùm* —— *Valerium Maximum emendatissimè à me correctum* —— *imprimi curaverim* —— *alios quoque propediem subjiciam libros, qui meâ curâ atque studio emendati iidémque impressi non mediocrem utilitatem afferent literarum studiosis.* &c. *Plutarchum* —— *Franciscus Philelfus preceptor meus traduxit ad nostros* &c. Cum indice rerum alphabetico.

2 *Hoc opus impressit Theseida nomine dictum.*
Bernardo genitus bibliopola puer.
(*Augustinus ei nomen*) *cùm dux bonus urbem*
Herculeus princeps Ferrariam regeret.

Antonius Orlandi p. 138. citat hoc & duo alia Boccacii opera.

Poema della Teseide chiosato, e dichiarato da Andrea de Bassi: per carnerium Augustinum. fol°. Ferrar. 1475.

L'Amazonida chiosata dallo stesso, Poema sopra le femmine Amazoni, & è il primo poema, che sia mai uscito alla luce in lingua Italiana. Manca il nome dello stampatore, anno, e luogo, ma è carattere di Carnerio.

Le Forze d'Ercole: *per Augustinum Carnerium magistri Bernardi bibliopolæ filium; D. Hercule II. regnante. fol°. Ferrar. 1475.*

3 In initio hæc: *Manilius Romanus Pomponio Leto Salutem. Nuper cum legissem Pompei Festi mutilatos libros, qui Priscorum Verborum inscribuntur, vehementer dolui, quod tantum opus integrum non remanserit. Scripsit ille quidem ad totius antiquitatis cognitionem & posteritatis utilitatem. Sed puto inscitia superioris ætatis tam præclarum munus nobis eripuit. Nam quidam nullius momenti sine nomine sine litteris ad Carolum Regem volumen diffusum & copiosum in sterile compendium redegit: & credibile est reliquisse, quæ magis necessaria erant, ut sæpenumero tu mecum questus es: quod superest, imprimendum curavi, ne alius forte audax & temerarius in pejus reddat: & pro virili parte emendari castigarique evigilavi, ut saltem si non integer, fidelis tamen legatur. Vale. De Romaulis.*

Latinè loquì curas, hos tibi eme libros, in quibus legendis si curam studiúmque adhibueris, brevì te haud parum profecisse intelliges. fol°. Rom. 1475.

Nicolai Perotti ad Petrum Perottum nepotem ex fratre suavissimum rudimenta Grammatices: *Præsens hæc regularum Grammaticalium impressio in studio Patavino facta per me magistrum Albertum de Stendalia diligenter laborata anno Domini. M. CCCC. LXXV. die verò XVII. mensis Junii.* fol°. Patav. 1475.

Omniboni Leoniceni Vincentini viri clarissimi de octo partibus orationis liber: *in domo nobilis viri Joannis Philippi de Lignamine Messanen. S. D. N. familiaris impressus est Rome, Anno dni MCCCC. LXXV. die ultima mensis Marcii. Pont. Syxti IIII. anno quarto.* 8vo. vel 4to. Romæ. 1475.

3

Biblia aurea. i. e. Introductio in Biblia.[1] Ulmæ. 1475.

Concordantiæ Canonum discordantium: *per Sim. Nicol. de Luca.*[2] fol°. Romæ. 1475.

Origenis Homiliæ.[3] fol°. . . . 1475.

S. Augustini Homiliæ quinquaginta, quibus varia Scripturæ loca explicantur, & loci communes tractantur: *per Antonium Sorg.*[4] August. 1475.

D. Hieronymi Opera, seu Explanatio totius codicis Sacri. 3 Vol.[5] fol°. Venet. 1475.

Lichtensteinensis Eremitæ mirabilis visio de judicio Jovis.[6] 1475.

Paradisus Conscientiæ.[7] fol°. Colon. 1475.

Antonini Summa. 3 Vol.[8] . . . 1475.

Abbatis Panormitani super quartâ & quintâ parte Decretalium Lectura.[9] fol°. Rom. 1475.

Ejus Practica.[10] . . . 1475.

Jus-

1 Bibl. Norib. Saub. p. 127.

2 Bibl. S. Mauric. & Simeon. Mind.

3 Bibl. Ultraject. f. ij.

4 Bibl. Augustan. Reiser. p. 96. Sed Orland. p. 169. *Basileæ* 1475. Beughem. p. 21. *Augustæ.* 1475. & *Basileæ.* 1494.

5 Hæc editio æquè rara ac MStum dicitur in Catal. auct. Bremens. a. 1720. exeunte Martio habit. p. 12. n. 155. Neminem vidi, qui de editionibus Patrum scripserunt, qui hanc Venetam 1475. commemoret.

6 Bibl. Norib. Saub. p. 127.

7 B. Lydii. Cat. 1. A 3. n. 110. Hujus libri authorem Lœscherus vocat *Wernerum Robfinck* ex Cav. P. I. App. p. 168. Simlerus in Biblioth. *Wernerum Rolevinck.*

8 Keitwerd. Cat. A 2. n. 48-50.

9 Labb. Nov. Bibl. p. 339. n. XXXVIII.

10 Ger. Tunning. Cat. Litt. D. n. 4. ubi V. C. Petrus Scriverius adscripsit Catalogo, Huic adhæsit n. 3. *Fasciculus Temporum: Mogunt.* 1475. Affertur ex Dominici Baudii Catalogo, C 1. n. 38. *Fasciculus Temporum: fol. Colon.* 1475.

Justiniani Codex : *per Pe. Schoeffer.* [1] fol°. Mogunt. 1475.

Jo. de Imola in Clement. Constitut. *per Jac. de Rubeis natione Gallum.* [2] fol°. Venet. 1475.

Constitutiones & confirmationes constitutionum & capitulorum Regum Siciliæ. [3] fol°. . . . 1475.

Thomæ Quæstiones Quodlibet. [4] fol°. Ulmæ. 1475.

Jacobi de Clusa Ordinis Carthusiani, theologiæ professoris, Tractatus de apparitionibus animarum post exitum à corporibus, & de earundem receptaculis. [5] Impressus in oppido BURGDORF. 1475.

Authoris incerti libellus de thermis Puteolorum & vicinis in Italiâ à Francisco de Accoltis Aretino repertus, publicatus, & Pio Pont. Maximo dedicatus. [6] excusus Neapoli. 1475.

M. Pauli Comment. in Aristot. Physic. [7] Venet. 1475.

Catonis Ethica. [8] August. 1475.

4

[S] B. Hieronymi & aliorum P P. opuscula aliquot : *per Philip-*

1, 2 Bibl. Norib. Saub. p. 127. Sed *Justinianus* non hôc anno, sed proximo, à Schoeffero prodiit.

3 Labb. Nov. Bibl. p. 347. n. DCLXXXVI.

4 Biblioth. Ultraject. Cat. f. 23. Orland. p. 157. nominat typographum, *Jo. Zeiner.*

5 Biblioth. Simler. p. 313.

6 Biblioth. Gesner. f. 246. & Simler. p. 199. & Hendreich. Pandect. Brand. f. 29. a. Sic & Beughem. p. 2. Oportet verò hunc tractatum, cùm Pio dicatus fuerit, diu jam repertum fuisse, antequam excuderetur. Simlerus videtur Franciscum de Accoltis Aretinum (cui hujus libri publicationem tribuit) distinguere ab alio Francisco Aretino, quem notat *scripsisse de balneis Puteolorum & aliis :* quasi diversi forent tractatus. Author. Notarum in Bayl. Diction. unicum agnoscit Franciscum Aretinum, *Tractatûs de Balneis Puteolanis* non scriptorem, sed editorem. Sic & Antonius Orlandi p. 281. qui tamen diversos tractatus sub diversis titulis recenset; nam p. 128. nomen adjicit typographi [*Franciscus Aretinus de mirabilibus Puteolorum & locorum vicinorum, ac de nominibus virtutibúsque balneorum ibidem existentium, per Arnoldum de Bruxellâ. 4°. Neapoli.* 1475.] & p. 129. omittit, [*De thermis Puteolanis Libellus incerti authoris, Neapoli.* 1475.] Observo autem illum sæpe repetere librum eundem; utì p. 128. *Macri librum de Herb. per Arn. de Bruxel. 4to. Neapol.* 1477. & p. 129. sinè nomine typographi. fol°. *Neapol.* 1477. Secutus est forsan Cornelium à Beughem (infidum ducem). Vide ejus Incunab. Typogr. p. 88. Sic Orland. p. 129. [*Sylvatici Matthei medici Opus Pandectarum medicinæ* &c. *Neap.* 1474. Et *Cato de Benevento, nomine Angelus, philosophus & medicus, Matthæi Sylvatici Pandectas medicinæ primùm edidit. fol°. Neap.* 1474.] unum librum in duos distraxit: & id forsan, quia Cornelius alphabeticum ordinem servans, eundem librum bis, nempe p. 127. sub nomine authoris, & p. 27. sub nomine editoris, reposuit. Nescio, an Orland. viderit (quas p. 129. affert) *epistolas ad Senecam & Senecæ ad S. Paulum Apostolum. fol°. Neapoli* 1484. seorsim excusas. Has certè conjunctas cum aliis Senecæ operibus anno 1484. fol°. Neapoli prodiisse lego non tantùm apud Beugh. p. 125. sed etiam in Fabric. Bibli. Latin. & Barberin. Biblioth.

7 Medic. Patavin. Catal. Amsterd. 1655. 4. p. 17. n. 72.

8 Saub. p. 127. Alia hujus libri editio in eodem loco 1485. memoratur, Bibl. Norib. Saub. p. 154. & Beugh. p. 43.

lippum de Lavagna. 4to. Mediol. 1475.

Vinc. Ferrerii Sermones de Tempore & Sanctis. [1] folo. Ulmæ. 1475.

Pelbarti à Temeswar Pomœrium Sermonum. [2] Hagen. 1475.

Gregorii M. de vitis Patrum Italicorum dialogus. [3] Venet. 1475.

[C. & CA] Panormitani Consilia : *per PET. de ARANCEIO & JOAN. de TORNACO.* [4] folo. Ferrar. 1475.

[C] Idem super Decret. *per Jo. de Colon. & Socios.* folo. Venet. 1475.

[CH] La Legende Dorée. 4to. . . . 1475.

[C] Ludov. Pontani de Româ. Singularia : *per Jo. de Colon. & Jo. Manthen.* folo. Venet. 1475.

[C] Vita di Cavalieri Guerino : *per Baldaser. degli Azaguidi.* folo. Bonon. 1475.

Andalonis Genuensis mathematici opus Astrolabii. [5] excus. Ferrar. 1475.

Andreas Rumel præfatus est in Codicem, qui primus impressus est [6] Norimberg. 1475.

De Conservatione sanitatis : *in domo nobilis Johannis Philippi de Lignamine.* [7] 4to. Romæ. 1475.

Philippi de Barberiis Cronica. [8] 4to. . . . 1475.

M. T. Ciceronis epistolæ familiares : *per Anthonium Zarottum Parmensem.* [9] folo. Mediol. 1475.

[S] Terentii Comœdiæ : *Jo. de Reno impressit, in Sancto Urso, Vincentiæ districtu, die ultimâ Aprilis.* folo. . . . 1475.

5

[25] Vita, e la Fine del glorioso Sancto Hieronymo doctore excellentissimo : *per Gabriel di Pietro di Treviso.* [10] 4to. Venet. 1475.

[77]

1 Val. Ern. Lœscher. ex Cav. P. I. App. p. 92. & Orland. p. 330. At Beugh. p. 59. *Sermones de Tempore; Colon.* 1485. *de Sanctis; Ulm.* 1475.

2 Lœscher. ex Cav. P. I. App. p. 197. sed in Bibl. August. Reiser. p. 103. & Orland. p. 380. & Beugh. p. 104. memoratur editio recentior, *Hagen.* 1498.

3 Lœscher. & Beugh. p. 67. *Dialogorum de vitis & miraculis sanctorum libri 4. Latinè; Venet.* 1475. (Consule Simler. Biblioth. p. 244.) Hôc antea anno citavi *Vite de Sancti Patri composte per il Sancto Hieronymo: per Gabr. di Pietr. di Tarvis. fol. Venet.*

4 Aliquando dubitavi, an nomina ista fuerint Typographorum, an Editorum vel Correctorum; librum enim ipse non vidi.

5 Simler. Biblioth. p. 34. Sic Beugh. p. 12. & Orland. p. 139. Sed Orland. p. 276. addit nomen typographi; *Andream Gallum.*

6 Simler. Biblioth. p. 41.

7 Biblioth. Sicul. Tom. I. p. 362.

8 Ead. Tom. 2. p. 168.

9 Bibl. Hohendorf. p. 207.

10 *Qui si contien del glorioso e degnō*
Hieronymo la vita el bel finire
Chel fece a nostro exemplo per salire

 Con

[77] S. Brigitæ Revelationes & Prophetiæ : *arte & diligentiâ & charactere polito & emendato magistri Eucharii FRANCK in urbe Romana omnium principe finiunt ; die 1. mensis Oct.* 4to. Rom. 1475.

[110] Statuta causarum civilium, de jure reddendo in causis civilibus, & de campanellâ pulsandâ ; liber tertius extractus à proprio originali Cameræ communis Bononiæ. folo. sinè anno, loco & typographo, sed characteribus *Balthassaris Azzoguidi.* circa annum. 1475.

[173] Atanagi poetæ Triumphi Hymn. illustris principis Pisaurensis Constantini Sfortiæ & Camillæ de Aragoniâ, Italicè : *per Herman. Levilapidem ; die 9. Novemb.* 4to. Vicent. 1475.

1

Biblia Latina : *per Ulricum, Martinum, & Michaëlem.* [1] fol. Paris. 1476.

Eadem : *per Franciscum de Hailbrun, & Nicolaum de Francfordiâ.* [2] fol. Venetiis. 1476.

Eadem, charactere Gothico : *per Nicolaum Jenson.* fol. Venetiis. 1476.

Eadem : *per Matthiam Moravum.* [3] fol. Neapoli. 1476.

Psalterium Johannis de Turre-crematâ : *per providum virum magistrum LUPUM GALLUM fratrem Udalrici Galli de Biennâ ; die vigesimâ primâ mensis Februarii ; sedente Sixto quarto Pontifice Maximo.* 4to. Romæ. 1476.

REPERTORIUM PETRI Episcopi Brixiensis, duob. Volum. *per Andream Frisner Bunsidelensem & Joannem Sensenschmid civem Nurembergensem.* [4] fol. Nuremb. 1476.

S.

Con verde palma nel beato Regno.
MCCCCLXXV. Petro Mocenico Duce
Venetiarum Regnante impressum fuit
Hoc opus feliciter per Gabrielem Petri

1 In fine hæc leguntur carmina ;

Jam tribus undecimus lustris Francos Ludovicus
Rexerat, Ulricus, Martinus, itémque Michaël
Orti Teutoniâ hanc mihi composuere figuram
Parisii Arte suâ : me correctam vigilanter
Venalem in vico Jacobi Sol aureus offert.

Tria lustra à LUDOV. XI. regni initio efficiunt Annos quindecim ; LUDOVICUS XI. cœpit regnare 1461. 15. *Aug.* Hæc igitur Biblia excusa sunt anno 1476. sic computatur in *Biblioth. Sacr.* Long. Sed Chevill. p. 74. initium LUDOV. XI. in ann. 1460. 25. *Jul.* rejicit, & impressioni Bibliorum annum 1475. assignat.

2 Long, *Biblioth. Sacr.*

3 Long, *Biblioth. Sacr.*] legitur ad Calcem ; *Editum opus & emendatum accuratissimè ac diligenter impressit* Matthias Moravus *vir singulari arte ingenióque in Urbe* Neapoli, Ferdinando *Rege invicto, Anno Christi Dei millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.*

4 *Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, septimo* Octob. *sedente* SIXTO *VII. Pont. Max. Pontificatûs sexto.* Is Petrus (ut puto) vocatur Berthorius sive Berchorius, Pictaviensis, Prior Monasterii S. Eligii Parisiensis, Ord. Div. Benedicti : cujus hoc opus dicitur Morale Repertorium, sive Dictionarium utriusque Testamenti. Vide Simler. Biblioth. p. 554. Beugh. p. 27. Orland.

S. Hieronymi Epistolæ in duas partes tributæ; charactere ad Gothicum accedente: *per Antonium Bartholomei.* fol. Venetiis. 1476.

Lactantius: *per FRATRES PRESBYTEROS & CLERICOS congregationis domûs viridis horti.* [1] fol. ROSTOCHII. 1476.

Euseb. Histor. Ecclesiastic. Latinè, Ruffino interprete: *per Johannem Philippi de Lignamine Messanensem.* * fol. Romæ. 1476.

Boet. Consolat. Philosoph. cum Comment. Tho. de Aquino: *per Antonium Coburger. Prid. Id. Nov.* fol. Nuremb. 1476.

LEONARDI de UTIN. ex Ord. Præd. SERMONES de Sanctis. [2] fol. *ultimâ Martii.* . . . 1476.

LEGENDA Aurea JACOBI JANUENSIS ex Ord. Præd. *pulchre transcripta per Martin. Crants, Udalr. Gering & Mich. Friburger impressoriæ Artis magistros.* [3] fol. Paris. . . .

ANGELI de ARETIO Tractatus de CRIMINIBUS: *per Martin. Udal. & Michael.* [4] fol. *die 7. Septemb.* Paris. 1476.

Iustiniani Institutiones cum glossis: *Anno dni M. CCCC. LXXVI. X. Kalendis Junii; sanctissimo ī Xpo pre dno domīo Sixto pp. iiii. Invictissimo dno dno Friderico. iii. Romanorū Impatore sp augusto; Generoso dno Diethero de Isenburg electo & ɔfirmato Magūtino: In nobile urbe Magūcia Rheni impssorie artis inventrice elimatriceque pma. pns Instonū opus pclarū. Petrus Schoiffer de Gernshē suis cōsignādo scutis omnipotenti favēte deo feliciter cōsūmavit.* fol. Mogunt. 1476.

Francisci de Platea Tractatus Restitutionum, de Usuris, & Excommunicationum: *per Martinum, Udalricum & Michaëlem.* [5] fol. Paris. 1476.

GULIELM. OCKAM DIALOG. [6] fol. Paris. 1476.

QUÆS-

Orland. p. 29. Jo. Alb. Fabric. ad Trithem. f. 151.

1 *Per fratres Presbyteros & Clericos congregationis domûs viridis horti ad Sanctum Michaëlem in oppido Rostochiens. partium inferioris Sclaviæ, prout facultas & industria tulit, emendatè satis & accuratè consummat. millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto. Quinto Idus Aprilis.*

* *Completum est hoc opus Millesimo CCCC. LXXVI. die X. V. Maii. P. M. Sixti quarti anno ejus quinto.*

2 *Chevillerius* [pag. 69. 1476. at pag. 73. 1475.] putat Impressores fuisse CRANTS, GERING, & FRIBURGER, quamvis eorum absint nomina.

3, 4 Chevillier, p. 69.

5 4ᵗᵒ. *Januar.* Hoc anno in hujus Libri editione (uti observat Cheviller. pag. 38.) hi Typographi signaturis uti inceperunt.

6 Chevill. p. 56, 57. „ C'est des Presses de *Cæsaris* & *Stol*, qu'est sortie la „ belle Edition du Dialogue d'*Ocham* en „ deux Volumes *in fol. Parisii anno* 1476. „ Mr. *Naudé* (Addit. p. 140.) l'attribue à „ *Gering* & ses Associez. Il est plus probable, qu'elle est de *Cæsaris* & de *Stol*. „ J'ai comparé les Impressions des uns & „ des autres: je n'ai point trouvé que *Gering* ait jamais eu de lettres semblables à „ celles que l'on voit dans ce Dialogue, „ au lieu que j'ai remarqué que les majuscules A, B, E, F, G, H, I. *&c.* „ que l'on y voit, sont aussi les mêmes „ dans le *Zamora* & le *Casus breves* de ces „ derniers. Tous ces Livres ne sont point „ Gothiques; ils sont en lettres Romaines; *&c.*

QUÆSTIONES Div. Thomæ de Veritate disputatæ : *per Arnold. Pannartz.* [1] fol. Romæ. 1476.

AVICENNÆ CANONES : *per Johannem HEBERT.* [2] Paduæ. 1476.

GAIETANI de THIENIS VINCENTINI expositio in meteor. Aristotel. *per me Petrum Maufer Normanum Rothomagensem civem in Studio Patavino* 1476. 1. *Aug.* Paduæ. 1476.

Alberti Magni Libri 5. MINERALIUM : *per Petr. Maufer.* [3] Paduæ. 1476.

GALLEOTTI MARTII Narniensis REFUTATIO objectorum in Librum de Homine à Georg. Merulâ : *per Jacobum Rubeum natione Gallicum hujus Artis peritissimum Anno millesimo CCCC. LXXVI.* 4to. Venetiis. 1476.

Bocace du DECHIET des NOBLES hommes & femmes : *per Colard MANSION.* fol. BRUGIS. 1476.

Les *CHRONIQUES* de France : *par PASQUIER BONHOMME.* [4] fol. Paris. 1476.

Plin. Natur. Histor. *per Stephanum Corallum Lugdunensem ; Regnante Galeac. Mariâ Mediolani duce quinto.* fol. Parmæ. 1476.

Chronica, quæ fasciculus temporum dicitur : *per Johannem Veldener.* [5] fol. *in Universitate* Lôvaniens. 1476.

DIODORI SICULI LIBRI sex Latinè, Poggio interprete ; Cornel. Tacit. de morib. Germanorum ; *per ANDREAM JACOBI Catharensem. Prid. Kal. Febr.* fol. Venetiis. 1476.

Cæsar.

1 *Vigesim. Januar.* charactere parvo & diverso ab illo, quo priùs uti consueverat. Observandum est ARNOLDUM PANNARTZ, postquam solus imprimere cæperat, typos alios adhibuisse, quàm qualibus antea cum CONRADO SWEYNHEYM utebatur.

2 Caille, pag. 31.

3 20. *Septemb.* Hunc librum *Rothomagi* impressum falsò scribit la Caille, pag. 39.

4 Le titre de ce livre pris sur le livre même est ; *Les Chroniques de France depuis les Troyens jusques a la mort du Roy Charles VII : imprimées en lostel de Pasquier Bonhomme, l'ung des quatre * principaux libraires de l Université de Paris ou pend pour enseigne limage Saint Xpofle. le XVIe. jour de Janvier lan de grace mil CCCC. LXXVI.* 3 Volumes. [PM] Elles sont nommées aussi *Les Chroniques de St. Denis*, tant parce qu'elles sont tirées des Annales & Chroniques de cette Abbaye, qui comprennent aussi les Faits & Gestes des Rois de France, que parce qu'elles sont écrites & compilées par divers Religieux de cette celebre Abbaye. Antonius Orlandi p. 88. *Croniche di Francia, e Cronica di S. Dionigio in tre volumi. Opus rarissimum. fol. par Pasquier Bonhomme. Paris.* 1475. sed idem p. 319. *Parigi* 1476.

5 *In universitate Lovaniensi, per quend. devot. Carthusien. usq; ad Sixt. IV. concepta, per me Johannem Veldener summâ diligentiâ majoríq; impensâ nonnullis imaginibus ad finem usq; deducta, & proprio sigillo signata : sub anno M. CCCC. LXXVI. qrto Kalendas Januarias ; secundùm stylum Romanæ curiæ : de quo sit Deus benedictus. Amen.* Et infrà, exhibetur JOHANNIS VELDENER sigillum.

* Vide Chevillier. p. 321.

Cæsar. Comment. de bell. Gall. [1] fol. Romæ. 1476.

Justini Historiæ: *per Christophorum Valdarfer Ratisponensem. Kal. Junii.* fol. Mediola. 1476.

Valer. Maxim. *Impress. ad petitionem SIGISMUNDI de LIBRIS. XXIIII. Decembr.* fol. Bonon. 1476.

Plin. Natur. Histor. ITALICE, Christoph. Landino interprete: *per Nicolaum Jenson.* fol. Venetiis. 1476.

Liv. Histori. ITALICE, Rugero Ferrario interprete. [2] fol. Romæ. 1476.

HISTOR. FLORENTINA LEON. ARETIN. ITALICE, Donato Acciaiolo interprete: *per Jacobum de Rubeis.* [3] fol. Venetiis. 1476.

HISTOR. EADEM POGGII, ITALICE, Jacob. Poggio interprete: *per Jacob. de Rubeis.* [4] fol. Venetiis. 1476.

PLIN. EPISTOLÆ, ex recognitione Juniani Maii Parthenopæi: *millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, mense Julii. Impressit Matthias Moravus vir singulari ingenio & arte. Recognovit Junianus Maius Parthenopæus rhetor publicus summâ curâ summâque diligentiâ.* fol. Neapoli. 1476.

Omniboni Leoniceni ORATIO de Laudib. Eloquentiæ, & PRÆFATIO in Tullii Oratorem cum Comment. [5] fol. Vicentiæ. 1476.

Terent. cum Comment. Donat. & Calphurn. *per Jacobum* [scil. Rubeum.] [6] fol. Venetiis 1476.

Juvenalis & Persius: *per Anton. Zarotum.* fol. Mediolani. 1476.

Sylv. Statii cum Calderin. Comment. [7] fol. Romæ. 1476.

NON.

1 *Biblioth.* Jo. Georg. Græv.

2 *Decades ambe* [*la prima & la terza*] *cum sequente quarta in uno volumine impresse fuerunt in urbe Romana anno Christi Millesimo quattuor centesimo sexagesimo sexto, sedente Xisto quarto Pont. Max.* Et in fine voluminis ultimi; *Finito lultimo libro della quarta Deca di Tito Livio Paduano historico dignissimo; regnante il sanctissimo & beatissimo Padre Xysto Pontifice maximo in nel quinto anno del suo felice Pontificato a di XXX di Maggio in nel anno dalla incarnatione di Christo M. CCCC. LXXVI. Fu impressa la presente Deca in nella citta di Roma appresso al Palatio da Sã. Marco.* Jam antea (Annal. Typograph. Tom. I. pag. 120.) observavi erratum *sexagesimo* pro *septuagesimo*; quod plane constat ex tempore, quo Xistus ille Pontificatu potiebatur.

3 *Tradotta in vulgare per Donato Acciaioli* XXVII. *d'agosto* M. CCCC. LXXIII. *Impresso à Vinegia per lo diligente huomo mäestro Jacomo di Rossi de natione Gallo.* M. CCCC. LXXVI. XII. *Febraio.*

4 *Tradocta di Lingua Latina in Lingua Toscana da Jacopo suo figlivolo: impress. a Vinegia per l'huomo di optimo ingegnio mäestro Jacopo di Rossi de Natione Galio.* M. CCCC. LXXVI. *a Octo di Marzo.*

5 *Quod Vicentia non minùs accuratè est emendatum quàm diligenter impressum; anno salvatoris M. CCCC. LXXVI. undecimo Cal. Jan. Xisto summo ponti. atque Andreâ Vendramino Venetiarum principe optimo.*

6 *Per Jacobum Gallicum mirâ arte ac diligentiâ M. CCCC. LXXVI. VIII. Cal. Sept. Andreâ Vendramino inclyto duce Venetiarum. Calphurnius Brix. Marco Aurelio viro præclarissimo* &c. *Annotatiunculas quasdam perbreves in Heauton. te potissimum, quem plurimi facio, adhortante adjunxi; quas me extempore dictante Antonius Moretus Brixiensis adolescens eruditissimus exscripsit.* &c.

7 *Roma interpretatus est* 1475. *Cal. Sextilib.*

Non. Marcellus: *per Nicolaum Jenson.* fol. Venetiis. 1476.

Priscian. *per Johannem de Colonia, & Johan. Manthen. de Gherretzen.* fol. Venetiis. 1476.

Priscian. *impensis MARCI de COMITIBUS sociique ejus GIRARDI ALEXANDRINI.* fol. Venetiis. 1476.

Laur. Vallæ de ling. Lat. Elegant. *per Jacobum Rubeum.* * fol. Venetiis. 1476.

Papiæ Vocabularium. *per DOMINICUM de VESPOLATE.* [1] fol. Mediolani. 1476.

Franc. Philelfi Satyrarum hecatostichon decades decem: *per Christoph. Valdarfer Ratisponensem.* [2] fol. Mediola. 1476.

Francisci Petrarchæ Sonetti è Canzone cum Francisci Philelfi Enarrationibus; Italicè: [3] fol. Bononiæ. 1476.

Lascaris Grammatica Græca Græce, ex recognitione Demetrii Cretis: *per DIONYSIUM PARAVISINUM. Die XXX. Januar.* 4to. Mediola. 1476.

Z.

Biblia Latina. [4] folo. . . . 1476.

D.

* *Per Jacobum Rubeum natione Gallicum mira arte ac diligentia impress. Andrea Vendramine inclyto duce Venetiarum.* Cum Caldramine inclyto... Cum Calphurnii in Vallæ laudem epigrammate ad Antonium Pasqualinum de Sancto Germano Campaniæ.

1 *XII. Decemb. cum Bonini Mombritii ad lectorem epigrammate.*

2 *Quibus manum extremam imposuit Mediolani* M. CCCC. XLVIIII. *Impressa Mediolani per Christophorum Valdarfer Ratisponensem hujus eximiæ Artis imprimendi consummatissimum magistrum, Anno millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto. Idib. Nov.* Cum 14. versuum epigrammate Calliphili Bernardini Robiatini in Francisci Philelfi poëtæ præceptoris sui Satyras. Lege de Francisco Philelfo & ejus Satyris Voss. de Poët. Latin. p. 80. 81. *Duodetriginta annis post* [quàm author opus perfecisset, *die Martis, Kal. Decembribus, anno a natali Christi M CCCC XLVIIII.*] *opus hoc prodiit in lucem Mediolani per Christophorum Valdarfer Ratisponensem. Nempe jam tum latè per Italiam se diffuderant, qui artem callerent Typographicam. Ignoscendum autem seculo, quo vixit, quòd crebrò adeò in metrum peccet.* Pergit deinde Vossius producere locos ex ejus Satyris, ubi negligitur quantitas.

3 *Ad instantiam & petitionem Sigismundi de Libris. Nicolaus Thomasoleu: Lupho Numaio S. P. D.* —— *Francisci Philelphi enarrationes in partem carminum cantilenarúmque Francisci Petrarchæ nuper à me recognitas, ut castigatiùs imprimerentur, sub tuo nomine edere constitui* &c.

4 Ad calcem leguntur hi versus inconditi:

Qui memor esse cupit librorum bibliotecæ.
Discat opus presens si retinere velit
Maxima de minimis ex partibus accipe totum
Invenies quod amas si studiosus eris.
Ecce iesu Xpe clauso pietate libellum.
Sit bndictus deus & homo de virgine natus
Credentes verbis sacris salvare paratus.

Lœscherus hôc anno citat *Biblia Latina, per Coburger, folo. Noribergæ* impressa, ex Biblioth. Sacr. Long. p. 578. ubi tamen annus expressè designatur, non 1476. sed 1475. Idem Lœscherus ad hunc annum reducit *Joh. Segoviensis Concordantias Bibliorum: per Jo. Frobenium. Basil.* Quo tempore Frobenius artem typographicam exer-

D. Hieronymi Epistolarum pars prima [secundam vide anno 1479.] *in domo Petri de Maximis juxta campum Floræ præsidente magistro Arnoldo Pannartz.* fol°. Romæ. 1476.

Reverendiss. Cardinal. titul. S. Sixti Domini Joannis de Turrecrematâ expositio brevis & utilis super toto Psalterio : *per Petrum Schoyffer de Gernsheym ; anno Domini M. CCCC. LXXVI. decimâ die Marcii feliciter consummata.* fol°. Mogunt. 1476.

Liber vocatus SCALA CELI. ¹ fol°. Lubec. 1476.

De-

exercere nondum cœperat. Has Concordantias Jacobus le Long (Bibl. Sacr. part. 2. p. 405. edit. 1709.) assignat Frobenio, non ante annum 1486 : ubi (cùm nondum comperiam quicquam à Frobenio impressum ante 1491) error planè est typographicus, 8 pro 9 : nam Chevillerius p. 129. disertis verbis annum 1496 indicat.

1 Hanc Editionem Beughem. p. 164. & Orland. p. 177. rejiciunt ad annum 1477. Ille (utì & Hallervord. in Biblioth. Curios. p. 366. qui annum 1476 rectè apposuit ; & Lœscherus Hallervordium secutus) nomen neque authoris nec typographi adjecit ; hic authorem *Franciscum Ximenum Patriarcham Hierosolymitanum* (typographum *Lucam Brandis.* p. 433. & id quidem verè) nominavit. Quis iste sit Franciscus Ximenus, & cujus authoritate eum nominaverit Orlandi , nescio. Sed quæstiones omnes solvet vera libri , quem ipse vidi, quémque Joannes Henricus à Seelen (mihi antea non semel laudatus) in suo de libris Lubecensibus Specimine accuratissimè exposuit , descriptio. Ipsius verbis utar. p. 21. „ *Scala Celi.* fol. Libro , foliis CCXLII constanti , & titulo carenti , hic præmissus „ est Prologus , quo Scalæ simul ædificator , JOHANNES JURIOR (forsan „ *Junior* ; typis hic expressus est *Jurior.* „ Oedipo opus est in divinandis obscurorum ejusmodi virorum nominibus) detegitur : *Incipit prologus in scala celi. Venerabili ac carissimo in Cristo patri , Hugoni de Coluberiis , sancte Aquensis ecclesie preposito , Frater* Johannes Jurior , *ordinis Predicatorum , filius vester humilis , seipsum recommendatione humili & devota.* —— *Idcirco ad gloriam & honorem omnipotentis Dei , & beatissime virginis matris ejus , beati Dominici , patris mei , ac beatissime Marie Magdalene , hanc Scalam Celi composui , ut per eam interdum , postposito alio studio terreno & curioso , ascendamus ad contemplanda aliqua de eternis. Latera autem hujus scale sunt duo , videlicet cognitio supernorum & amor eorum.* —— *Gradus hujus scale sunt diverse materie , que secundum alphabeti ordinem contexuntur. Que ne contemnantur a legentibus , expono libros , a quibus flores elegi , secundum quod a Deo est mihi donatum. Ex vitis Patrum Jero. Ex libris Dialogorum Gregorii. Ex floribus Sanctorum Jacobi de Voragine. Ex Historiis Scolasticis. Ex Speculo Exemplorum Jacobi de Vitriaco. Ex Glosa Jeronimi super Bibliam. Ex Summa fratris Vincencii. Ex libro magno de Donis Spiritus Sancti. Ex Mariali magno. Ex libro de Vita & Perfectione Fratrum Predicatorum. Ex Alphabeto Narracionum.* —— Ultimo Scalæ gradui fol. 241. hæc adscripta verba ; *Anno Dni M CCCC LXXVI Liber iste , vocatus Scala Celi , Lubec impressus , explicit feliciter.* Typographi nomen non memoratur quidem : facit tamen similitudo typorum , ut credam ex Schassianâ quoque officinâ hoc opus prodiisse. Pertractantur in hôc summæ barbariei monumento , serie litterarum , varia argumenta sacra & moralia , e. c. *Abstinentia , Accidia , Adulatio , Adulterium* &c. sed intermixtis tot ridiculis fabellis , quisquiliis ac superstitionibus , ut male rebus suis consulat , qui hujus Scalæ ope ad cœlum velit ascendere. &c.

Alium librum hôc anno Lubecæ excusum protulit in suo Specimine Jo. Henricus à Seelen. & descripsit his verbis. „ CONRADI *de* HALBERSTAD *Mensa Philosophica & Responsoriorum Curiosorum.* „ fol. Opus hoc , foliis 132. absolutum , „ primùm habet curiosarum Quæstionum „ physicarum , in eodem pertractatarum , „ Indicem ; deinde hanc Præfationem. *Incipit Responsorium Curiosorum compilatum per fratrem Conradum de Halberstad , ordinis*

Decretum Gratiani cum apparatu seu glossis Bartholomei Brixiensis: *per Bernhardum RICHEL.* folo. Basil. 1476.

Clementinarum opus cum apparatu domini Joannis An. *per Petrum Schoyffer de Gernsheim.* fol. Mogunt. 1476.

Opus Jacobi de Alvarotis de Feudis: *impressum die decimo Julii.* folo. Venet. 1476.

Bartolus super 2da. parte codicis quam peroptimè emendatâ: *impressionem habuit impensis Joannis de Coloniâ sociique ejus Joannis Manthen de Gerretzem, qui unà fideliter degentes ipsius laboratores conduxerunt.* folo: Venet. 1476.

Justiniani Institutiones cum glossis: *per Michaëlem WENSLER.* folo. Basil. 1476.

Antonii Cermisonii excellentissimi medici consilia: *impressa per me ma-*

„ *dinis Predicatorum. Quia multi homines* „ *libenter de raris & curiosis querunt, &* „ *de talibus delectabiliter audiunt & lo-* „ *quuntur. Ideo ut fratres nostri predicato-* „ *res, quos frequenter apud homines diver-* „ *sorum statuum & condicionum esse opor-* „ *tet, inter eos gratius conversentur, quo* „ *ad talia valent aptius respondere, & de* „ *talibus sciunt etiam convenientius confer-* „ *re. Presens opusculum, quod de raris &* „ *curiosis questionibus ex diversis breviter* „ *compilavi, Responsorium Curiosorum no-* „ *minavi. Quia breves in eo responsiones ad* „ *hujusmodi questiones ordinavi, sicut ex* „ *autoritatibus autentuis melius & aptius* „ *potui invenire. Et istum librum in libros* „ *quatuor partiales distinxi. Primus est de* „ *corporibus supercelestibus, sive elementis* „ *simplicibus & aliquibus mixtis, scilicet mi-* „ *neralibus & vegetabilibus. Secundus est de* „ *animalibus in generali & eorum membris* „ *& partibus. Tertius de homine in speciali.* „ *Quartus de animalibus in speciali. Pri-* „ *mum autem librum collegi ex Probleuma-* „ *tibus Arestotilis, & de Alberto in Diver-* „ *sis, & Rogerio Bactum in Perspectivis,* „ *& diversis aliis. Alios autem tres sequentes* „ *ex Arestotile, ubi supra, & in aliis, ex Al-* „ *berto in Q. supra de Animalibus, ex Ques-* „ *tionibus Petri Hispani super Viaticum Cons-* „ *stantinum, & diversis doctoribus aliis. Po-* „ *nam autem in singulis questiones breves* „ *sine rationibus pro & contra, quia non ad* „ *disputandum, sed ad breviter responden-* „ *dum & familiariter conferendum illud* „ *opusculum ordinavi.* Obsignatur liber hâc „ clausulâ. *Explicit tractatus Mense Philo-* „ *sophice & Responsorii Curiosorum Lubek* „ *impressus Anno Dni M CCCC LXXVI.* „ Typi, iis planè similes, quibus Rudimentum „ Novitiorum exscriptum, indicant, „ quòd à Schaffio hoc quoque opus excu- „ sum. Corraduntur in eodem, sed cum „ magnâ sæpe ἀκρισία, sententiæ quæ- „ dam Philosophorum, quorum nonnul- „ li quàm obscuri sunt nominis, tam „ rarò suum Conradus interposuit judi- „ cium. Dicam paucis, quid de hôc libro „ sentiam, onerata est hæc Philosophica „ Mensa multis cibis insipidis, insulsis, „ omni elegantiorum litterarum condi- „ mento destitutis. Cùm tot hujusmodi nugas, tot monstrosos enormis barbariei partus, premi tenebris quàm prælo digniores, typographiæ ope sub ejusdem initiis in lucem protrusos, videam; non possum non demirari & lugere crassam adeò istorum temporum ignorantiam: per quam stetit, ut Ars nobilissima bonis literis restituendis nata his quisquiliarum sordibus inquinaretur, his tenebricosorum monachorum aliorúmque id genus hominum deliramentis obscuraretur, quæ tot optimorum authorum scriptis enitescere poterat & illustrari. Hinc accidit, ut multis in Europæ locis abruptam & imperfectam habeamus illius notitiam. Neque enim dubito, quin passim ab artificibus novi inventi promovendi cupidis certatim vel quotannis (ex quo ullibi exorta fuerat & tentata) exerceretur: verùm opera compluria typographica sæpe ob insulsæ materiæ & sermonis inelegantis tædium neglecta (ut par erat) prorsus interierunt, ubi primùm meliores humanioresque ab omnibus amari & coli incepissent disciplinæ.

magistrum Henricum de Coloniâ, pridie Nonas Septembris. M. CCCC. LXXVI. Laus Deo & sue matri. Amen. fol°. Brix. 1476.

Præclara ac multis profutura historia Longobardica, additis multorum sanctorum ac sanctarum legendis pulchris ac raris, ut patet tabulam sub alphabeti ordine editam intuenti: *hæc ad laudem & gloriam dei ac gloriosæ virginis matris ejus necnon ad utilitatem Christi fidelium impressa, & ad finem usque deducta est per me CONRADUM de Hoemborch, meoque signeto insignita, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, feriâ sextâ ante Martini episcopi; de quâ sit deus gloriosus benedictus in sæcula. A. M. E. N.* fol°. . . . 1476.

Conciliator Petri de Abano: *Finis impositus a magistro Gabriele de Tarvisio domini Trivisani Veneti impensa: Petrus de Carariis de monte silice theoricam medicine in gymnasio Patavino legens accuratissime revisit; D. Andrea Vendramino duce existente.* fol°. Venet. 1476.

Opus, quod quidam Carthusien. ejus autor primus Fasciculum Temporum nuncupavit: *impressum per me Conradum de Hoemborch meôque signeto signatum, explicit sub anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, feriâ sextâ ante Martini episcopi.* fol°. . . . 1476.

Cronica summorum pontificum imperatorúmque ac de septem ætatibus mundi ex Sto. Hieronymo, Eusebio, aliisque eruditis excerpta: *Hic libellus anno à nativitate domini nostri Jesu Christi millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, die Sabbati decimâ mensis Februarii, Pontificatûs Sixti papæ anno ejus V. impressus est Romæ per magistrum Joannem Schurener de Bopardiâ.* ' 4to. Rom. 1476.

Il Libro degli homini famosi compillato per Francisco Petrarca ad instancia di Francisco da Carrara: *per FELICEM ANTIQUARIUM & INNOCENTEM ZILETUM.* ** fol. Veronæ. 1476.

Aris-

' Ad finem post datum impressionis annum; *Sixti Ruffi viri consularis Valentiano Augusto de Historiâ Ro. libellus incipit. C. Plinii II. oratoris Veronensis de viris illustribus liber.* Prætermittere non possum, quod in hôc Chronico ad ann. 1458. & 1464. legitur. Ad ann. 1458. *Sedente papâ Pio II. Jacobus cognomento Cutembergo patriâ Argentinus, & quidam alter, cui nomen Fustus, imprimendarum literarum in membranis cum metallicis formis periti, trecentas chartas quisque eorum per diem facere innotescunt apud Moguntiam Germania civitatem. Johannes quoque Mentelinus nuncupatus apud Argentinam ejusdem provincia civitatem ac in eodem artificio peritus totidem chartas per diem imprimere agnoscitur.* Et ad ann. 1464. *Sedente Paulo II. papâ, Conradus Sweynheym ac Arnoldus Pannartz, Udalricus Gallus parte ex aliâ, Teuthones, librarii insignes Romam venientes primi imprimendorum librorum artem in Italiam induxere, trecentas chartas per diem imprimentes.*

** *Illustres opere hôc viros perire*
Francisci ingenium vetat Petrarchæ.
Non scripto calamo anserisve pennâ
Antiquarius istud ære Felix
Impressit: fuit Innocens Ziletus
Adjutor sociúsque rure Polliano
Verona ad lapidem jacente quartum.
M: C: C: C: C: LXXVI::: KL: OCTOBRIS.

Aristotel. de Animal. libri, Latinè, Theod. Gazâ interprete; quos Ludovicus Podocatharus Cyprius ex archetypo ipsius Theodori fideliter & diligenter auscultavit, & formulis imprimi curavit: *per Joannem de Coloniâ sociúmque ejus Joannem Manthen de Gherretzen.* fol°. Venet. 1476.

Sallustius: *ductu & impensâ Philippi Lavanii; quinto Kalendas Decembres.* fol°. Mediol. 1476.

Cicer. Rhetoric. Veter. liber ad Heren. [1] fol°. . . . 1476.

Cicer. Epistol. Familiar. *Hoc opus diligenter emendatum Antonius Zarothus Parmensis hujus præclaræ artis magister quàm maximâ potuit diligentiâ impressit, octavo Kal. Decembres; Duce Galeacio Mariâ gloriosissimo.* fol°. Mediol. 1476.

Quintiliani Institutiones Oratoriæ: Has *diligenter emendatas Antonius Zarothus Parmensis sollerter impressit anno à natali Christiano 1476. 5. idus Junias; auspice Christo.* fol°. Mediol. 1476.

Terentii Comœdiæ: A N. 1476. Z A. [id est; Antonius Zarothus] SEPTIMO KA. MARTIAS. fol°. Mediol. 1476.

P. Virgilii Maronis partheniæ opera omnia & opuscula: *diligenter emendata & diligenter impressa sunt anno à natali Christiano millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, Xiii. Kalen. Octobres, ab Antonio Zarotho Parmensi, qui quidem artifex egregius propediem majora de se pollicetur.* fol°. Mediol. 1476.

P. V. Maronis opera & opuscula: *fœliciter finiunt insignita per JOANNEM de Viennâ.* fol°. Vincent. 1476.

Horatii opera: *operâ & impensis Philippi de Lavagniâ civis Mediolanensis; XVI. Februarii.* fol°. Mediol. 1476.

Boccac. il Filocolo: *per Dominicum de Vespolate. XIV Junii.* * fol. Mediolani. 1476.

•

Nicol. Perotti Rudimenta grammatices: *præsens hæc regularum grammaticalium impressio in almâ urbe Româ in domo nobilis viri Petri de Maxi-*

Notandum est in quibusdam hujus libri paginis, quas circumeunt artificiosa aliquot lineamenta (qualia in editionibus nonnullis Aldinis aliisque cernuntur,) spatium medium vacare quadratum ad Icones clarorum virorum inserendas.

Is liber erat in Bibliothec. Bentes. Part. 2. p. 33. n. 375. *Li famosi fatti di trentasei antiqui Romani &c. Scritti da Fran. Petrarca, principiando da Romulo fino à Tragiano Imp. Verona.* 1476.

1 *Emendata manu sunt exemplaria docta*
Omniboni: quem dat utraque lingua patrem.

* Cum his Bonini Mombritii versibus;

Philocalum quicunque legis, ne credito tantùm,
Quid Venus, aut quid sit, nôsse, jocosus Amor.
Fœcundas hominum dabitur cum moribus urbes,
Et rerum varias edidicisse vices.
Quod juvet, historia series & fabula narrat;
Seu quæ jam fuerint, seu nova forsan ames.
Tantùm difficiles absint, & mœsta sequentes
Funera; quique oculis tristia cœpa gerunt.
Ista decet juvenes, juvenis, quam pagina, lector,
Aspicis: annosos non amat illa senes.

Maximis, non atramento, plumali calamo, neque stilo æreo, sed artificiosâ quâdam adinventione imprimendi seu characterizandi; opus sic effigiatum est ad Dei laudem industriéque per magistrum Arnoldum Pannartz Alamanum est consummatum Anno Salutis M CCCC LXXVI. die verò vicesimâ quintâ mensis Februarii; sedente Sixto Pon. Max. anno ejus quinto. fol°. Rom. 1476.

Ambrosius de Johannis generatione: *per Anton. Sorg.* [1] Aug. Vind. 1476.

Bonaventuræ Speculum Mariæ Virg. [2] fol°. Argent. 1476.

Antonii (*juxta alios*, Arnoldi) Roterdam Gnotositos, sive Speculum conscientiarum. [3] fol°. BRUXELLIS. 1476.

Antonini de Florentiâ Confessionale. [4] Norib. 1476.

Michaelis [de * Carchano] de Mediolano Sermones: *per Franciscum de Hailbrun.* [5] Venet. 1476.

Fr. Joh. Gritsch Ord. Minor. Quadragesimale, per totum anni spatium inserviens, cum thematum Evangelicorum & Epistolicorum introductionibus: *per Joannem Zainer Reutlingensem.* [6] Ulm. 1476.

Hugonis Cardinalis Sermones Dominicales super Evangelia & Epistolas: *per Georgium HUSNER.* [7] Argent. 1476.

Socci seu Socii Ord. Cisterc. Sermones de tempore & de Sanctis, seu, ut alii, sermones de Sanctis notabiles & formales, per anni circulum. [8] . . . 1476.

Legenda Sanctorum Aurea. [9] fol°. Norib. 1476.

Jo. Andreæ Novellæ. [10] fol°. Rom. 1476.

Baldus de Perusio super 1. & 2. Decretal. [11] fol°. . . . 1476.

Dominic. de S. Geminiano in 6tum. Decretalium. [12] fol°. Venet. 1476.

Sex-

1 Bibl. Norib. Saub. p. 129. Sic Beugh. p. 11. & Orland. p. 275. Sed sinè typographi nomine.

2 Bibl. Norib. Saub. p. 128. At Simler. in Bibl. p. 103. *per Antonium Sorg. Augustæ.* 1476.

3 Ultraject. Bibl. Cat. p. ii. Sic Beugh. p. 120. & Orland. p. 399.

4 Bibl. Norib. Saub. p. 128. Sic Beugh. p. 61. & Orland. p. 142.

5 Saubert. p. 129. [* Sic hunc vocant Beugh. p. 41. & Orland. p. 307.] In Supplemento à Rev. Jacob. le Long mihi misso; *Sermones tam pro adventu quàm pro quadragesimâ, per Michaelem Mediolanensem Ord. Minor.* 4to. *per Franciscum de Hailbrun & Socios. Venetiis.* 1476. Hanc editionem ad ann. 1477. promovet la Caille, p. 22.

6, 7 Bibl. August. Reiser. p. 98.

8 Ead. p. 100. Sic Beugh. p. 128. & Orland. p. 408. Hos se possidere scribit Val. Ern. Lœscherus.

9 Cat. Commelin. Compact. L.B. 1607. 4. & Bentes. part. 2. p. 22. n. 265.

10 Bibl. Norib. Saub. p. 128.

11 Ead. p. 129. Lœscherus indicat locum & typographum; *Mediolan. per Christof. Valdarfer Alemannum.*

12 In auctione Reimer. Lunæb. 1720. p. 19. n. 411. 412. Et in Catal. Jos. Smith, *per Jacobum de Rubeis.*

Sextus Decretal. cum gloss. [1] fol°. Mogunt. 1476.
Mich. de Dalen Casus Summarii Libror. Decretal. [2] fol°. Colon. 1476.
Bartol. super Prim. Digesti Veteris. [3] . . . 1476.
Justiniani Institutiones cum gloss. [4] fol°. Rom. 1476.
Libellus docens modum legendi abbreviaturas in utroque jure. [5] Norib. 1476.
Kaiser Sigismundi Reformation. [6] Augspurg. 1476.
Chronicon von den Päbsten. [7] Augspurg. 1476.
Pe. de Blarrorivo Nanceïdos opus de Bello Nanceiano, versibus. [8] . . . 1476.
Jo. Anton. Campani Opera. [9] fol°. Venet. 1476.

4

[C] Alberti Magni Compendium Theologicæ Veritatis: *per Christophorum Arnoldum Alemanum.* [10] fol°. Venet. 1476.

[C] Ambrosii de Spira Tarvisini, Ord. frat. S. Mariæ, Quadragesimale de floribus sapientiæ: *per Vindelin. de Spir.* [11] fol°. Venet. 1476.

[VEL]

1 Ultraject. Bibl. f. 33.

2 Ead. Ibid. Sic Beugh. p. 51. & Orland. p. 320. & Bibl. Francof. p. 139.

3, 4 Labb Biblioth. Nov. p. 338. n. xv. p. 340. n. cxxiv.

5 Bibl. Norib. Saub. p. 128.

6 De hôc opere Schottel von der Teutschen sprache p. 1190. Kaisers Sigismundi reformation ist teutsch zu Augspurg gedruckt / darinn viel nützliches deßhalber / daß man des damaligen Teutschlandes Zustand in Policey wesen vernehmen / und wie viel dinges damals nach dem Teutschen ausgeredt worden / und 1476. gebräuchlich gewesen.

7 De hôc raro opere ita Schottel von der Teutschen Hauptsprache l. V. p. 1171. Von den Päbsten eine Chronic und zwar vom I. Pabst bis auf Sixtum V. ist teutsch a. 1476. zu Augspurg getruckt / woraus die damalige rauhe Schreibart der teutschen sprache mit abzunehmen: Diesem Buch ist vorgefüget ein Bild Christi / zeigt die Wunden samt andern Geräthschafften der Passion / vorn kniet der Pabst und ein Engel und fleht darbey: Der diese Figur ehret mit einem PATER NOSTER der hat XIIII. tausend Jahr Ablaß / und von XLIII Päbsten der gab jeglich VI. Jahr / und von XL. Bischoffen von jeglichen XL. Tage / und den Ablaß hat bestätigt Pabst Clemens. conf. eu[nd]em p. 1190. eine alte teusche Chronica von Christi Geburt bis aufs Jahr 1476. ist in Augspurg in selben Jahre getruckt / woraus dieses mit zumercken / wie sie es mit der Rechtschreibung und der Schreibart (orthograph. & stilo) sich gemählig geendet / so beydes etwas seltsam in diesem Buch befindlich.

8 Gerh. Mercator. Cat. B 2. Vide & Thuan. Catal. 1704. part. I. p. 401.

9 Rarissima hæc editio in Biblioth. Kilmansegg. part. I. p. 2. n. 30. vix duorum imperialium pretio veniit. De hujus tamen editionis anno valde dubito; nescio enim, an Campani opera unquam prodierint, antequam Fernus hæc collecta ediderit anno 1495.

10 Buneman. etiam citat ex B. Lydii Cat. I. B 4. n. 171. & auctione Bremensi anno 1720. exeunte Martio habitâ. p. 19. n. 130.

11 Simlerus in Biblioth. p. 31. profert edition. Venet. 1485.

[VEL] Thomæ Aquinatis Summa Catholicæ Fidei. Rom. 1476.
[VEL] Alberti Patavini Expositio Evangeliorum. fol°. Venet. 1476.
[VEL] Mich. Francisci Decisiones de Confraternitate dolorum S. Mariæ. (*ex Cavio. p.* 188.) Colon. 1476.
[CH] Manipulus Curatorum G. de Monte Rotherii : *apud Bartholomæum UNKEL.* 4to. Colon. 1476.
[L] Antonii de Butrio Speculum de Confessione : *per Hermannum Levilapidem.* fol°. . . . 1476.
[L] Francisc. de Mayronis in primum Sententiarum. fol°. . 1476.
Liber Epistolarum Familiarium Æneæ Sylvii Piccolominei, qui & Pius Secundus fuit, in Cardinalatu editarum : *in via Sancti Jacobi ad intersignium Viridis folli.* * fol°. . Paris. 1476.
[S] Nicol. Perotti Rudimenta Grammatices : *anno salutis M CCCC LXXVI. Tarvisii ; Franciscus Rholandellus poëta emendavit, & Gerardus de Flandriâ impressit, diligentissimè uterque.* 4to. Tarvisii. 1476.

ſ

[369] Mammotrectus : *per Franciscum de Hailbrun & Nicolaum de Francfordiâ socios.* [1] fol°. Venet. 1476.
[121] Jo. Nyder opus super X. Præcepta Decalogi, Præceptorium legis nuncupatum : in cujus fine legitur ; *Joannis Nyder S. Pag. Doct. Ord. Præd. Conventualis Nurembergensis præceptoris præclarissimum opus, quodam digna admirationis modo, non pennis, ut Prisci quidem, sed litteris sculptis, artificiali certè conatu, remota nempe indagine, ingeniique diversa inquitatione illustre figuratum, accurate denique correctum per providum Leorium Husner civem urbis famosæ Argentinensis completum & terminatum est. Idus Februarii.* Strasburgii. 1476.
[174] Miracoli de la gloriosa verzene Maria : *per Zuane de Reno.* [2] 8vo. Vicenz. 1476.
[25.] Vite de Sancti Padri, per diversi eloquentissimi dottori volgarizate : *per M. Antonio di Bartolomeo da Bol.* fol°. Venet. 1476.
[140.]

* Bibl. Hohendorf. p. 231.

1 Hunc annum indicat Jo. Alb. Fabricius in Biblioth. Latin. 1722. p. 675. Anton. verò Orlandi p. 26. (contra p. 369.) habet 1475. ubi scribit hanc esse editionem primam. Huic tamen duæ anno 1470. præiverunt.

2 *Urbe Vincentie deve stato impronta*
Sopra Beata de miracoli tanti
Di quella, che nel ciel monta, e dismonta
Accompagnata con gli anzeli, e Santi
Zuane de reno quivi si conta
E stato il mastro de si dolce canti
Setanta sexto quatrociento, e mille
Kalende Septembri facendo il Sol faville.

[140.] Francisci de Retza Comestorium Vitiorum: *per Anton. Coburger.* Normb. 1476.

[24.] Pauli de Venetiis Ord. S. Aug. Artium & Sac. Theol. Doct. Summa Naturalium: *per Jo. de Coloniâ & Jo. Manthen de Gherretzen.* folo. Venet. 1476.

[138] Gli statuti della citta di Ferrara: *per SEVERO Ferrarese.* 1 folo. Ferrar. 1476.

[138] Alberti Trotti seu Trotta Ferrariensis de vero & perfecto clerico: *per SEVERINUM bibliopolam Ferrariensem.* 2 4to. Ferrar. 1467.

[173. & 282.] Virgilio tradotto in prosa Italiana per Atanagio Greco litteratissimo: *per Hermano Levilapide a di* 12. *Marcio.* 3 4to. Vicenz. 1476.

Bi-

1 Se costui fusse padre di Severino Libraio, e Stampatore in Ferrara, o lo stesso, non l'ho potuto ritrovare; so bene, che stampo, in carattere Romano, ma molto fiacco.

2 Vide Simler. Biblioth. p. 19. Beughem. p. 138. De hujus libri editione hæc subjecit Antonius Orlandi: ,, Questo libro seco ,, porta una degna riflessione, la quale è ,, la sequente. Fu egli ristampato in Lyon ,, l'anno 1535. in 8vo. e nella prefazione ,, al lettore, fatta da un tale Raimundo ,, Fraguier, cosi si legge. *Septuagesimus ferme annus est, sanctissima natio, quo Severinus bibliopola Albertum hunc vestrum Trotium* de vero & perfecto Clerico *vetustis quidem characteribus Ferrariæ impresserat, non vulgarem assecutus de piis studiis existimationem.* Ora levando questi 70 anni dalli 1535. restarebbe la prima edizione fatta in Ferrara da Severino ,, nell'anno 1465. il che si rende difficilissimo a credere, perche in quel tempo ,, non era ancora la stampa introdotta in ,, Roma, ne in altri luoghi * cospicui d'Italia, come si è detto; onde il Fraguier ,, avrà errato, volendo forsi dire: *Sexagesimus ferme annus est*, che bene accorda con l'edizione nel 1475. benchè tal ,, libro sia stato stampato nel 1476.,, Idem erratum admissum est à Claudio Salmasio in ipsius ad Historiæ Augustæ Scriptores notis: *Mediolanensis*, inquit, *illa totis viginti quinque annis istâ Venetâ, quam pro principe Casaubonus habuit, anterior esse liquidâ fide comprobatur.* Casauboni editio Veneta fuit M CCCC LXXXX. Quam igitur laudat Salmasius Mediolanensem *viginti quinque annis anteriorem*, oportuit fuisse 1465. quo anno Mediolanum typographiam nondum acceperat: & cùm constet Mediolanensem illorum authorum editionem ante annum 1475. non prodiisse, constat etiam *quindecim* pro *viginti quinque* reponi oportere.

3 Nescio, quis iste sit *Atanagius Græcus.* Nomen aliud comminiscitur Cornelius à Beughem, p. 19. *Atanagoras*, inquit, *Græcus Virgilii Maronis Libros Æneidum in prosâ Italicè transtulit. Genuæ.* 1471. *in* 4to. [At nil Genuæ excusum adhuc comperi ante annum 1474.] & p. 144. *Virgilii libri Æneidos Italicè in prosâ redditi ab Atanagaro Græco prodierunt Venet.* 1478. 4. Atanagoram hunc sive Atanagarum juxtà atque Atanagium illum ignoro. Neutrius meminit Jo. Alb. Fabricius, qui in suâ Bibliothecâ Latinâ varias Virgilii versiones recenset. Sed pleniorem illius operis notitiam veriorémque nominis orthographiam à reverendo Josepho Sparkes viro in librorum antiquorum cognitione versato aliquando accepi; quam hìc adjicere visum est. *P. Maronis Virgilii liber Eneidos feliciter incipit. Prologus. La nobile opera gia in verso compenuda per P. Marone Virgilio* —— *e da puoi de verso in lingua volgare reducta per lo literatissimo Greco Athanagio per consola-*

* Præterquam in cœnobio Sublacensi, ubi Lactantius 1465 excusus est.

I

Biblia Latina: *Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, Augusti verò Kl. tertio; insigne Veteris Novique Testamenti opus cum canonibus Evangelistarúmque concordantiis impressum in regiâ civitate Nurnbergensi per Antonium Coburger civitatis ejusdem incolam.* fol°. Noriberg. 1477.

Eadem: *opus impressum per me Bernhardum Richel civem Basileensem sub a. incarn. d.* 1477. *VI. Yd. Sept. indict. vero X.* [1] fol°. Basil. 1477.

Eadem, Italicè; ex interpretatione Nicolai de Malermi; duob. Volumin. In fine prioris legitur; *Completa sunt Biblia rubricata per me Marinum Venetum Ord. Prædicat.* Et in fine posterioris; *Perfecta sunt hæc Biblia summo studio correcta, & Venetiis magnâ vigilantiâ mag. Antonii Bononiensis excusa, Sixto IV. Pont. Max. regnante Andreâ Vendramino inclyto Venetiarum Principe.* 1477. [2] fol°. Venet. 1477.

Ead. Italic. cum præfatione Hieronymi Squarzafici, qui Malermum in his concinnandis plurimùm juvit: *per Gabrielem de Piero Trevisanum.* [3] fol°. Venet. 1477.

Biblia GERMANICA. [4] fol°. Norib. 1477.

Eadem, Germanicè: *per Antonium Sorgium.* [5] fol°. Aug. Vindel. 1477.

Eadem, Belgicè. [6] fol°. DELPHIS. 1477.

Duytsc Bibel in twee stucken: *by Jakop JACOPPS.* [7] fol°. toe Delft. 1477.

NOV.

solatione de Constantio figluolo de Constantino Imperatore. —— la quale e stata impressa ne la famosa cittade de Vicencia per Hermanno Levilapide da Colonia grande nell anno di Signor M. CCCC. LXXVI. a di Marti XII. Marcio.

Jam presens opus hoc mille Athanasius annis
Eneadum cecinit: lege dulcia carmina lector.

P. B. C. O.

Et sequenti pag. *Publii Maronis Virgilii Epitaphia.* 4to. vel 8vo.

1 Long, *Biblioth. Sacr.* Consule Buneman. Programm. de Biblioth. Mindens. D 3. n. XI.

2 Long, *Biblioth. Sacr.* Hæc., *inquit Bunemannus*, erat in Bibl. mei olim præceptoris V. C. Guerri. Cunonis Rect. Gymn. Magdeb. p. 1. n. 6. & Labb. Nov. Biblioth. p. 339. n. XLV.

3 Chevill. p. 79. & Long, *Biblioth. Sacr.*

4 Chevill. p. 79. & Long, *Biblioth. Sacr.* qui mentionem facit *Bibliorum Germanicorum* sinè anno, typographo aut loco, quæ his putantur priora; quibúsque in fine annum 1467. adscripsit eadem manus, quæ librorum & capitum rubricas ac litteras majores initiales supplevit. Lege Hottinger. *Bibliothecar.* p. 150.

5 Long, *Biblioth. Sacr.* Ad calcem hujus Editionis leguntur *Germanicè*, quæ sequuntur; *Præ omnibus aliis antea impressis Bibliis Germanicis.* Ex his, *ut notat Bunemannus*, Hottingerus in *Bibliothecar.* p. 151. exhibet Specimen Germanicum. Et Jo. Fabric. Histor. Bibliothecæ suæ part. 1. p. 25. Et Tenzel. Mon. unterred. 1692. p. 692. qui postremus ex αὐτοψίᾳ Dom. Magni docet *Biblia a.* 1477. *bis in linguâ Germanicâ Augusta Vindelicorum prodiisse.*

6. 7 Chevill. p. 79. & Long, *Biblioth. Sacr.* Horum Bibliorum tria erant exemplaria in Bibliothecâ ADRIANI PAUW. Bunemannus

Nov. Testament. Gallice, ex versione Guiarti des Moulins, recognit. & emendat. studio Juliani Macho & Petri Farget: *per Bartholomæum BUYER.* [1] fol. Lugduni. . . .

Exempla S. Scripturæ secundùm ordinem literarum collecta. [2] 4to. Parisf. 1477.

S. Athanasii Comment. in Epistol. S. Pauli, Latinè, Christophoro de Personâ interprete: *per Georg. Sachsel, & Barthol. Golsch.* [3] fol. Romæ. 1477.

S. Augustin. de Civit. Dei: *per Matthiam Moravum.* fol. Neapoli. 1477.

La Legende des nouveaux Saints reveüe & corrigée par frere Julien de l'Ordre de S. Augustin: *par Bartholomieu Buyer.* [4] fol. à Lyon. 1477.

Leonardi de Utino ex Ord. Præd. Sermones quadragesimales de legibus: *per Martin. Udalr. & Michaël.* [5] fol. Parisf. 1477.

Secunda Pars Summæ Fratris Anthonini Archiep. Florent. *per Petrum DRACH. Vicesim. August.* fol. Spiræ. 1477.

Conclusiones sive Decisiones antique & nove dominorum auditorum de Rota: *per Petrum Scoeffer de Gernsheim.* [6] fol. Mogunt. 1477.

Co-

nus citat Biblioth. Scriverian. A 2. n. 6. Et Auct. Hier. de Bakere. G 3. n. 21. Et Cat. Abrah. vander Meer. p. 95. Et Cat. auct. apud Corn. Hack 1669. d. 20. Maii. p. 3. n. 6. Exemplar in 4to. fuit in Bibl. Bentes. part. I. p. 31. n. 9. Partem quoque in quarto excusam Hallervordius (Biblioth. Curios. p. 36.) inspexit; nempe *à libris Paralipomenon usque ad Prophetas minores inclusivè*, inter libros Radzivilianos, qui sunt in Bibl. Electorali Regiomontanâ; quæ nostro tempore tanto Bibliorum numero abundat, quanto vix alia.

1 Long, *Biblioth. Sacr.*] Absque Anno. At annus 1477. conjici potest ex charactere rudi & impolito, eodem prorsus, quo Liber ejusdem Authoris inscriptus *la Legende des nouveaux Saints &c.* 1477. cujus mox fiet mentio. Hoc Novum Testamentum *Gallicum* Johannes la Caille, (pag. 41, 42.) anno 1500. impressum scribit.

2 *Impressa Parisius in Sole aureo, Anno à nativitate Domini nostri Jesu Christi M. CCCC. LXXVII. Die penultimâ mensis Januarii.* Hujus Impressores forsan Gering, Crantz & Friburger fuerunt. Quippe eandem refert characterum figuram, quâ excusus ab illis hôc anno prodiit *Joannis Nyder Tractatus* (de quo postea) quem vidi cum illis *Exemplis* in eodem volumine compactum.

3 *Bibliothec.* Barberin. & Caille, pag. 18.

4 *Colligez de Vincent Historial. Imprimée par Bartholomieu Buyer citoyen de Lyon sur le Rosne, le Vingtiéme d'Aoust l'an mil quatre cens septante sept.* Naudæus (*Addit. à l'Histoir.* &c. p. 140.) scribit se Librum *Lugduni* impressum non vidisse antiquiorem *Pandectis Medicinæ* Matthæi Sylvatici *ann.* 1478.

5 *Parisius in Sole aureo in vico S. Jacobi prope S. Benedictum per honorabiles viros Martinum, Udalricum, & Michaëlem anno 17. Domini nostri Regis Ludovici Undecimi die Ultimâ mensis Octobris.* Hunc Annum Chevillerius (p. 38, 70, 72.) asserit fuisse 1477. quia initium Regis Lud. XI. regni figit ann. 1460. utì antea observatum est. Si autem regnare cœperit ann. 1461. annus impressionis erit 1478. Chevillerius (p. 38.) monet titulos & Ciphras huic Libro ab Impressoribus apponi.

6 *Anno* M CCCC. LXXVII *Prid. Non. Jan. gravi labore maximisque impensis Romanam post impressionem opus iterum emendatum antiquarum novarúmque decisionum suis cum additionibus Dominorum de Rotâ in civitate Moguntiâ Artis impressoriæ inven-*

COLIBET. Joh. DUNS: *impensis Joh. de Colon. & socii ejus Joh. Manthen de Gherretzem. VII. Octob.* fol. Venetiis. 1477.

Lombard. Sententiar. Libri IV. *per Vindelin. de Spirâ.*[1] fol. Venetiis. 1477.

ANTON. ANDREÆ super. 12. Libros metaphysicarum QUÆSTIONUM: *expensis NICOLAI PETRI de Harlem de Hollandiâ Almani coadjuvante Hermano de Levilapide* (i. e. Lichtenstein) *de Coloniâ.*[2] fol. Vicent. 1477.

Liber dictus Lumen animæ: *per me Anthonium Sorg civem Augustensem artis impressoriæ magistrum post diutinam occultationem (cooperantibus mihi imprimis Divinâ gratiâ, de post venerabilium fratrum beatæ Mariæ genetricis Dei de monte Carmeli benigno favore pariter & auxilio) non finè magnis laboribus ad laudem omnipotentis Dei totiúsque triumphantis ecclesiæ honorem & decorem atque in majorem fructum ipsius militantis ecclesiæ piorum filiorum simúlque utilitatem, ubi supra, stagneis* [aut potiùs stanneis] *karacteribus primùm in lucem est productus, annóque à nativitate Domini. i. ꝯ. ΛΛ. terciâ die mensis Septembris (omni cum diligentiâ) completus* * fol°. Augult. 1477.

Decretum Gratiani cum not. Bartholom. Brixiani: *per Nicol. Jenson.* fol. Venet. 1477.

BONIFACII VIII. Opera, viz. SEXT. DECRETAL. *per Michaëlem Wenzler.*[3] fol. Basileæ. 1477.

PRACTICA nova juris.[4] Lugdun. 1477.

DECRETA SABAUDIÆ operâ Petri Care: *per Johannem Fabri Lingonensem.* fol. Taurini. 1477.

BAPTISTÆ Marchionis Palavicini Episcopi Regiensis Historia flendæ CRUCIS, & alia opuscula: *per AUGUSTINUM Genoensem. Mense Decembri.* 4to. * Parmæ. 1477.

Sophologium Fratris Jacobi: *per Martinum Crantz, Udalricum Gering, & Michaëlem Friburger. Anno millesimo CCCC. LXXVII. die I. mensis Junii.* fol. Paris. 1477.

Chro-

ventrice & elimatrice primâ Petrus Scæffer de Gernsheim suis consignando scutis arte magistrâ feliciter finivit. Buneman. affert aliam editionem; viz. *Guil. Horborch Decisiones antiquæ Rotæ Romanæ. Colon.* 1477. notátque hanc Coloniensem & illam Moguntinam esse in Biblioth. Ultraject. f. 38. & f. 34.

1 *Literis æneis impress. decimâ Mart.* Charactere Gothico.

2 12. *Maii, in clarâ civitate Vicentinâ.* Hic liber forsan idem est, qui apud la Caille p. 39. citatur sub hôc titulo; *Anton. Andreas de principiis rerum naturalium.*

* Simler. in Biblioth. p. 494. hunc librum sic describit: *Matthiæ Farinatoris, de Viennâ Austriæ, Carmelitæ, liber Moralitatum, Lumen animæ dictus, in 75. titulos divisus, ex Sanctorum doctorum, philosophorum, poetarum etiam & oratorum auctoritatibus secundùm ordinem Alphabeti collectus; tomis duobus.* Sic Beugh. p. 58. & Orland p. 329.

3 Caille, p. 32. Buneman. citat Bibl. Norib. Saub. p. 131. 132. notátque se vidisse codices, ubi hujus typographi nomen impressum, *Wentzler.*

4 *Lugduno Franciæ Urbe præstantissimâ opus illud exactum est sub anno* M. CCCC. LXXVII.

Chronica, five Fasciculus temporum: *per Petrum Drach civem Spirens. Octavo Kalend. Decemb.*[1] fol. . . . 1477.

PII II. HISTORIA rerum ubique gestarum: *per Joannem de Colonia, sociúmque ejus Joannem Manthem de Gheretzem; anno millesimo CCCC. LXXVii.* fol. Venetiis. 1477.

YSTORIA de re Karlo & opere de Meschino: *per GERARDUM de FLANDRIA.*[2] fol. Venetiis. 1477.

HISTORIA TROIANA Guidone de Columpnâ authore: *per Arnoldum Therburnem.*[3] 4to. Coloniæ. 1477.

CORIOLAN. SCIPION. DALMATÆ MOCENICI Imperatoris gestorum libri tres: *per Bernardum Pictorem, & Erbardum Ratdolt.* 4to. Venetiis. 1477.

DIONYS. de situ Orbis, Latinè, Antonio Becharia Veronensi interprete: *per Bernardum Pictorem, & Erbardum Ratdolt de Augustâ, unâ cum Petro Loslein de Langencen eorum correctore ac socio.* 4to. Venetiis. 1477.

Pompon. Mel. *XV. Nov.* 8vo. Venetiis. 1477.

Pompon. Mel. *per Bernardum Pictorem & Erbardum Ratdolt de Augustâ unâ cum Petro Loslein de Langencen eorum correctore ac socio.* 4to. Venetiis. 1477.

Appian. Latinè, Petro Candido interprete: *per Bernardum Pictorem, & Erbardum Ratdolt de Augustâ unâ cum Petro Loslein de Langencen correctore ac socio.* fol. Venetiis. 1477.

PLIN. de VIRIS ILLUSTRIBUS.[4] 4to. Venetiis. 1477.

Cæsar. Comment. *per Antonium Zarotum*[5] fol. Mediolan. 1477.

PANEGYRICI Latini veteres: PETRONII Arbitri Satyricon; Ephimeris DICTYS Cretensis.[6] 4to. Mediolan. 1477.

Cicer. Rhetoric. libri ad Herenn.[7] fol. Paris. 1477.

Offic.

1 Buneman. ex Cat. Phil. Marnix. A 3. affert aliam editionem *Lovanii.* 1477.

2 *In Venexia. A di* XXII. *de Novembre.* M. CCCC. LXXVII. *inclito Venetiarum duce Andreâ Vendramino. Gerardus de Flandriâ impressit.*

3 *A Guidone de Columpna Messanensi Judice edita* 1287. *impressa per Arnoldum Therburnem Colonia commorantem* 1477. *die penult. Nov.*

4 *Biblioth.* Bodleian. At Orland. p. 28. nominat typographum *Andream Jacobi Catharensem.* In isto Catalogo Bodleian. reticentur plerumque typographorum nomina; quæ in proximâ ejus editione spero non neglectum iri.

5 *Die* X. *Februarii. Hoc opus diligenter emendatum Antonius Zarothus Parmensis hujus preclara artis magister politissimus, quàm maximâ potuit diligentiâ, impressit.* Cum Petri Justini Philelfi ad Joannem Simonetam ducalem secretarium epistolâ. —— *Subjeci scripta necessaria ad cognitionem populorum, fluminum & locorum* —— *inquisita per Raymundum Marlianum; qui cùm in partibus transalpinis diu multùmque fuisset, omnia est accuratissimè perscrutatus* &c. *Vale, Mediolani, ex adibus meis, XV. Kalendas Decembres, anno millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.*

6 *Impress. die decimo nono mensis Maii. M. CCCC. LXXVII.* Cum epistolâ Maselli Beneventani ad Bartholomæum Chalcum ducalem secretarium ante Dictyn præmissâ. Ejusdem est characteris ac Ambrosii de officiis libri tres ann. 1474.

7 *Capitalibus litteris ac paragraphis distincti: Parisii impressi nitide tersè atque perpolitè*

Offic. Paradox. Amicit. Seneƈt. Somn. Scip. [1] fol. Parif. 1477.
De Finib. Tuscul. Quæstion. [2] fol. Parif. 1477.
Familiar. Epistol. [3] fol. Parif. 1477.
Cicer. Familiar. Epist. *per JACOBUM de FIVIZANO Lunensem.* fol. Venetiis. 1477.
ASCON. PEDIAN. in Oration. Cic. *per Johann. de Coloniâ & Manthen de Gheretzem.* fol. * Venetiis. 1477.

Te-

liti in vico Sancti Jacobi juxta domum prædicatorum. M. CCCC. LXXVII. *quarto Kal. Nov.*

1 *Impress. Parisius in vico Sancti Jacobi sub intersignio viridis follis prope prædicatores.* M. CCCC. LXXVII. *mensis Augusti.*

2 Absque Anno; sed ad calcem leguntur hæc;

Erhardus Ciceronianæ lectionis amatoribus Sa. P. Di.

Cum Epigrammate septem distichorum, quorum tria ultima hæc sunt: —— *Cicero:*

Quem si Cephaleis vulgaribus annotavi
His libris, veniam, lector humane, dabis.
Nos quoque quom legeris, pretium ne, quæso, relinquas,
Artificum ingenua quod meruere manus.
Pro quibus optandi mihi si nunc copia adesset,
Tam bene promeritis commoda mille precer.

Is ERHARDUS fuit ERHARDUS WINDSBERG, cujus antea in Editione Epistolarum Cynicarum *Parisiensi* aliud memoratum est Epigramma ad tres illos Typographos *Germanos*, qui *Parisiis* ann. 1470. Artem profiteri inceperunt. Horum trium Librorum ultimus, nescio, an eodem, quo duo primi, Anno excusus fuerit.

3 *Impress. Parisius in vico Sancti Jacobi in intersignio follis viridis.* M. CCCC. LXXVII.

Hos quatuor proximè præcedentes Libros quibus Typographis asseram, ignoro. Horum duo, quibus *intersignium viridis follis* adjicitur, non possunt MARTINO, UDALRICO & MICHAELI, quorum intersignium erat *Sol aureus*, adjudicari. Primus eundem forsan, quem hi duo, habuit Typographum, cùm idem notetur locus *domus Prædicatorum in vico Sancti Jacobi.* MARTINUS autem UDALRICUS & MICHAEL *in vico* etiam *Sancti Jacobi*, sed *prope Sanctum Benedictum* habitabant. Eo circiter tempore *Lutetiæ* etiam Artem exercebant PETRUS CÆSARIS & JOANNES STOL, quos illorum Librorum Impressores forsan fuisse conjicio, eò præsertim quòd *litteris capitalibus* (quas per vocem *Cephaleis* ERHARDUS intelligit) *distincti* dicantur. Chevillerius enim (p. 56. 57.) majuscularum A, B, E, F, G, H, L. *&c.* usum in PETRI CÆSARIS & JOANNIS STOL Editionibus frequentem observat. Eorum forsan intersignium erat *follis viridis*, quamvis PETRUS CÆSARIS aliud (scil *Cygni & Militis*) anno 1486. (Chevill. pag. 57.) postea usurpaverit.

* In initio hujus libri; *Registrum Q. A. Pediani*; & *Registrum Georgii Trapezuntii. Q. A. Pedianus in Cic. contra Pisonem, pro Scauro, Milone, de L. Domitio, pro Cornelio, contra Anton. & Catilinam, Divinat. Verrin.* In fine. *Hæc est pars Q. A. Pediani curâ & diligentiâ Pogii Florentini reperta in monasterio Sancti Galli prope Constantiam XX millibus passuum, & ab ipsius Pogii exemplaribus à me A. Lu. transcripta, ac Venetiis per Joannem de Coloniâ ejúsque socium Joannem Manthen de Gherretzem impressa. Georgii Trapezuntii de artificio Ciceronianæ orationis pro Quinto Ligario ad Victorinum Feltrensem præfatio; pro Deiotaro, Aulo Cluentio, Petro Quintino, L. Flacco. Xiconis. Polentoni argumenta super aliquot oration. & invectiv. Ciceronis. Hieronymus Squarzaficus Alexandrinus Antonio Seracho archiepiscopo Corinthiensi Patriarchæ Venetiarum Vicario Salutem —— Quare pro utilitate publicâ eos in lucem dare curavi; & ut id assequi valerem, summo studio cum Joanne Coloniensi mercatore optimo & socio suo Joanne Gherretzem contendi, ut quemadmodum omnes commentarios juris civilis & pontificalium necnon omnes penè totius linguæ Latinæ libros suis impensis imprimere fecissent, hos nullo pacto prætermittendos paterentur. Qui ut sunt benigni atque humani, facillimè opinioni meæ annuerunt ——— Venetiis ex ædibus solitæ habitationis. 4°. Nonas Junias M. CCCC. LXXVII.*

Terent. cum Comment. Donat. & Calphurn. *per Hermannum Levilapidem Coloniensem.* [1] fol. Tarvisii. 1477.

Horatius. [2] fol. Tarvisii. 1477.

Horatius : *operâ & impensis Philippi Lavagniæ civis Mediolanensis. Tertio Id. Maii.* fol. Mediol. 1477.

Horatius : *per Philippum CONDAM Petri.* [3] fol. Venet. 1477.

Lucanus : *per Juvenem GUERINUM.* [4] fol. Venetiis. 1477.

MARCI Philosophi liber de naturis, qualitatibus & virtutibus octuaginta octo HERBARUM : *per Arnoldum de Bruxellâ.* [5] fol. Neapoli. 1477.

Liber Franc. Petrarchæ, quem composuit in amorem Lauræ, Italicè : *Impress. Neapoli regnante Ferdinando illustrissimo Siciliæ, Hierusalem & Hungariæ rege, anno ejus XVIIII. ab incarnatione M. CCCC. LXXVII. De mense Martii, vicesimâ ejusdem, per me Arnoldum de Bruxellâ.* fol°. Neap. 1477.

Tri-

1 *P. Sexti Terentii Afri cum Ælii Donati grammatici examinatâ interpretatione finis. Insuper addita est Calphurnii in Heautontimorumenon Terentii accurata expositio. Lepidas elegantésque Terentii Comœdias cum Donati interpretis commentario juxta fidele Calphurniana castigationis exemplar; doctrinam studiúmque Calphurnii Hieronymo Bononio enixè commendante, Hermanus Levilapis Coloniensis probatissimus librariæ artis exactor summâ confecit diligentiâ.*

Tarvisii Anno Christi M CCCC LXXVII. XIV Kl. Octobris.

Bononii Carmen.

Vestri Summite fabulas Terenti,
Junctum marginibus dehinc supremis
Donatum Latii simul poëta;
Ambos codice quos brevi coactos
Hermanus Levilaps Coloniensis
Mira Tarvisii peragit arte.
Donatus puto cui Terentiusque
Tantas reddere gratias tenetur,
Quantas reddere utrique nos tenemur.

Is *Hermannus* hôc eodem anno & 1475. *Vicentiæ* impressit.

2 Ad finem, in Epistol. CALPHURNII *Brixiensis* ad MARCUM AURELIUM leguntur hæc —— *is qui in Lucanum verbosissimas expositiones* & *ejiciendas impressit, quas sub nomine Omniboni præceptoris mei sacrilegè edidit. Manes certè Omniboni me orant, ut illum à tantâ contumeliâ vindicem. Nónne ego Omnibonum intus & in cute novi? Nunquam has ineptias effudit* —— Hi Commentarii excusi sunt 1475. Lege etiam postea Lucan. 1491.

3 *Die XV. Septemb. dicante* (falsò pro *ducante* verb. barbar. pro *ducis munus obeunte*) *Joanne Mozenico.*

4 Cum his versibus;

Quàm veniant grandes Lucani in carmina Musæ,
Et quantum excellat dicendi fulmine Vates,
Judicet, altiloquas nôvit quicunque Sorores.
Certè ego divino paulum cessisse Maroni
Crediderim, Phœbo digna & majora locutum.
Incertos belli eventus civiliáque arma
Cognatásque acies & summa pericula rerum
Scripserit ardenti meliùs quis carmine Vates?
Quásve ferat Latius gentes aut Gallicus axis,
Aut Oriens, quibus aut animis in bella ruentes?
Quid toga, quid sævi pariant discrimina Martis:
Emptor, habes: tantum moneo observare poëtam.
Ergo cape, & Juvenem Guerinum ad sydera tollas,
Lucanum Venetâ doctè qui impresserit urbe.

M. CCCC. LXXVII. *Die* XIIII. *Maii.*

5 Hexametris Latinis. *Anno millesimo qudringentesimo septuagesimo septimo: die nonâ mensis Maii.*

Triumphi Franc. Petrarchæ Italicè: *per Arnold. de Bruxellâ. Die tertiâ Aprilis.* fol. Neapoli. 1477.

Dante: *per Vindelinum de Spirâ.* [1] fol. Venet. 1477.

Aul. Gell. *per Andream Jacobi Catharensem. Andreâ Vendrameno duce Venetiarum inclyto.* fol. Venetiis. 1477.

Junian. Mai. de verborum priscorum proprietate: *per BERNARDUM de COLONIA.* fol. Tarvisii. 1477.

Tortell. Comment. de Orthograph. Hieronymo Bononio correctore, cum ejus carmine ad finem adjecto; cujus mentio fiet ad Tortellii editionem ann. 1480. *sumptu Michaëlis MANZOLI Parmensis.* fol. Tarvisii. 1477.

The Dictes and Sayenges of the PHILOSOPHERS and of SOCRATÈS: *by William Caxton.* [2] 4to. WESTMONASTERII. 1477.

Ser-

1 *Gothico* charactere: & ad calcem leguntur hæc:

Finita el opra del inclito e divo
dante allеghieri florentin Poëta,
la cui anima sancta alberga lieta
nel ciel seren ove sempre il sia vivo.
Dimola benuenuto mai sia privo
deterna fama che sua mansueta
lyra opera comentando il Poëta
per cui il texto a noi intellectivo.
Christofal berardi pisarense detti
opera e facto indigno correctore
per quanto intese di quelle i subjetti.
De spiera vendelin fu il stampatore
del mille quatro cente e settanta setti
correvan gli anni del nostre signore.

2 *A book of sayings of the Philosopher Socrates, translated out of Latin into French by * Jehan de Teonville Provost of Paris, and out of French into English by Wydewyll Erle Ryvers —— emprynted by me William Caxton at Westmestre* M.CCCC. LXXVII. —— *The Work was by the erl's desire overseen by Caxton.* ——

Caxton me fieri fecit.

Celeberrimi hujus CAXTONI operâ jam dudum anno (uti priùs dictum est) circiter 1460. in *Angliam* Ars Typographica inducta est; in quâ penitus perdiscendâ & tractandâ, minimè dubito, quin se ab eo tempore exercuerit, rarissimi licèt codices ante ann. 1480. ab illo impressi occurrant. Paucorum, quos hisce Annalibus inspergam, notitiam debeo THOMÆ RAWLINSON Armig°. viro horum studiorum amantissimo & peritissimo, cujus auxilium in meis omnibus de re Typographicâ lucubrationibus lubens & gratus agnosco.

CAXTONUM non in Arte tantùm sed & in Re litterariâ haud leviter versatum ex Libris ab ipso in vernaculam Linguam conversis impressisque comperimus; in quorum præfationibus solebat multa, quæ ad ipsius vitam pertinent, inserere.

En pauca ex libro Historiarum *Trojanarum*, qui quo Anno fuerit ab eo excusus, disertis verbis non exprimitur.

„ The recuyell of the Histories of
„ Troye drawn out of divers books of
„ Latin into French by Raoul le Fevre
„ chaplain to Philip Duc of Bourgogne in
„ yere a thousand four hundred sixty four,
„ and translated out of French into En-
„ glish by William Caxton mercer of the
„ city of London at the Commandment
„ of Margaret Duchess of Bourgogne &c.
„ Which translation was begun in Brugis
„ the first of March the yere a thousand
„ four hundred sixty and eight, and fi-
nis-

* P M. Cet homme se nommoit *Guillaume de Tignonville* ou *Thignonville*, & son ouvrage étoit intitulé *Les Dicts Moraux des Philosophes, les Dicts des Sages, & le Secret des Secrets d'Aristote.* Il y en a eu diverses éditions, touchant lesquelles on peut consulter La Croix du Maine. Il étoit en effet Prévôt de Paris; &, en cette qualité, après avoir fait pendre deux écoliers pour meurtre, il fut obligé, à la poursuite de l'Université de les faire dependre, les baiser à la bouche, & les faire enterrer au Cloitre des Mathurins. Cela arriva vers l'an 1408. Voyez les Antiquitez de Paris de Gilles Corrozet, pag. 133.

2

Sermones Sti. Augustini de informatione regularis vitæ; & ad fratres suos demorantes in heremo: *impress. Mutinæ per me BALDASEREM de STRUCIIS impressorem Mutinæ anno nativitatis domini nostri Yhesu Christi Millesimo CCCC. LXXVII. die XXV. mensis April. duce Hercule feliciter regnante, cui laus gloria & honor sit in perpetuum. AMEN. FINIS.* 4to. MUTINÆ. 1477.

Johannis de Turrecrematâ episc. Sabin. sanct. Eccles. Cardinalis Quæstiones Evangeliorum tam de tempore quàm de sanctis collectæ: *impressæ per Johannem Scheurener de Bopardiâ; sub anno M CCCC .LXXVII. die Mercurii ultimâ Aprilis.* folo. Rom. 1477.

Fra-

„ nished in Colen the XIX of September
„ the yere a thousand four hundred sixty
„ and enleven &c. when I remember my-
„ self of my unperfitnesse in both langua-
„ ges —— in France was I never, and
„ was born and lerned myne English in
„ Kente in the Weeld, where English is
„ spoken broad & rude —— and have
„ continued by the space of XXX. years
„ for the most part in the Countries of
„ Braband, Flandres, Holland & Zeland
„ —— The Duchess of Bourgogne sister
„ to the King of England, when she had
„ seen V. or VI. quairs, found a defaute
„ in myn English, which she comman-
„ ded me to amand, and to continue and
„ make an end of the residue —— whos
„ command I durst not disobey, becaufe
„ I am a servand unto her Grace, and re-
„ ceive of her yerely fee and other many
„ good and greate benefits —— age cre-
„ peth on me daily and feblelt all the bo-
„ dy —— I have practysed and lerned at
„ my great charge and dispense to ordain
„ this said book in prynt after the manner
„ and forme, as ye may here see, and is
„ not written with pen and ink as other
„ book be ——
„ *Pergama flere volo, fata Danaís data solo,*
„ *Solo capta dolo, capta redacta solo.*

[Cum duodecim aliis hujusmodi carminibus.]

„ Thus endeth the second Book of the
„ Recueil of the Histories of Troy ——
„ which work was began in Brugis, conti-
„ nued in Gaunt, and finished in Coleyn
„ in the yere a thousand four hundred
„ LXXI.
„ The third book of the destruction of
„ Troy translated of late by John Lidgate
„ monk of Burye —— His work is in ry-
„ me —— I have now good leizer in Co-
„ leyn —— I have delibered in my self
„ to take this laboure in hand ——

Constat igitur GULIELMUM CAXTON. in *Cantii* Comitatu natum circa ipsa Artis Typographicæ vix adhuc natæ primordia; liberaliter educatum; mercaturam *Londini* didicisse, & exercuisse; deinde Regiones exteras visendi avidum in *Belgio* & *Germaniâ* (ubi forsan non nihil de Typographiæ ortu acceperat) triginta ferè annos exegisse; ad litteras, ad libros maximè ex aliis Linguis in vernaculam convertendos, animum applicuisse, sub HENRICI VI. regno exeunte Typographiæ in *Angliam* inducendæ inserviisse; inductam gnaviter promovisse; industriâ suâ MARGARETÆ gratiam annuúmque stipendium meruisse; post varias peregrinationes ætate jam in senium vergente *Westmonasterii* demum consedisse, ibique Artem illam novam strenuè ab ann. 1477. ultra 1490. exercuisse. Hæc breviter, donec viri tam insignis vitam è tenebris erutam nobis fusiùs doctus aliquis explicet antiquarius.

Gulielmus Caxton solebat suis editionibus imprimere inter binas initiales sui nominis literas figuram symbolicam ex numeris 7 & 4 (id est 4) conflatam; scilicet

W [figura] C

quâ figurâ eum puto suæ typographiæ epocham [nempe 74. id est, ann. 1474.] indicâsse. Eâdem figurâ Wynkyn de Word, qui in illius ædibus (ann. 1494.) imprimebat, usus est. Vide *Ort. Vocabulor.* 1516.

Fratris Petri Berchorii Pictaviensis ordinis Sti. Benedicti Moralisationes Bibliæ, seu reductorium morale figurarum Bibliæ super utrumque Testamentum: *per RICHARD. PAFFROIT de Colonia civem Daventriensem.* fol°. Davent. 1477.

Fratris Raynerii de Pisis ordinis prædicatorum Pantheologia; duob. volum. *procurante Anthonio Coburger cive Nurnbergensi.* fol°. * Norib. 1477.

Legenda della mirabile vergine Beata Chaterina da siena suora della penitentia di santo Domenicho: *Anno domini mille quattro cẽto settanta sette addi venti quattro di março e stata questa legenda inprontata in firençe al monisterrio di santo iacopo dripoli dell ordine de frati predicatori, per mano di dua religiosi frate DOMENICO da Pistoia & frate PIERO da Pisa. Deo gratias.* [Gothico parvo charactere; columnis duabus.] 4to. Florent. 1477.

Joannis Nyder tractatus de leprâ morali: *qui completus Parisius per Martinum Crantz, Udalricum Gering, & Michaelem Friburger, anno Dominicæ nativitatis millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, die quintâ mensis Aprilis.* Ejusdem Manuale confessorum: *impressum Parisiis in sole aureo.* [1] 4to. Paris. 1477.

Bartol. super 1^am^. part. Cod. *per Joh. de Colon. & Joh. Manthen; VI Non. Mart.* fol°. Venet. 1477.

Explanationes in tertium librum can. Avicenne medicorum principis, quas interpres subtilissimus & abditorum sacre medicine indagator optimus Gentilis Vilumber Folginas edidit: *impresse Patavii anno salutis M. CCCC. LXXVII.* Kal. Decemb. industria opera ac impensis Petri Maufer Galli. fol°. Paduæ. 1477.

Opus ad conservationem sanitatis editum à Benedicto de Nursia ducis Mediolani medico; Similiter etiam de magistro Tadeo de Florentiâ de regimine sanitatis secundùm anni quatuor partes: *operâ & industriâ DOMINICI de LAPIS, impendio tamen Sigismundi à Libris civis atque liberarii Bononiensis.* [2] 4to. Bonon. 1477.

Liber Phisionomiæ, quem Michael Scotus compilavit ad preces D. Frederici Romanorum imperatoris. 4to. . . . 1477.

Sallust. Catilin. *Impress. per magistrum JACOBUM de MARLIANO. M. CCCC. LXXVII.* Jugurthin. & Orat. Catilin. in Cicer. & Crispi Jugurthini oratoris vita; & ejusd. in Cicer. Invect. & Cicer. in Crisp. *Hæc Crispi Jugurthini opera quàm optimè emendata Mediolani fuere impressa ductu & impensâ magistri Jacobi Marliani; anno à natali Chris-*

* Hujus Pantheologiæ aliam editionem *Moguntiæ* 1477. producunt Beugh. p. 109. & Orland. p. 15. 386.

1 Eâdem characterum formâ, ergóque per eosdem typographos impressa sunt Exempla &c. de quo libro vide Annal. Typograph. Tom. I. pag. 123. not. [c].

2 Alius libri, cujus titulus, [Gerardi Cremonensis theoricæ planetarum: Boloniæ, apud Dominicum de Lapis 1477. in 4to.] fit mentio in *Cremon. Litterat. Tom. I. pag.* 271.

Christiano MCCCC LXXVii. vigessimo secundo Kalendas Decembres. folo. Mediol. 1477.

Libellus de vitâ & moribus philosophorum & poetarum : *anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, pridie Nonas Maii. opusculum insigne ob legentium profectum editum Antonii Coburgers civis inclitæ Nurnbergensium urbis industriâ fabrefactum fidelitérque impressum.* Charactere Gothico. 4to. Noriberg. 1477.

Ciceronis ad Herennium rhetorica : *opus impressum per JACOBUM de SANCTO PETRO. XII. Novemb.* [1] fol°. PAPIÆ. 1477.

Cicer. de Oratore : *per Philippum Lavaniam : VI Id. Nov.* † fol. Mediol. 1477.

Ejusd. Epistol. Famil. *per Philippum Lavanium Mediolanensem. XIIII. Kal. Apriles.* fol°. Mediol. 1477.

Terentii Comœdiæ : AN. 1477. ZA. [id est, Anton. Zarot.] *DIE XXII. MARTII.* fol°. Mediol. 1477.

Lucanus : *opus impressum & diligenter emendatum sublimi ingenio magistri Antonii Zaroti ; die XXV. mensis Madii.* fol°. Mediol. 1477.

Idem : *opus impressum impensis Philippi Lavagniæ. ; sexto Kalendas Martii.* [2] fol°. Mediol. 1477.

Æneæ Silvii Senensis laureati imperialísque secretarii viri omnium facilè præstantissimi rerum familiarium *incipiunt* epistolæ peramœnæ ; *& ad calcem*, Pii secundi pontificis maximi, cui ante summum episcopatum primùm quidem imperiali secretario, mox episcopo, deinde etiam Cardinali Senensi, Æneæ Sylvio nomen fuit, familiares epistolæ datæ ad amicos in quadruplici vitæ ejus statu, feliciter finiunt anno salutis 1477. *Gothico charactere.* fol°. . . . 1477.

II

1 Alius fuit Franciscus de Sancto Petro, qui anno proximo ibidem imprimebat, teste Joanne de la Caille pag. 40.

† *Felices quibus insonabis aures,*
O nate ingenio liber peracri:
Qui sis pondere ponderatus omni,
Limatus studio satis perenni,
Formatus Venere & politus, arte
Insignis, gravitate singularis,
Tutus judicio, & tuo refulgens
Splendore eloquii. Quid otiosi
Ultrà quærimus? at nihil par.
Huc huc contulit omne pondus,
Vires ingenii profudit omnes.
Non est ulteriùs locus; quod usu
Edoctus juveniliter retraxit,
Quæ quondam sibi ab ore devolârunt.
Gotthi te modò possedere, Tulli;
Nunc vulgabere, nunc legere verus,
Nullâ barbarie ac modo inquinatus.
Assertor, plagiariis repulsis,
Ne fraudere tuâ, suâ ipse laude,
Te Lavania dat palàm Philippus;
Quivis quam minimo ut parârit ære.

2 Cum hôc epigrammate;

Si generi socerique cupis cognoscere bella;
Non alium quæras: hic manifesta facit.
Immatura dies rupit Pharsalica fata,
Quo bonus haud tantum clauderet auctor opus.
Quod Nero crudelis facinus licuisse putasti:
A te non aliud debuit ire bonis.
Multa quidem licuere tibi: sed plura relicta
Imperfecta licet non tamen illa perit.
Vivet: & extinctis Pharsalia nempe legetur
Cæsaribus: cineres non capit urna sacros.
Et licet hic partes vel plures rhetoris extent,
Invenies & quæ mira poeta canat.

